


SIGILL : COLL HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650
CHRISTO ET ECCLESIÆ
N. Hurd Sc
BOSTON

C. CRISPI SALUSTII

QUAE EXSTANT.

Recognovit, varias lectiones, e codicibus Basileensibus, Bernensibus, Turicensibus, Parisinis, Erlangensi, Tegernseensi ceterisque, quos Wassius, Havercampius, Cortius aliique Editores contulerunt, collectas, commentarios atque indices locupletissimos

ADIECIT

FRANCISCUS DOROTHEUS GERLACH,
Phil. Dr. Litt. Latinn. in Academia Basileensi Professor,
Bibl. Acad. Praefectus.

VOL. III.

BASILEAE IN LIBRARIA SCHWEIGHAUSERIANA.
TYPIS ET SUMPTIBUS
Augusti Wielandi, Typograph. Acad.
MDCCCXXXI.

COMMENTARII ET INDICES

IN

C. SALUSTII CRISPI

CATILINAM, JUGURTHAM ET HISTORIARUM FRAGMENTA.

AUCTORE

FR. DOROTHEO GERLACHIO.

VOL. II.

Accedunt fragmenta Vaticana; Julii Exsuperantii de bellis civilibus Marii Lepidi ac Sertori Opusculum et Varietas lectionis e Codicibus Parisinis, Sangallensibus et Einsidelensi.

BASILEAE IN LIBRARIA SCHWEIGHAUSERIANA,
TYPIS ET SUMPTIBUS
AUGUSTI WIELANDI, TYPOGRAPH. ACAD.
MDCCCXXXI.

F. D. GERLACHIUS ARNOLDO LUDOVICO HEERENIO.

S. P. D.

Tibi potissimum, Vir Clarissime! hos Commentarios dedicare volui, duabus de causis; primum, quod mihi de historicis rebus agenti doctior et intelligentior veritatis existimator non erat quærendus; deinde ut meæ in te pietatis leve certe exstaret monumentum. Sed instituti operis ratio hæc est. Primum res gestas P. R. quæ Salustii fragmentis illustrantur, accuratius, quam adhuc factum erat, per annos digestas, breviter enarravi. Tum ipsa examinavi fragmenta, et reliquos rerum scriptores, tam Græcos quam Latinos priorumque interpretum conjecturas in auxilium vocando, quantum fieri potuit, illustravi, digessi et quo loco et ordine singula ponenda essent, exposui. Sequitur brevis totius operis Salustiani descriptio, quam facilius conjecturis quæsiveris quam firmis ad probandum argumentis docueris. Adjeci tres indices; unum fragmentorum, a Bardilio, doctissimo viro, summa cum diligentia confectum; alterum historicum, prioribus multo emendatiorem atque auctiorem; tertium Latinitatis, ad exemplum Wassiani et Cortiani institutum, sed melius dispositum, aliis

locis auctum, aliis in compendium redactum. Accedit Commentatio de Elocutione Salustiana, in qua quid secutus sim, eo loco exposui. Neque de Vaticanis fragmentis, Julii Exsuperantii libello, lectionumque Variantium farragine quod addam habeo. Quibus omnibus quid profecerim, quantumque ad Salustiani ingenii monumenta illustranda contulerim, Te potissimum, Vir clarissime! qua soles libertate judicare velim. Sive enim laudis aliquid merui, sive labori atque studio eventus parum respondit, id ipsum in lucro appono, quod ad gravissimum rerum Romanarum scriptorem illustrandum, aliorum studia accenderim. Vale mihique, ut adsoles, Fave.

Dabam Basileae X a Cal. April. MDCCCXXXI.

COMMENTARII
IN
C. SALUSTII CRISPI HISTORIARUM FRAGMENTA.

RES P. R. INDE AB ANNO DCLXXVI U. C. USQUE AD DCXC PER ANNOS DIGESTÆ.

Anni DCLXXVI P. U. C. *Consules M. Aemilius Lepidus, Q. Lutatius Catulus.*

Sulla in Cumano decessit honosque ei a senatu est habitus, ut in campo Martio sepeliretur. Liv. Epit. XC. Plut. Sulla. c. 37. Tum M. Aemil. Lepidus Cos. qui jam antea plebem ad recipiendam libertatem accendisset, Sullæ funus frustra disturbare conatus, acta ejus rescindere paravit. Plut. Pomp. c. 15. 16. Appian. B. Civ. I. 105. 107. Liv. l. l. Turbidæ ejus rogationes. Tac. Ann. 3. 27. Flor. 3. 23. Cujus conatis cum alter Consul, Catulus, obviam iret, (Cic. pro Cælio c. 29. Act. in Verr. I. 10. in Catil. 3. 10;) senatus metuens, ne ex studiis civilibus novum bellum oriretur, Coss. jurejurando obstrinxit, armis inter se non esse certaturos. Appian. l. l. Præterea provincias sortiri et decretis exercitibus maturrime proficisci jussi. Salust. fr. I. 20. Catulo Italia, Lepido Gallia Transalpina obvenit. *)

---

*) Ita statuit Freinshemius, supplem. Liv. 55. c. 12. secutus, credo, Appianum auctorem, apud quem est: *κληρωσάμενος δὲ Λέπιδος τὴν ὑπὲρ Ἄλπεις Γαλατίαν.* Contra pugnare videtur Plutarchus, qui V. Pomp. c. 16. Pompejum contra Lepidum ducem electum esse narrat, *τὴν ἔντος Ἄλπεων Γαλατίαν κατέχοντα διὰ Βρούτου ϛρατεύματι.* Neque tamen hanc ei provinciam decretam fuisse confirmat; id quod jam eo parum est probabile, quod Lepidus, in ipsis Italiæ finibus Proconsul cum exercitu constitutus, belli civilis reliquias facilius excitare potuit. Alteram provinciam in sortem conjectam Italiam fuisse, Pighius recte statuere videtur; quod et reliquæ provinciæ aliis decretæ erant, et Sullanæ factionis dux, tam perturbata republica, ab Italia procul abesse non potuit. Ceterum de causis belli a Lepido excitati cfr. Ampel. Lib. Mem. c. 40.: secundum bellum

Qui cum in Etruria subsisteret, proscriptos revocaret, et bellum civile moveret, a senatu ad comitia consularia habenda revocatus, cum exercitu Romam contendit. (Appian. c. 107.) Igitur a Catulo lex Plautia relata et multa severius sancita sunt. Cic. pro Cælio 29; Act. in Verr. I. 10; *) Simul Janiculum et Pons Mulvius præsidiis occupatus et exercitus, Catulo et Pompejo ducibus, hosti obviam ductus est. Flor. 3. 23. A quibus primo statim impetu retro pulsus, Lepidus in Etruriam recessit. Flor. l. l. Sed cum Gallia Cisalpina a M. Bruto, ejus legato, præsidiis teneretur, Pompejus cum exercitu eo missus, reliquam provinciam facili negotio pacavit et Mutinam urbem, quo hostium dux confugerat, obsidione clausit. Plut. Pomp. 16. Quæ dum geruntur, Lepidus in Etruria novos delectus habuit, et bellum reparavit. Sal. frag. Orat. Phil. Zonaræ Annal T. II. Edit. Basil. 1557. p. 120. **)

Eodem anno bellum in Hispania duce Metello varia fortuna contra Sertorium gestum. Qui quidem a L. Scipione et C. Norbano Coss. in Hispaniam proprætor missus, (Plut. Sert. c. 6.) Julio Salinatore, ejus legato, qui saltus Pyrenæos valida manu occupaverat, per proditionem inter-

---

Lepidus contra Catulum ob metum Siciliæ exspoliatæ (scil. excitavit).» Illum accusatum de repetundis fuisse, confirmat Ascon. Ped. ad Cic. Or. in Verr. Actt. II. 2. 3. ubi ad Ciceronis verba: «tametsi et illum annum pertulerunt, qui sic eos afflixerat, ut salvi esse non possent,» hæc adnotavit: « M. Lepidi prætoris, qui accusari cœperat a duobus Metellis, Celere et Nepote, qui cum legibus interrogassent, victi ejus apud populum gratia destiterunt.» cfr. Ascon. Edit. Lugd. 1644. p. 113; cfr. eadem pagina paulo infra. et p. 17. praeterea in Sal. fragm. Or. Philippi: « angitur enim et laceratur animi cupidine et noxarum metu.» Cic. Act. II. in Verr. 3. 91.

*) *Lutatiam* hanc legem ab auctore appellatam esse, Ernestius statuit. Sed dubitaverim, num, capitibus aliquot veteri legi adjectis, nomen mutaverit. Neque lex Calpurnia de ambitu, cui Cicero Consul multa addiderat, ideo *Tullia* dicta.

**) Ejusdem belli socius Scipio quidam fuit, Orosio teste cfr. 5. 24. f. fin. et 22; quem quidem Scipionis consulis a Sulla dimissi filium fuisse conjicio. Cfr. App. de bellis Civ. 1. 85.

fecto, cum ab Annio, Sullano duce, provincia pulsus esset, post varios casus a Lusitanis dux electus, iterum in Hispaniam redierat. Plut. Sert. c. 7. 10. Ubi victo Fufidio, Bæticæ propraetore, et Cotta classis præfecto aliisque Romanorum ducibus, tantum terrorem omnibus injecerat, ut Sulla Q. Metellum Pium, virum et armorum usu et consilio clarum, Proconsulem cum imperio in ulteriorem Hispaniam mitteret. cfr. Appian. B. Civ. I. 108. Plut. Pomp. 17. Sertor. c. 12. Flor. 3. 22. Oros. Hist. 5. c. 23. *)

---

*) Nulla fere rerum Romanarum, quæ accuratius a scriptoribus Romanis expositæ fuerant, obscurior bello Sertoriano. Neque enim quo anno unum quidque gestum sit, neque qua ratione duces bellum administraverint, satis constat. Viri docti igitur, qui in hac re illustranda elaborarunt, Sigonius, Pighius, Freinshemius et Debrossius, quantum conjecturis consequi poterant, rerum ordinem constituere conati sunt. Qui quidem multa satis acute vidisse, in aliis errasse mihi videntur.

Jam primum ex Julii Exsuperantii, qui dicitur, opusculo, quamvis multus sit in Sertorii rebus exponendis, nihil plane efficias. Is enim rerum ordinem plane confundit. Cfr. de bellis civilibus Marii, Lepidi ac Sertorii c. 7. et 8. Sed Appianus B. Civ. I. 86. et 87. aperte dicit, Sertorium Scipione et Norbano Coss. sub finem anni in Hispaniam esse profectum. Cum enim de Sertorii profectione exposuisset, hæc addit: τοῦ δὲ ἐπίοντος ἔτους ὕπατοι μὲν ἐγενέσθην, Παπίριός τε Κάρβων αὖθις καὶ Μάριος ὁ ἀδελφιδοῦς Μαρίου τοῦ περιφανοῦς. Id quod etiam inde efficitur, quod jam sequenti anno equites ex Hispania consulibus auxilio missos esse narrat. cfr. l. l. c. 89. Neque Plutarchus discrepat, vita Sertorii c. 6. quamvis enim inter causas ejus profectionis vel hoc enumeret, quod Marius juvenis invito Sertorio et contra leges consulatum acceperit, tamen ex sequentibus recte colligitur, hoc ad designatos consules esse referendum. Accedit quod tota ejus salus in celeritate posita esse videbatur, cfr. c. 6. Καιρὸν ὠνεῖσθαι φήσας — τὴν δὲ Ἰβηρίαν ἐπειχθεὶς κατέσχε, eumque in Alpium transitu χειμῶσι χαλεποῖς χρησάμενον scribit.

Ipsum bellum per X deinceps annos extractum esse videtur; Orosius enim Histor. lib. 5. 23. Sertorium decimo demum anno belli inchoati

Qui quidem et novi bellandi generis, quod latrocinio quam justo bello similius erat, insuetus, et insidiis hostium laboribusque fatigatus, L. Domitium proconsulem ex citeriori Hispania cum omnibus copiis, quas paraverat, arcessivit. Plutarch. Pomp. 17. Sertor. 12. Salust. fragm. I. 27. Is æque ac alter Metelli legatus Thorius, ab Hirtulejo Sertorii duce, ad Anam

---

interfectum esse narrat, bellique initium ab anno sexcentesimo septuagesimo tertio p. U. C. repetit. Livius quidem (Epit. 96.) Sertorium octavo ducatus sui anno interfectum statuit, id quod confirmat Eutropius Hist. 6. 1. et Appianus B. Civ. I. 108. cum τὸ Σερτωρίου ἔργον ὀκταετὲς dicat, sed hæc discrepantia inde orta est, quod bellum duobus annis post exarsisse statuunt.

Nam Tullio et Dolabella Coss. C. Annium Luscum proconsule in Hispaniam missum esse Pighius docuit cfr. Comment. in Annal. T. II. p. 267. et Debross. Hist. Reip. Rom. I. p. 444. Neque fieri potuit, in tanta hostium sævitia, bellique civilis atrocitate, ut anno ante exercitus in Hispaniam dimitteretur. Recte igitur belli Hispaniensis initium ab anno DCLXXIII. U. C. repetas. Sed cum et hoc et sequenti anno Sertorius tantum levia prœlia cum hostibus habuerit, nec nisi duobus annis post Sulla et Metello Coss., a Lusitanis dux electus, in Hispaniam redierit, eo demum anno Livius, Eutropius, Appianus bellum ortum esse statuunt. Jam, quæ res a Sertorio ante Metelli adventum gestæ fuerint, non minus obscurum est. Complures quidem duces Romanos devicit, inter quos *Fufidium*, (cfr. Sal. Fragm. I. 17. et 52.) Baeticæ præsidem, cujus nomen apud Plutarchum corruptum est; (Φίδιον enim legitur) Freinsheimius ex nonnullis libris *Furfidium* scripsit. Quem quidem eo anno Hispaniam ulteriorem obtinuisse, nullius quidem, quantum equidem scio, scriptoris testimonio confirmatur, sed Plutarcho et Salustio auctoribus conjicere licet. Neque, quem Pighius nominat, *Didius*, cfr. Annal. II. 272. ad hunc annum referendus esse videtur, quippe qui multo ante huic provinciæ præfuerit. Cfr. Ernest. Clav. Cic. Vellej. 2. 16; Sal. fragm. inc. lib. 65. Postea Sertorius victos Romanos persecutus esse et Hispaniæ partem occupasse videtur. Hanc enim causam fuisse statuo, cur Metellus pro Consule in Hispaniam cum imperio mitteretur.

Qui utrum Consul an ex consulatu in provinciam abierit, parum cer-

fluvium cum exercitibus oppressi sunt. Cfr. Oros. 5. 23; Flor. l. l. Plut. Sertor. 12. Tum Manilius, proconsul Galliæ, in Hispaniam cum tribus legionibus, et mille quingentis equitibus transgressus, iniquam cum Hirtulejo *) pugnam conseruit, a quo copiis castrisque nudatus in oppidum Ilerdam pæne solus refugit. Cfr. Oros. 5. 23. Liv. Epit. XC. **)

---

tum est. Sed cum Appiani testimonium l. l. c. 97. in utramque partem trahere liceat, Pighio et Sigonio assentior, qui Servilio Vatia et Appio Claudio Coss. Metellum urbe profectum esse judicant. Igitur hoc demum anno Domitius et Thorius ejus legati victi sunt. Qua de re quæ Debrossius, ut adsolet, accuratius exposuit, cfr. Hist. Reip. Rom. Vol. I. p. 510. sq. eorum fides apud auctorem sit. Hoc unum ex Floro intelligitur, duces illos, antequam Metellus ipse cum Sertorio congressus sit, ab ejus legato Hirtulejo cæsos fuisse. Sed *Thorius* apud Plutarchum Vita Sert. c. 12. Θωράνιος dicitur; paulo infra apud eundem Δομέτιον δὲ καὶ Λούσιον scriptum est, quod nomen, cum haud dubie corruptum sit, Havercampius ad Oros. 5. 23. recte emendasse videtur; nam Λούκιον Δομέτιον scribendum judicat. Etsi Livius Epit. XC. ejus prænomen Marcum fuisse auctor est.

*) Ita hoc nomen scribendum est. Cfr. fragmentum Livii Histor. Lib. XCI. a Brunsio ex Vaticanis Codd. editum. Ap. Liv. Epit. XC. male *Herculejus* expressum est. Hirtulejus est in plurimis Orosii, Eutropii et Flori libris et apud Ciceronem pro Fontejo 1.

**) Ceterum Sertorium post victos Metelli legatos magnam Hispaniæ partem percurrisse, jam inde est probabile, quod hoc prœlium haud procul Ilerda urbe commissum est. Sed pro Manilio falso apud Livium Epit. XC. *Manlius* scriptum. Ceterum Freinsheim. supplem. Livii 55. c. 29. etiam Manilii legatum L. Valerium Præconinum interfectum dicit. cfr. Debross. Hist. Reip. Rom. p. 511. sq. qui quidem ad hoc prœlium locum Frontini stratagem. 1. 5. 8. referendum esse judicat. Præterea eodem anno gesta esse videntur, quæ Plutarchus Sertor. c. 13. enarrat, ubi Metellum a Sertorio ad certamen singulare provocatum et callidis ejus consiliis impeditum esse dicit, quominus Laccobrigas (ap. Plutarchum λαγγοβρίτας) Celticorum in Lusitania urbem caperet. Quo facto Metelli legatus Aquinus

Tot victoriis elatus Sertorius eo audaciæ processit, ut e Romanis, qui ejus partes sequebantur, electos, senatum Romanum appellaret, neque pro exule sed publicæ libertatis vindice ageret. Plut. Sertor. 23; Appian. Bell. Civ. 1. 108.

Dum hæc in Hispania geruntur, P. Servilius, pro consule in Ciliciam missus, cum leves et fugaces piratarum naviculas non incruenta victoria superasset, mari eos submovisse non contentus, in terram escendit, et triennio validissimas urbes et diutina præda abundantes, Phaselin, Corycum et Olympum evertit, Isauronque ipsam arcem Ciliciæ cepit. cfr. Flor. 3. 6. Liv. Epit. XCIII. *)

Eodem anno Mithridates, cum Sullæ et senatus jussu Cappadocia cessisset, legatos denuo Romam misit ad fœderis leges scribendas. Sed

---

cum magna militum manu ad frumentandum emissus, per insidias a Sertorio oppressus, cum paucis effugit. Unde factum est, ut paulo post et reliquus exercitus Lusitania excedere cogeretur. Quæ quidem omnia hoc anno peracta esse, Livius his verbis significare videtur. «Q. Sertorius proscriptus in ulteriore Hispania ingens bellum excitavit. L. Manlius proconsul et M. Domitius legatus ab Hirtulejo quæstore prælio victi sunt.» Reliqua quidem non commemorat, utpote leviora, quam quæ in brevi argumento fusius enarrarentur; sed quamvis Plutarchus in rerum ordine parum sit diligens, tamen, cum hæc ante Pompeji adventum et initio quidem belli gesta esse adfirmet, hæc eodem tempore Sertorium contra Metellum gessisse statuo, quo duo Consulares exercitus, ei auxilio missi, a Sertorii legatis prœlio superati sunt. Accedit, quod præterea nihil de Metelli rebus hoc anno gestis constat, nisi quod Eutropius auctor est: Metellum vario eventu contra Sertorium dimicasse.

*) Hæc quoque expeditio tot tantisque tenebris obscurata est, ut omnia illustrari vix possint. Quod igitur Debrossius primum escensionem in Rhodum insulam factam, ibique plures naves captas statuit, id ex quibus Suidæ verbis collegerit, nescio cfr. Hist. Reip. Rom. Vol. I. p. 551. Oros. Hist. V. 23. de hoc bello ita exponit: «P. vero Servilius, ex consule, Ciliciam et Pamphyliam crudelissime adortus, dum subdere studet, pæne delevit. Lyciam et urbes obsessas oppresasque cepit. Præterea Olympum montem pervagatus, Phaselim evertit, Corycum diruit,

quia, defuncto tum Sulla, propter civiles in urbe dissensiones, de ea re Consules ad senatum referre non poterant, rex, Romanis iratus, Tigranem, Armeniæ regem, generum suum subornavit, qui Cappadociam invaderet cfr. Appian. Mithridat. c. 67.

Præterea initio anni foedus cum Gaditanis ictum est. Cic. pro Balbo 15. Compluribus Asiaticis civitatibus privilegia data. cfr. Gruteri Inscriptt. f. 504. Lepido Cos. auctore et suasore lex sumptuaria sive cibaria lata. Aul. Gell. N. A. II. 24. Macrob. Saturn. II. 17. Plin. H. N. VIII. 27. Pons sublicius a M' Aemilio, M' filio, M' Nepote, quæstore, ex ligneo lapideus factus, unde postea pons Aemilius appellatus est. cfr. Sal. fragm. ap. Fest. s. v. *sublicius* et Debross. H. R. R. Vol. I. 397 et 434. Præterea prodigium

---

Tauri quoque montis latera in Ciliciam vergentia perscrutatus, Isauros bello fractos in ditionem redegit, primus Romanorum per Taurum duxit exercitum ac limitem itineris fecit. Triennio emenso, quo bellum gestum est, Isaurici nomen adsumpsit. Iisdem fere verbis Eutropius: «Ad Ciliciam et Pamphyliam missus est P. Servilius, ex consule, vir strenuus. Is Ciliciam subegit, Lyciæ urbes clarissimas oppugnavit, et cepit; in his Phaselidem, Olympum, Corycum Ciliciæ. Isauros quoque aggressus, ad deditionem redegit, atque inter triennium bello finem dedit. Primus omnium Romanorum in Tauro iter fecit. Revertens triumphum accepit et nomen Isaurici meruit.» Sexti Rufi Breviarium c. 11. «Pamphyliam, Lyciam, Phrygiam, Pisidiam, Cariam, Isauriam Servilius, proconsul, ad bellum piratarum missus, obtinuit.» Ammian. Marcell. XIV. 8: «Hæ duæ provinciæ, (Cilicia et Isauria) bello quondam piratico, catervis mixtæ prædonum, a Servilio proconsule missæ sub jugum, factæ sunt vectigales.» Cfr. Strabo Rer. Geograph. XIV. 3. p. 214. 224. 225. Ed. Tauchn. (Plin. H. N. XXI. 17. Isidor. XIV. 3. Pomp. Mela I. 13. Solin. c. 38.) Sal. fragm. I. 55. II. 23. Inc. 90. 95. Cic. Act. II. in Verr. 1. 2. Ascon. Pedian. in Verrem de Præt. Urb. p. 85. Cic. de lege Agrar. II. 19. Front. 3. 7. 1. Meruit sub Servilio C. Julius Cæsar, sed Sullæ morte comperta Romam propere rediit. Sueton. Jul. c. 3. Ceterum Debrossius vel hoc loco lacunas librorum Hist. Salustii, multa cum arte sed non satis ex rerum fide supplevit. cfr. Hist. Reip. Rom. Lib. II. p. 553—566.

nunciatum, «in Ariminensi agro in villa Galeri locutum gallinaceum» Plinius H. N. X. 25. Ed. Bipont. *)

Anni DCLXXVII. P. U. C. Consules D. Junius D. F. D. N. Brutus Mamercus, M. Aemilius M. F. Lepidus Livianus.

Cum res propter discordias civiles ad interregnum rediisset, consules serius creati sunt. cfr. Ascon. Pedian. Comm. in Cornelianam p. 142; Cic. de Offic. II. 27. Sal. fragm. I. 17; Lepidus proconsul, exercitu reparato, iterum urbi bellum inferre paravit, ubi graves contentiones inter factionem nobilium et populares, qui dicebantur, homines exarserant. cfr. Orat. Philippi apud Salustium.

Sed vicit sententia Philippi, viri consularis; Lepidus enim hostis a senatu judicatus. Flor. III. 23; et S. C. factum, ut App. Claudius interrex, cum Q. Catulo, proconsule, et cæteris, quibus imperium esset, urbi præsidio esset operamque daret, ne quid respublica detrimenti caperet. Or. Phil. fin. Interea D. Brutus, Mutinæ obsessus, in deditionem venerat. Plut. Pomp. 16. Oros. V. 22. Lepidus autem ne tum quidem patriæ bellum facere omisit et, iterum prœlio victus, Cosam, maritimam Etruriæ urbem, se recepit. Unde paulo post in Sardiniam transgressus et gravi morbo oppressus obiit **) Flor. l. l. App. B. Civ. I. 107.

---

*) Capitolium, quod L. Scipione, C. Norbano Coss. conflagraverat, Appian. B. Civ. I. 83. victoris Sullæ cura restitutum, a Catulo dedicatum esse Debrossius putat, sed vide infra. Tac. Hist. III. 27. Plin. H. N. XXXIII. 18. id. XXXIV. 19. 1. Cic. Act. II. in Verr. 4. 31.

**) Cfr Plin. H. N. VII. 36; «M. Lepidus Apulejæ uxoris caritate post repudium obiit. Flor. l. l. morbo et pœnitentia obiit.» Plut. Pomp. 16. Λέπιδος μὲν οὖν εὐθὺς ἐκπεσὼν τῆς Ιταλίας, ἀπέδρασεν ἐις Σάρδονα κἀκεῖ νοσήσας, ἐτελεύτησε δι' ἀθυμίαν, οὐ τῶν πραγμάτων, ὥς φασιν, ἀλλὰ γραμματίῳ περιπεσὼν, ἐξ οὗ μοιχείαν τινα τῆς γυναικὸς κατεφώρασε. Ceterum bellum a Lepido motum in alterum annum fuisse extractum, sola Philippi oratione satis confirmatur. Imo in oratione M. Licinii tr. pl. totum ad sequentem annum refertur, «tumultus intercessit Bruto et Aemilio Mamerco Consulibus» cfr. Eutrop. VI. 5. «inter unam tamen æstatem motus ejus oppressus est.» Flor. l. l.: «civile bellum citius pæne oppres-

Cujus socius et administer Perperna, propter scelus supplicium timens, ex Sardinia in Liguriam transvectus, Hispaniam petivit. App. B. Civ. I. 107. Plut. Sert. 16.*)

---

sum est, quam inciperet «Oros. V. 22:» ita hoc bellum civile eadem celeritate, qua exarsit, evanuit. App. B. C. I. 107. *καὶ οὐκ ἐς πολὺ ἔτι ἀντίσχων κ. τ. λ.* Sed Lepidum iterum contra urbem duxisse, recte ex Plutarchi verbis colligitur. Pomp. 16. *ἐν δὲ Μουτίνῃ τῆς Γαλατίας ἀντεκάθητο τῷ Βρούτῳ σύχνον χρόνον* (scil. *Πομπήϊος*) *ἐν ᾧ Λέπιδος ἐπὶ τὴν Ῥώμην ῥυεὶς καὶ προσκαθήμενος ἔξωθεν ὑπατείαν ᾔτει δευτέραν κ. τ. λ.* cfr. Or. Phil. med. «An exspectatis dum exercitu rursus admoto ferro atque flamma urbem invadat» et in fin. «Quoniam Lepidus exercitum privato consilio paratum — ad urbem ducit.» Sed Bruto capto atque interfecto, nihil ausus, itinere converso, in Etruriam recessisse videtur, ubi iterum acie certatum est. cfr. Oros. l. l. qua de re ita exponit Jul. Exsuperantius c. VI.

«Sed in Etruriæ litore commisso prœlio cœperat Lepidus esse superior per armatam multitudinem, quæ odio rerum Sullanarum se Lepidi partibus applicarat. Sed Pompejus de Gallia rediens, non passus est Lepidi audaciam cum publicis detrimentis impune bachari. Nam fugientes ejus copias ac se implicantes festinatione formidinis ita prostravit, ut, majore numero privatus, in Sardiniam confugeret; ut, impedito commeatu, populum Romanum fatigaret inopia ac suas vires armis copiisque et omni instrumento reficeret. Atque ibi contrario proprætore, variis prœliis gravibusque conflixit. Nam solertissime tutando provinciam, effecit, ut Lepidi consilia vana forent. Undique enim prohibitus munitionibus ac civitatum expugnatione depulsus, nequivit cogitata perficere. Ac dum multa parat, morbo gravi oppressus ac mortuus est.

*) Perperna, antequam in Hispaniam proficisceretur, in Liguria bellum renovasse videtur. cfr. Oros. V. 24. «Perperna in Liguria et post cum Sertorio in Hispania.» Ad bellum in Liguria gestum etiam referenda sunt, quæ Oros. V. 22. narrat: «Albanorum civitas obsidione expugnata atque excruciata fame ultima miserabilium reliquiarum deditione servata est. Ubi tunc Scipio, Lepidi filius, captus atque occisus est.» Quæ quidem lectio si genuina est, hunc Scipionem affinitate cum Q. Cornelio Scipione Asiatico conjunctum et a Lepido adoptatum fuisse statuo, qui DCLXX

Unde novus metus exortus, ne bellum a Sertorio iterum in Italiam transferretur. App. B. Civ. I. 108. Quo factum est, ut Cn. Pompejus, quum adhuc eques esset, cum imperio consulari adversus Sertorium mitteretur. Liv. Epit XCI. Cic. pro Lege Manilia. c. 10. 21. Is, novo itinere per Alpes patefacto et Gallicis populis victis, hiemem in Gallia Narbonensi transegit. *)

---

cum Norbano Consul fuit. Conjecturis locum tentare ut facile, ita sine ulla codicum auctoritate temerarium est. Sed Alba cum postea *Pompeja* appellata sit et incolæ *Albenses Pompejani,* a Pompejo capta et postea colonia eo deducta esse videtur, ita ut inscriptio, quam Mannert Geog. Italiæ p. 295. falsam esse judicavit, non sine quadam probabilitatis specie inventa sit; de urbe cfr. Plin. H. N. XVII. 4. Ceterum, ut hoc obiter moneam, quod Orosius l. l. paulo infra commemorat: «Brutus in Cisalpinam Galliam fugiens, persequente Pompejo apud *Rhegium* interfectus est,» eo loco haud dubie *Regium* emendandum est, nisi forte statuis, ab ipso Orosio *Rhegium* cum Foro Lepidi (hodie Reggio) fuisse mutatum. Plut. V. Pomp. c. 16. *πολίχνιόν τι τῶν περὶ τὸν Πάδον* commemorat, ubi Brutum a Geminio interfectum narrat. — Adscribere libet, quæ de tota Lepidi seditione apud Zonaram leguntur. cfr. Annal. Vol. II. p. 120. Edit. Basil.

Λέπιδος μέντοι σπουδῇ Πομπηίου ὑπατείας τυχὼν ἐις τὴν Σύλλα δύναμιν, ἐκείνου τελευτήσαντος, ἑαυτὸν ἐισεποίει. καὶ εὐθὺς ἐν ὅπλοις ἦν, τὰ τῶν στάσεων ὑπολείμματα ἀνακινῶν· καὶ ὁ Πομπήιος ἡγεμὼν στρατεύματος ἀπεδείχθη κατὰ Λεπίδου, ἤδη πολλὰ τῆς Ἰταλίας κεκινηκότος καὶ τὴν ἐντὸς Ἄλπεων Γαλατίαν διὰ Βρούτου κατέχοντος· τῶν μὲν οὖν ἄλλων ῥαδίως ἐκράτησεν ὁ Πομπήιος, ἀντικαθήμενος δὲ τῷ Βρούτῳ ἐχρόνισεν. εἶτα ἑαυτὸν ὁ Βροῦτος αὐτῷ ἐνεχείρισεν, ἢ μεταβαλλόμενος, ἢ προδοθείς· καὶ ὁ μὲν ἀνῃρέθη, οὗπερ υἷος ἦν ὁ τὸν Καίσαρα ὕστερον διαχειρισάμενος Βροῦτος. Λέπιδος δὲ τῆς Ἰταλίας ἐκπεπτωκὼς νόσῳ ἀπέθανεν.

*) Cic. pro Fontejo c. 3. «Exercitus præterea Cn. Pompeji maximus atque ornatissimus hiemavit in Gallia, M. Fontejo imperante.» Quod ad aliam hiemem vix aliquis referat, cum maxime Gallicæ gentes, eo tempore a

In ipsa Hispania eo anno bellum lentius gestum. Metellus, tot cladibus acceptis, per devia oberrans, hostem mora fatigabat, donec castris Pompeji consociaretur Oros. V. 23. Sed Sertorius plurimas civitates in potestatem suam redegit. Liv. Epit. XCI. Plut. Pomp. 17. Sertor. 12. 16. 18. initio. — Appius Claudius proconsul, cui Macedonia provincia erat decreta, cum priore anno morbo, post discordiis civilibus in Italia retentus esset, post Comitia consularia urbe profectus, in provinciam abiit; unde Cn. Dolabella triumphaverat. Sed populi feroces ingenio et asperi cultu, singulis fere annis rebellabant et Romanorum tributarios incursionibus vastabant. Flor. Epit. III. 4. Appius igitur primum orientem versus contendit ibique varias gentes, quæ Rhodopæis montibus circumfusæ sunt, ac tum Macedoniam crudelissime vastabant, pellere conatus, rem minus prospere gessit. Oros. V. 23. Dein Thraces pluribus prœliis vicit. Liv. Epit. XCI. *) et ad Sarmatas usque pervenit. Flor. l. l. Qua re

---

Sertorio sollicitatæ, transitu Pompejum prohibuissent. Sed primus Debrossius vidit, nonnisi Octavio et Curione Coss. Pompejum ipsam Hispaniam ingressum; Sigonius et Pighius eo sunt in errorem inducti, quod vix fieri posse videbatur, ut nihil memorabile eo anno in Hispania gestum sit. Sed Metelli ignavia prioris anni cladibus satis excusatur. Accedit quod, cum duo hostium exercitus, alter Sertorio, alter Perperna duce contra eum proficiscerentur, summæ temeritatis erat, se in aciem committere et peritissimos hostium duces conjunctos aggredi, quibus singulis impar erat. Ceterum vel Ciceronis verba testimonio sunt, Manilium jam anno ante victum esse, quod hoc anno Fontejus Galliæ provinciæ præfuit.

*) Cfr Sexti Rufi Breviar. c. 9. «Per Appium Claudium, proc. hi qui Rhodopem incolebant, victi sunt. Europæ maritimas urbes antea Romana classis obtinuit.» Eutrop. VI. 2. «levia prælia habuit contra varias gentes, quæ Rhodopam provinciam incolebant, atque ibi morbo mortuus est.» Cn. Orestem (de quo cfr. Ernest. Clav. Cic.) tum classi præfectum fuisse Debrossius Hist. R. R. L. I. p. 429. et ex Salustii fragmento, et ex nummo quodam collegit. Contra eum Illyriam ex prætura proconsulem obtinuisse, Pighius statuit. Annal. II. 293. Sed Cn. Dolabella, qui antea Macedoniam obtinuerat, cum Lepido et Catulo Coss. triumphasset, (cfr. Fast. triumph.) a Julio Cæsare hoc anno accusatus esse videtur.

factum est, ut aliquot gentes in deditionem venirent; cfr. Sal. fragm. II. 22; Cic. in Pison. 19. Sed Appius, animo æger atque curis afflictus, et insuper morbo correptus ante pacem compositam periit cfr. Oros. l. l. — In Urbe, composito bello civili, Lepidi sociis qui ab armis discesserant, seditionis gratia facta. *) Qua in re præcipua Catuli laus erat; cujus clementiam plurimum ad sedandum tumultum fecisse, Orosius auctor est. Magnum quoque hac in re Cæsar posuit studium habuitque hac de re concionem cfr. Sueton. Jul. 5. A. Gell. N. A. XIII. 3. **)

Anni DCLXXVIII P. U. C. Consules C. Octavius, C. Scribonius Curio.

«Reate terræ motu ædes sacræ in oppido agrisque commotæ. Saxa, quibus forum stratum erat, discussa. Pontes interrupti, ripæ labentis

---

Nam Suetonio auctore, statim post triumphum Cæsar eum arripuit. V. Cæs. c. 4. Falsus igitur auctor dialog. de Orat. (c. 34.) qui tribus annis ante hoc actum esse statuit. Cum enim uno et vigesimo ætatis anno Cæsarem Dolabellam accusasse dicat, alius Dolabellæ, qui Asiam rexerat, causam cum hac commutasse videtur. cfr. Asc. Ped. p. 81. 91. 136. qui et ipse multa turbat. Dolabella enim, qui Asiam, Lyciam et Pamphyliam cum Verre quæstore expilaverat, Lepido et Catulo Coss. a Scauro repetundarum postulatus et damnatus fuerat. cfr. Cic. Brut. 91. Act. in Verr. I. 4. II. 1. 15. Pighii Annal. p. 280. et 286. Plut. Cæs. 4. Vellej. II. 2. 3. Val. Max. 8. 9. 3.

*) Flor. 3. 23. « Victores, quod non temere alias, pace contenti fuerunt.»

**) Sunt qui Suetonii et Gellii testimoniis comprobatum dicant, legem, de eorum, qui Lepidi arma secuti essent, reditu, a Plautio quodam latam, plane diversam a *Plautia* lege quam Catulus renovaverat. Jam Plautiæ legis etiam apud Asconium in Cornelian. p. 140 fit mentio, sed a nostro loco aliena est. Rectius igitur statuas, ejusdem legis, quantumvis severæ, capitibus aliquot fuisse sancitum, ut consilia mutantibus et pœnitentibus delicti gratia fieret. Fallitur quoque Debross. H. R. R. II. 501. qui multos, tanta senatus clementia confirmatos, de legibus Corneliis abrogandis cogitasse, eorumque impetum Ciceronis oratione de proscriptorum liberis paulisper repressum studiumque refrigeratum fuisse, autumat. cfr. Quinctil. Inst. Rhet. XI. fin. Plin. H. N. VII. 31. Cic. in Pison. 2. Hanc enim orationem Cicero Consul habuit. cfr. Fabric. H. Cic. p. 112.

fluminis in aquam provolutæ, fremitus inferni exauditi, et post paucos dies, quæ concussa erant, corruerunt. Saxum vivum cum provolveretur, in præcipiti rupe immobile stetit.» cfr. Jul. Obseq. 120. præterea alia prodigia facta. Plin. H. N. II. 35. Unde Curio Consul retulit ad senatum, ut legati Erythras mitterentur, ad carmina Sibyllæ, quæ Capitolii incendio conflagraverant, recolligenda. Missi sunt P. Gabinius, M'Otacilius, L. Valerius cfr. Tac. Ann. VI. 12. Lactant. de falsa religione I. 6. ubi Fenestellam hujus rei auctorem commemorat. Fame quoque ac pestilentia laboratum. cfr. Sal. fragm. 3. 11. Ep. Cn. Pomp. ad Sen. Quo facilius motæ seditiones domesticæ. Exortus est Cn. Sicinius trib. pleb., homo acer et seditiosus, (Cic. Brut. 60. Plut. Crass. 7. Ascon. Pedian. in Divinat. p. 19. Sal. fragm. 3. 22. Orat. M. Licin. tr. pl. ad plebem) primusque de restituenda potestate tribunicia egit. Consules, cum actionibus tribuniciis acriter resisterent, a Sicinio in concionem populi producti sunt, ubi Curio nobilitatis causam impigre defendit. Cic. Brut. 60. Sicinius libertatis pœnas dedit. Paulo post enim subita morte exstinctus est; facinoris invidia oneratur Curio. cfr. Or. M. Licin. Sal. fragm. 3. 22. 2, 35. Val. Max. IX. 14. 5. Ascon. Pedian. in Divinat. p. 19.

In Hispania, cum Pompejus Pyrenæos cum triginta millibus peditum et mille equitibus superasset, propter famam rerum ante ab eo gestarum multæ civitates defectionem agitabant. Quæ spes ut iis præcideretur ceterorumque fides retineretur, Sertorius Lauronem oppidum in Hispania Tarraconensi, cfr. Plin. 14. 6. Flor. 2. 22. 4. 2. cui Pompejus se auxilium esse laturum promiserat, in conspectu hostium captum incendio delevit. Plut. Sertor. 18. Appian. I. 109. ipsumque Pompeji legatum Lælium, insidiis oppressum, cum magna parte exercitus cecidit. Plut. l. l. Appian. l. l. Oros. l. l. Frontin. 2. 5. 31. *) Paulo post Contrebia, Carpetaniæ civitas, quæ et ipsa defecerat, a Sertorio obsessa et cum magna jactura militum quatuor et quadraginta diebus expugnata. cfr. fragm. Livii Hist.

---

*) Jul. Obseq. 119. M. Aemilio D. Bruto Coss. «Didius Lælius legatus Pompeji, cui prodigium Romæ erat factum, in lecto uxoris duo angues conspecti in diversumque lapsi. Proxime Pompejo in castris sedenti accipiter super caput accesserat, in Hispania adversus Sertorium inter pabulatores occisus.

Lib. XCI. initio. In Bætica Metellus cum Hirtulejo, Sertorii legato, acie non congressus est; quippe cui a Sertorio mandatum erat, ut, omni prœlio vitato, satis haberet, socias civitates tueri Metellumque in ulteriore Hispania retinere *) cfr. Liv. fragm. Hieme Sertorius conventum civitatium egit, arma, commeatus providit, et maxima cura bellum in sequentem annum paravit. cfr. Liv. fragm. Præterea legatis et reliquis ducibus imperavit, quo modo bellum administrarent. Nec minus Pompeji studium; nam et ipse hiemem in castris egit et milites laboribus assuefecit: cum alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis vecte certabat; ne multa, nullum strenui ducis officium omittebat. cfr. Ep. Pomp. ad Sen. Sal. fragm. Inc. 62. **)

Anni DCLXXIX. P. U. C. Consules L. Octavius Cn. F. Cn. N., C. Aurelius Cotta.

In urbe et propter annonæ caritatem et propter ærarii angustias tumultuatum est. Ad plebis iram placandam cum Consul Cotta frustra piaculi loco vitam obtulisset, cfr. Sal. fragm. Inc. 17. repugnante nobilitate duas leges tulit, alteram tribuniciam, ut iis, qui tribuni plebis fuissent, alios quoque magistratus capere liceret, cfr. Cic. Act. in Verr. 1. 60. et Ascon. Pedian. ad h. l. et ad Or. pro C. Cornelio p. 131; alteram judiciariam, de judiciis privatis, quæ in rebus parvis fuisse videtur; quas cum tulisset, retulit de iis abrogandis ad senatum. In Hispania bellum acerrime gestum. Primum Metellus cum Hirtulejo haud procul Italica, Bæticæ urbe, pugnam conseruit, et viginti millibus militum cæsis victum in Lusitaniam fugere coegit. cfr. Oros. l. l. Frontin. 1. 1. 12; 2. 1. 2.; 2. 3. 5.

*) Metellus haud dubie ideo nulla prœlia cum hoste iniit, quod viribus attritis, nisi loco opportuno, acie decertare non potuit. Id igitur potissimum egisse videtur, ut, suis copiis cum Pompejo junctis, communi consilio bellum gereretur. Quod ne fieret, Sertorius virtute et consilio prohibuit.

**) De bellis, in Cilicia a Servilio, in Macedonia ab Appio gestis supra expositum est. Hoc anno inprimis contra Mœdos, (Pigh. Ann. II. 294. *Moesios* emendat) varie dimicatum fuisse, auctor est Obsequens 120.

Liv. Epit. XCI. Paulo post iterum cum eodem ejusque fratre acie conflixit apud Segoviam, ubi duo fratres interfecti et major pars exercitus amissa est. cfr. Oros. l. l. Flor. 3. 22. *) Interea Pompejus, **) cum Segidam, nobilem Celtiberiæ urbem, captam teneret, cfr. Oros. l. l. Sertorii legatos, Herennium et Perpernam, haud procul urbe Valentia castra habentes, oppressit, amplius X. millia hostium interfecit ipsamque urbem Valentiam manu cepit. Plut. Pomp. c. 18. Oros. l. l. Sal. fragm. 3. 11. Epist. Pomp. ad Sen. Quo facto et Sertorius et Pompejus, ille ut damna accepta resarciret, hic victoriæ spe elatus, acie decernere festinarunt, priusquam Metellus cum victore exercitu adveniret. Plut. Pomp. c. 19.

Igitur apud Sucronem fluvium prœlium committitur; dubio eventu pugnatum, ita ut singula ex utraque parte cornua vincerent. Liv. Epit. XCIII. Flor. l. l. Sertorius enim, quo in loco ipse pugnæ adfuit, hostes vicit eorumque decem millia interfecit; sed, dum suis laborantibus, qui a Pompejo premebantur, auxilium fert, castra ejus ab Afranio, Pompeji legato, capta sunt, cfr. Appian. B. Civ. I. c. 110. Pompejus ipse, omnibus suis fuga dispersis, vulneratus, in extremum periculum venit, nec nisi equo dimisso hostium manibus elapsus est. Plut. Pomp. 19. Cic. pro Balbo. 2. Oros. l. l. Appian. B. Civ. I. 110. Plut. Sertor. 19. Die postero jam in eo erat, ut prœlium redintegraretur, sed, Metelli adventu cognito, Sertorius cum suis se recepit. Plut. Pomp. 19. Tum per aliquot dies pugnam detrectavit, donec, militum animis confirmatis et furore divino instinctis, tantum terrorem junctis hostium exercitibus injecit, ut, Metello auctore, duces acie decertare recusarent. Frontin. Stratag. II. 1. 3. Tandem, Romanis fame et inopia excruciatis, in agro Saguntino atrocissimum prœlium, inter utrumque exercitum commissum est, ubi Sertorius cum equitatu Pom-

*) Perperam Florus hanc pugnam ante Lauronis obsidionem factam esse statuit, sed ante Sucronense prœlium Hirtulejos interfectos fuisse testis est Frontin. Stratag. II. 7. 5.

**) Erravit Debros. quod jam hoc anno Pompeji exercitum duabus legionibus auctum esse statuit; cfr. Appian. 111. Plut. Lucull. c. 5. Pomp. 20. Neque est probabile, ante literas, a Pompejo ad Senatum datas, auxilia in Hispaniam missa fuisse.

peji exercitum iterum vicit, ejusque legatum Memmium cum sex millibus hostium interfecit. Plut. Sert. 21. Oros. l. l. Tum et in Metellum, qui contra Perpernam rem bene gesserat, infesto equo invectus est. Qui, quamvis ætate gravis, cum fortissime hostibus irruentibus resisteret, jaculo transfixus est. Tum vero, Romanis et periculo ducis et pudore incensis, Sertorius pulsus, prœlium restitutum, hostesque fugati sunt. cfr. Plut. Sertor. 21. Appian. B. Civ. I. 110. Liv. Epit. XCII.

Sertorius igitur, ut fuga sibi tutior esset, abire dispersos milites jussit, admonitos, in quem locum eos vellet convenire. Frontin. 2. 13. 3. Plut. Sertor. l. l. Sed Metellus*) ob victum Sertorium tantum sibi sumsit, ut et imperatorem se dici pateretur, ut in ulteriorem Hispaniam redux dies festos ageret, neque divinos honores recusaret. Plut. Sert. 22. Sal. fragm. II. 41.**)

---

*) Ad hanc pugnam hæc Livii verba referenda: «Q. Metellus Sertorium et Perpernam cum duobus exercitibus prœlio fudit, cujus victoriæ partem cupiens ferre Pompejus parum prospere pugnavit.» Cfr. Epit. XCII. et Oros. l. l. «Memmius, quæstor Pompeji, idemque vir sororis ejus, occisus est.»

**) Quamvis de hujus anni expeditionibus multa plura, quam de reliquis memoriæ sint prodita, tamen nondum omnia satis illustrata sunt. Quid rei enim post prœlium Saguntinum gestum sit, incertum est. Appiano auctore B. Civ. I. 110. Sertorius postero die, cœlo jam vesperascente, Metelli castra incurrit, sperans se, cum de improviso adesset, in hostium trepidatione atque tumultu facile superiorem discessurum. Sed Pompeji interventu cedere coactus est. Cui rei plane contrarium, quod Plutarchus narrat, Sertorium in urbem loco et manu munitissimam confugisse. Cujus in obsidione cum hostes tempus tererent, milites, qui consilio in diversas partes abierant, die constituto convenere, multis copiis aucti. Quorum adventu cognito, Sertorius facile hostium munitiones perrupit, et tam insidiis, quam commeatu terra marique intercipiendo hostesque perpetuo lacessendo, eos coegit, ut copiis sejunctis Metellus in Gallia, Pompejus in Vaccæis hibernaret. cfr. Plut. Sert. 21; quod quidem confirmari videtur Ep. Pomp. ad Ser. Sal. fragm. 3. 11. «Gallia superiore anno Metelli exercitum stipendio frumentoque aluit.» Sed Plutarchus,

Eodem anno C. Curio, Proconsul cum exercitu in Macedoniam profectus, cum militum seditionem severitate compressisset, « adtentatarum superiore bello gentium vim declinans, in Dardaniam arma convertit, eamque superavit.» cfr. Oros. 5. 23. Liv. Epit. 92. 95. Frontin. Stratag. 4. 1. 43; Curionem Dacia tenus venisse sed tenebras saltuum expavisse, Florus

---

cum sæpius res pluribus annis gestas confundat, hoc quoque loco, ut, quanta in Sertorio fuerit ingenii magnitudo, luculento exemplo doceret, inconsiderantius egisse videtur. Quæ quidem conjectura satis est probabilis, comparato Livii testimonio, qui quidem idem fere, quod ad hunc annum refert Plutarchus, postero gestum esse tradit. Sed hoc inter eos convenit, Sertorium, prœlio facto, in castellum sese recepisse, ubi per aliquod tempus obsessus fuerit. cfr. Liv. Epit. XCII. « Obsessus deinde Cluniæ Sertorius, assiduis eruptionibus non leviora damna obsidentibus intulit.» Jam cum belli sequenti anno gesti fere eadem fuerit ratio, quippe quod Sertorius Calaguri cum exercitu inclusus, hostes ab oppugnatione depulsos cedere coegerit, facile fieri potuit, ut Plutarchus in errorem incurreret. Simili capti errore, Sigonius, Freinsheimius, Debrossius, Sertorium post cladem ad Saguntum acceptam Calagurin confugisse statuunt, cum Livio teste Cluniæ obsessus sit, urbe in Celtiberiæ fine sita, unde Clunensis conventus appellatus est. Plin. H. N. 3. 4. Accedit et Appiani testimonium B. Civ. I. 112. qui et ipse Calagurim sequenti anno oppugnatam tradit, et ipsius urbis situs, quippe quæ campo, ubi pugnatum est, propius sit. quam Calaguris. Non igitur hoc anno Metellus in Galliam est repulsus, quippe qui superior ex pugna discesserit, nec nisi hac hieme de victoriis ab hoste reportatis exsultare potuerit. Nihilominus tamen recte dici potuit, Metello ex Gallia frumentum subvectum fuisse. Cum enim in citeriorem Hispaniam transiisset, erat utique necesse, ut, cum hujus provinciæ civitates Pompeji exercitum commeatu sublevarent, alteri exercitui commeatus aliunde peteretur, id quod Ciceronis verbis confirmatur pro Fontejo c. 2. « magnas pecunias ad stipendium, maximum frumenti numerum ad Hispaniense bellum tolerandum imperavit (scil. Fontejus Galliæ proprætor.) Cum enim paulo post Pompeji exercitum in Gallia hibernasse dixerit, omittere non poterat, etiam Metellum ibi fuisse, quod ad Fontejum excusandum plurimum fecit.

*

auctor est. 3. 4. Eutropius quoque eum usque ad Danubium penetrasse triumphumque meruisse et intra triennium finem bello imposuisse testatur. cfr. Brev. VI. 2. Accedit Sexti Rufi testimonium. c. VII. «Dardanos et Mœsos Curio Proconsul subegit, et primus Romanorum ad Danubium usque pervenit.»

Anni P. U. C. DCLXXX. Consules L. Licinius Lucullus, M. Aurelius Cotta.

Populus Romanus duabus provinciis auctus est. Nam et Cyrene, quam adhuc S. P. Q. R. liberam esse voluerat, et Bithynia, cujus heredem Nicomedes rex moriens populum Romanum instituerat, in provinciæ formam redacta est. Liv. Epit. 93. App. B. Civ. 111. Qua re incensus Mithridates, fœdere cum Sertorio icto, bellum populo Romano intulit. Liv. l. l. Igitur Bithynia provincia Cottæ, Cilicia, Octavii proconsulis morte vacua, Lucullo data est. Liv. l. l. Cic. pro Muræna c. 15. «ut alter Mithridatem persequeretur, alter Bithyniam tueretur.» Plut. Luc. 5. 6.

Ceterum in urbe seditiones tribuniciæ recruduere. L. Quinctius enim, tr. pl. homo turbulentus, iterum de legibus Corneliis abrogandis egit ægreque Luculli precibus et minis a consilio depulsus est. cfr. Plut. Lucull. 5. Sal. fragm. 3. 22. Or. M. Licinii tr. pl. ad plebem. Cic. pro Cluent. 27. Brut. 62. Præterea Q. Opimius, qui tr. pl. legem Aureliam de jure tribunicio suaserat ad C. Verrem prætorem in judicium adductus est, mulctaque ab eo petita, quod cum esset trib. pleb. contra legem Corneliam intercessisset. Cic. Act. in Verr. I. 60. Lex Aurelia de judiciis, priore anno a. C. Aurelio Cotta lata, ab ejus fratre M. Aurelio Cotta consule abrogata est. Ascon. Pedian Comment. in Cic. Or. pro Cornelio p. 130. Servilius Proconsul post quinquennale imperium in Cilicia egit triumphum cfr. Eutrop. VI. 3. Cic. Act. II. in Verr. Lib. III. c. 91. *)

---

*) Eutropius quidem triennio Ciliciam subactam dicit, sed id ad ipsius belli diuturnitatem pertinet, cum Cicero tempus intelligat, per quod ei imperium demandatum fuerat. Cum igitur hoc demum anno triumphaverit, eum per quinque deinceps annos imperium retinuisse nullum est dubium.

In Hispania bellum ut minore successu, ita atrocius gestum. Sertorius, cum exercitatiores hostium copiæ usu et disciplina in stataria pugna multo plus valerent, bellum defendere quam inferre satius habuit. Itaque castella opere et natura munita occupare, per insidias hostes circumvenire, subitis incursionibus fatigare atque terrere; qua hostium iter erat, omnia vastare, ipsum mare latrociniis infestare. cfr. Plut. Sertor. 21. Flor. 3. 22. Cui rei perquam opportunum fuit Dianium, haud pocul a Sucrone flumine in ora maritima situm; quod caput belli maritimi erat. cfr. Strabo Rer. Geograph. III. 4. p. 251. Ed.*) Tauchn. Cic. Act. II. in Verr. I. 43.

His artibus non modo animos militum confirmavit, sed etiam hostibus terrorem injecit, atque omni commeatu intercipiendo tantam fecit inopiam, ut, ab obsidione Calaguris oppidi depulsi, diversas regiones peterent, Metellus ulteriorem Hispaniam, Pompejus Galliam. cfr. Liv. Epit. XCIV. Pompejus igitur, jam antea Sertorii virtute a Pallantia occupanda prohibitus, et summa rei frumentariæ inopia pressus, Plut. Pomp. 19. 20. Sertor. 21. minaces ad senatum misit literas, et milites, frumentum et stipendium postulavit. cfr. Sal. fragm. III. 11. Ep. Pomp. ad Sen. Quæ omnia, quamvis in asperrimis reipublicæ rebus, missa sunt, inprimis auctoritate Luculli, timentis, ne Pompejus, re non impetrata, in Italiam veniret atque belli Mithridatici imperium sibi eriperet. cfr. Plut. Luc. 5. Sertorius autem, legatis a Mithridate in Hispaniam ad eum missis, ut societas jungeretur, auxilii externi spe adduci non potuit, ut P. R. majestatem minueret, sed in paciscendo jus atque imperium reipublicæ integrum servavit. cfr. Plut. Sertor. 23. Ascon. Pedian. in Verr. de Præt. Urb. p. 93. Cic. Verr. I. 34. pro Lege Manil. 4. pro Muræna 15. Appian. de bello Mithridat. 68. Ceterum idem jam hoc anno in socios proditionis insimulatos **) sæviisse et plurimos ex amicis et secum proscriptis occidisse dicitur cfr. Liv. Epit. XCII. Appian B. Civ. I. 112.

---

*) Τὸ Ἡμεροσκοπεῖον, ἔχον ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν σφόδρα τιμώμενον, ᾧ ἐχρήσατο ὁρμητηρίῳ κατὰ θάλατταν Σερτώριος· ἐρυμνὸν γάρ ἐστι καὶ λῃστρικὸν, κάτοπτον δὲ ἐκ πολλοῦ τοῖς προσπλέουσι, καλεῖται δὲ Διάνιον.

**) Quod, cum multi postero demum anno factum esse statuant, tamen jam tum tentatum fuisse, satis est probabile; quod post victorias,

Eodem anno *) M. Antonius Creticus, clarissimi oratoris filius, M. Antonii triumviri pater, Cottæ consulis gratia et factione Cethegi infinitum imperium in omnes oras maritimas nactus est. Act. II. in Verr. II. 3. Qui cum multa contra sociorum salutem, multa contra utilitatem provinciarum et faceret et cogitaret Cic. Act. II. in Verr. 3. 91. 93. tandem Cretam insulam invasit, cum ingenti quidem victoriæ spe atque fiducia, adeo ut plures catenas quam arma portaret; dedit igitur pœnas vecordiæ. Nam plerasque naves intercepere hostes captivaque corpora religata velis ac funibus pependere; ac sic velificantes triumphantium in modum, Cretes portibus suis adremigaverunt. Flor. III. 7. Sed ducem Romanum in mediis ejus imperiis et cupiditatibus mors oppressit. Cic. Verrin. 3. 91.

---

priore anno a Metello de hostibus reportatas, multi haud dubie de Sertorii rebus desperabant, et ad illum deficiebant. cfr. App. B. C. I. 111. Præterea eodem tempore Metellus, si quis Sertorium interfecisset, magna præmia proposuerat, unde suspicio perfidiæ apud Sertorium mota est. Ceterum Debrossius ad hunc expeditionum annum pertinere judicat, quæ apud Frontinum I. 12. 4. et Jul. Obseq. 121. leguntur. Eodem referre licet Frontini narrationem III. 7. 3. id quod confirmat Appianus his verbis: πόλεις δ' αὐτοῦ πολλὰς ἐπέτρεχον οἱ περὶ τὸν Μέτελλον cfr. App. B. C. I. 112. præterea Strabon. Rer. Geograph. III. 4. 261. Ed. Tauch.: καὶ Σεγόβριγα δ' ἐστὶ τῶν Κελτιβήρων πόλις καὶ Βίλβιλις περὶ ἃς Μέτελλος καὶ Σερτώριος ἐπολέμησαν.

*) Cfr. Ascon. Pedian. in Divinat. p. 37. «Quidam Antonius, curator totius oræ maritimæ tuendæ, qua Romanum erat imperium, non solum ipse nequam, verum etiam comitibus pessimis, rem inauditam invasit, et indicto Cretensibus bello, ibidem periit, antequam Pompejus contra piratas missus est;» idem in Verr. de præt. urb. p. 87. «M. Antonius, dissolutissimus curator totius oræ maritimæ, Cretæ mortuus, — quem Salustius ait perdundæ pecuniæ genitum et vacuum a curis nisi instantibus.» idem de prætura Siciliensi p. 113. «M. Antonius, qui gratia Cottæ consulis et Cethegi factione in senatu curationem infinitam nactus totius oræ maritimæ, Siciliam et provincias omnes depopulatus est, et ad postremum inferens Cretensibus bellum, morbo interiit.» cfr. Pigh. Annal.

Anni DCLXXXI. P, U. C. Consules M. Terentius M. F. Varro Lucullus, C. Cassius L. F. Varus.

Mithridates ingenti apparatu facto magnoque exercitu coacto Bithyniam invadit, qua occupata M. Aurelium Cottam Cos. ad Chalcedonem prœlio vicit cfr. Appian. de bello Mithridat. c. 69—71. Sed L. Licinius Lucullus Cos. equestribus prœliis adversus Mithridatem feliciter pugnavit, expeditiones aliquot prospere fecit, poscentesque pugnam milites a seditione inhibuit. Liv. Epit. XCIII. XCIV. Dejotarus præfectos Mithrida-

---

Lib. XVI. p. 302. ubi ex fragmentis Capitolinis hæc laudantur - - - f. - - - n. - - «ex prætura classem atque oram Græciæ maritumam sortitus Procons. obtinuit» id quod haud dubie ad M. Antonium pertinet, qui anno priore prætor fuit. Ceterum bellum Cretensibus nonnisi postero anno illatum esse videtur, quod Livius Epit. XCVII. cum de Crassi prætoris rebus adversus fugitivos gestis exposuisset, hæc addit: «M. Antonius prætor bellum adversus Cretenses parum prospere susceptum morte sua finivit.» Sed emendandus Vellejus II. 31. qui, ubi de Lege Manilia exponit et æquam Pompejo in omnibus provinciis cum proconsulibus fuisse imperium usque ad quinquagesimum milliarium a mari dicit, idem ante *biennium* in M. Antonii prætura decretum fuisse, contendit. Antonius enim septem annis ante legem Maniliam latam prætor fuerat.

Cfr. præterea de Antonii imperio Lactant. de falsa religione I. 11; «Neptuni regnum tale fuisse dicimus, quale M. Antonii fuit infinitum illud imperium, cui totius oræ maritimæ potestatem senatus decreverat, ut prædones persequeretur et mare omne pacaret.» Juvenal. Satir. VIII. 104. ubi ad verba: «Inde Dolabella est, atque hinc Antonius, inde sacrilegus Verres» vetus scholiasta hæc adnotavit: «Antonius trium Antoniorum corruptor ille, Salustius, qui oræ maritimæ — qua Romanum esset imperium, contrarius piratis. Hi omnes socios, et maxime Græcos, Asiaticos ac Siculos fortunis omnibus spoliaverunt.» Apud Tac. Annal. XII. 62. Byzantii bello piratico M. Antoninm affirmant a se esse adjutum. Diodorus Siculus X. p. 212. Ed. Bip. pacem cum Cretensibus compositam statuit. De rebus post Antonii cladem a Cretensibus gestis cfr. Appian. de Reb. Siculis p. 98. seq. Vol. I. Ed. Schweigh.

tis bellum in Phrygia moventes cecidit. Liv. l. l. Tum totius belli impetus ad Cyzicenorum urbem constitit, quam Mithridates summa vi oppugnavit, obsessus et ipse et commeatu interclusus a Lucullo. Quare regis exercitus fame ferroque deletus et Bithynia pulsus est; ipse variis belli ac naufragiorum casibus fractus in Pontum profugit. *) Cujus post fugam Lucullus, cum, navibus instructis et armatis, Hellespontum teneret, ad hostium classem investigandam, quæ Mithridatis jussu Italiam petebat, partem in Achæorum portu deprehensam, reliquas ad Samon insulam in terram subductas demersit vel expugnavit. cfr. Plut. Luc. 12. **)

Quibus perfectis, ad ipsum Mithridatem persequendum perrexit, qui, quamvis magna tempestate deprehensus, tamen in ipsa fuga Heracleam Ponticam ceperat, inde Sinopen ac post magna cum difficultate Amisum pervenerat. cfr. Oros. VI. 2. Lucullus igitur, per Bithyniam atque Galatiam itinere facto, ipsum Ponti regnum petivit. Ubi cum per aliquod tempus inopia frugum laborasset exercitus, postea summa omnium

---

*) Appian. Mithridat. 71—79. Plut. Lucull. 7—41. Sed Livio auctore Cotta et Lucullus consules ad bellum profecti sunt. Quare Cottæ clades, et equestria Luculli prœlia ad priorem annum referenda; in eandem sententiam Appianus dicit c. 72. initio: Λούκιος δὲ Λούκουλλος ὑπατεύειν καὶ στρατηγεῖν αἱρεθεὶς τοῦδε τοῦ πολέμου. Idem Cottam vere ineunte victum esse statuit. Sed Lucullus serius ad bellum profectus esse videtur. Cum enim Romæ commeatum et stipendium Pompejo mittendum curaret, Quinctii actionibus restiteret, exercitum pararet, Asiam pacaret, annus pæne transactus esse videtur, antequam prœlia cum hostibus iniret. Sed Cyzicus haud dubie ante hiemem obsideri cœpta est. cfr. Plut. Lucull. c. 11. χειμῶνος ὄντος — νιφόμενος — πολλοὺς ὑπὸ κρύους ἐνδίδοντας κ. τ. λ. — de classe tempestatibus dispersa ita Florus III. 5. « Centum amplius navium classem apparatuque belli gravem in Pontico mari aggressa tempestas, tam fœda strage laceravit, ut navalis belli instar efficeret; plane quasi Lucullus, quodam cum fluctibus procellisque commercio, debellandum tradidisse regem ventis videretur. »

**) Appian. de bello Mithridatico c. 77. Cic. pro Lege Manilia c. 8. qui de hoc prœlio ita disserit: « ab eodem imperatore classem magnam et

rerum abundantia fuit. Qua re permotus et ut Mithridatem e fuga retractum ad prœlium ineundum compelleret, lentius bellum gessit et dum Mithridates novum parat exercitum, opulentissimas urbes Amisum, Eupatoriam aliasque ad voluntariam deditionem perlicere studuit. cfr. App. B. M. c. 78. Plut. Luc. 14. 15.

In Hispania idem fere belli tenor, qui priore anno fuerat. Sed Sertorii res labi cœperunt. Metellus atque Pompejus loca munita aggressi, multa ceperunt; Sertorius autem, proscriptos Romanos suspiciens, cum plus Hispanis tribueret, Romanorum animos a se abalienavit. Proscripti igitur, si qui parti exercitus præerant, socios vexando et diripiendo, multos ad defectionem perpulerunt, magnamque Sertorio contraxerunt invidiam. Qua re is exacerbatus, pueros obsides Hispanorum populorum, quos Oscæ instituendos curaverat, aut interfecit, aut sub corona vendidit. Tanta crudelitate usus, luxui quoque atque libidinibus sese dedit. cfr. Appian. B. C. I. 113. Plut. Sertor. 25. *)

In Urbe summa annonæ caritas, cum et commercia piratarum latrociniis sublata et mare prædationibus infestatum esset. Flor. III. 6. Itaque

---

ornatam, quæ ducibus Sertorianis ad Italiam studio inflammata raperetur, superatam esse atque depressam dico. Id pro Muræna c. 15. «Quid illam pugnam navalem ad Tenedum, quum contento cursu, acerrimis ducibus» hostium classis Italiam spe atque animis inflata peteret, mediocri certamine et parva dimicatione commissam arbitraris.» Orosius Hist. Lib. VI. 2. «Lucullus postea, cum eodem Mario navali prœlio congressus, triginta et duas naves regias et complures onerarias aut demersit aut cepit. Multi ibi ex his, quos Sulla proscripserat, interempti sunt. Marius postero die de spelunca, ubi latebat, extractus, meritas hostilis animi pœnas luit.»

*) Eodem anno Debrossius judicat expeditionem a Pompejo in Gallæciam factam; quo cum venisset, Perpernam a Sertorio præmissum invenit. Itaque in Lusitaniam contendit, sed militum timore prohibitus, Lethen fluvium transire non potuit; nihilominus tamen Perpernam Lusitania cedere coegit. cfr. Hist. Reip. Rom. Tom. II. p. 174. ubi male conjecit in Ep. Pompeji ad Senatum *Gallaeciam* pro *Gallia* esse scribendum.

lex Terentia et Cassia frumentaria lata. Cic. in Verrem. III. 70. C. Licinius Macer, tr. pl. irritis aliorum conatis non deterritus, turbulentas conciones de restituenda tribunicia potestate habuit, sed callido consilio senatus tota res ad Pompeji reditum rejecta est. cfr. Sal. fragm. III. 22. Or. Lic. Tr. Pl. ad plebem. Cic. Brut. 67. pro Rabir. 2. Epp. ad Att. I. 4. *) Contentionibus tribuniciis compositis, bellum intestinum a servis fugitivis concitatum est. Quatuor enim et septuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerant et congregata servitiorum ergastulorumque multitudine, Crixo et Spartaco ducibus, bello excitato, Claudium Pulchrum legatum et P. Varenum prætorem prœlio vicerunt. **)

Anni DCLXXXII P. U. C. Consules L. Gellius Publicola. Cn. Cornelius Lentulus Clodianus.

Ad bella externa, quæ in Hispania, Macedonia, Asia et contra piratas gerebantur, servilis tumultus terror accessit. Cum enim fugitivi jam ad septuaginta millia essent, App. B. Civ. I. 106. et Coram, Nolam, Nuceriam, totam Campaniam atque Metapontum terribili strage populati essent, Flor. III. 20. ambo Consules cum duabus legionibus contra eos missi sunt. Præterea Arrio prætori exercitus datus isque seorsim imperium a consulibus habere jussus est. cfr. Freinsh. Suppl. Liv. Hist.

---

*) Idem rerum Romanarum historias scripsit. cfr. Ernesti Clav. Cic. s. v. *Macer*. Voss. de Historicis Latinis I. 10. Lachman de Fontibus Histor. T. Livii Comment. Pr. p. 38. sq. cfr. Weichert. de Licinio Calvo. p. 5. et 14.

**) Cfr. Flor. III. 20. Plut. Crass. c. 8. 9. Appian. B. Civ. I. 116. Eutrop. VI. 7. Frontin. I. 5. 20. 21. 22. Liv. Epit. XCV. Magna scriptorum discrepantia in ducum nominibus scribendis. *Claudius* ap. Oros. *Clodius*. ap. Flor. Claudius Glaber apud Appian. Ουαρίνιος Γλάβρος. Varenus ap. Plutarchum, Π. Βαρῖνος, ap. Appian. Π. Ουαλέριος, ap. Salustium fragm. Inc. 166. et Frontinum *Varinius*. Appiani negligentia omnibus nota. Scriptura quæ ap. Salustium et Frontinum est, haud dubie præferenda. Apud Ciceronem *Varinus* audit, pro Flacco 19. De cognomine *Glabro*, quod Sigonius falsum esse judicavit, cfr. Muratori Thes. nov. Inscript. T. I. 4.

L. LXI. 1. A quo Crixus fugitivorum dux cum viginti millibus hominum cæsus est. cfr. Liv. Epit. XCVI. Plut. Crass. c. 9. Appian. B. Civ. I. 117.*) Jam cum Spartacus celeri fuga Alpes peteret, alter consulum angustias viarum antea insedit, alter a tergo hostes insecutus est. Spartacus igitur signis primum in hunc, post in illum conversis, utrumque profligavit. In Gallia Cisalpina prætor Cassius ei obviam duxit, et magna parte militum cæsa, ægre fuga elapsus est. Plut. et App. l. l. l. l.**) Quibus victoriis elatus, Spartacus de invadenda urbe Romana deliberavit, Flor. l. l. atque Consules, cum se fugitivis in agro Piceno objecissent, insigni clade affecit App. l. l. Unde consilio mutato; Italiam inferiorem petivit Thuriosque urbem expugnavit. App. Quo facto Senatus Consules pro imperio agere vetuit et M. Licinio Crasso prætori imperium contra fugitivos detulit.

Eodem tempore Cn. Lentulus Consul, ut ærario exhausto succurreret, legem de pecunia, quam Sulla emptoribus bonorum, quæ quondam proscriptorum fuerant, exigenda promulgavit, cfr. Sal. fragm. IV. 1. ***)

---

*) Prœlium ad Garganum montem commissum, sed Crixum a Gellio consule superatum esse auctores sunt Orosius V. 24. et Plutarchus.

**) Liv. Epit. XCVI. «C. Cassius proconsul et Cn. Manlius prætor male adversus Spartacum pugnaverunt, idque bellum M. Crasso prætori mandatum est.» Cassius proconsul dicitur, ut alii multi, qui quæstores vel prætores creati, consulare imperium in provinciis tenent. Manlii, quantum equidem scio, apud solum Livium fit mentio; contra is prœlium in agro Piceno commissum silentio prætermisit, de quo Appianus ita: *καὶ τῶν ὑπάτων αὖθις περὶ τὴν Πικηνῖτιδα γῆν ὑποστάντων, μέγας ἀγὼν ἕτερος ὅδε γίγνεται καὶ μεγάλη καὶ τότε ἧσσα Ῥωμαίων.* et Orosius: «Post etiam, collatis frustra ambo consules copiis, accepta gravi clade, fugerant. Dehinc C. Cassium proconsulem idem Spartacus oppressum bello interfecit.»

***) Sunt, qui legem de tribunicia potestate jam hoc anno a *M Lollio Palicano* tr. pl. relatum putent; inter quos Pighius. Cujus errorem quamvis Debrossius refutaverit, tamen et ipse in eo erravit, quod *M. Lollium Palicanum*, Pompejo Consule, tribunum plebis fuisse statuit. Nam is

Cum Sertorio hoc anno debellatum est. Conjuratio enim detecta, cujus occultus auctor Perperna fuerat, ut Sertorium suis infestiorem reddidit, ita conjuratorum consilia acceleravit. Ita factum est, ut Sertorius a M'. Antonio et M. Perperna aliisque conjuratis in convivio interficeretur, octavo ducatus sui anno; magnus dux et adversus duos imperatores Pompejum et Metellum, sæpe par, vel frequentius victor; ad ultimum desertus et proditus. Imperium partium ad M. Perpernam translatum est.

---

quidem, Asconio auctore Comm. in Verr. de præt. Urb. p. 102. Verre prætore, tribunus fuit. cfr. Cic. in Verr. Act. II. 1. 47. Pighium autem in errorem induxisse videtur alius Pediani locus, cfr. ad Cic. Act. I. in Verr. 15. ubi «per annos continuos tres illo tempore populum Romanum tribuniciam potestatem flagitasse» dicit. Qui quidem locus si cum alio confertur, Comment. in Divinat. p. 19.: «Primus Licinius, tribunus plebis, nec multo post Quinctius et postremo Palicanus perfecerant, ut tribuniciam potestatem populo redderent Coss. Cn. Pompejus Magnus et M. Licinius Crassus» satis probabile videtur, Palicanum hoc anno tribunum plebis fuisse. Sed Asconius ipse M. Lollium Palicanum qui L. Octavio, C. Aurelio Coss. tribunus pl. erat, quemque Quinctius, et Licinius sequebantur, cum altero Palicano permiscuisse videtur; nam ad illum potestas tribunicia restituta nihil pertinuit. Nam Palicani, quo tribuno pl. Pompejus habuerat concionem de restituenda tribunicia potestate, gentile nomen *Atilius* vel Acilius fuit. cfr. Salustii fragm. ap. Quinctil. Institut. Rhetor. IV. 2. 2. et Burmannus ad h. l. in aliis Codd. *Attelius* vel *Attilius* legitur, sed in nullo *Aolius*, quod Debross. affirmat. cfr. Hist. Reip. Rom. Vol. II. p. 442. ad hunc Palicanum hæc scriptorum loca sunt referenda Cic. Brut. 62. Val. Max. III. 8. 3. Cic. ad Attic. I. 1. et 18. Act. in Verr. I. 13. Etiam Ep. ad Attic. II. 3. ad eundem pertinere et prænomen K. in M. mutandum esse censeo; temere ibi Ernestius *Auli filio* emendavit, alii alia tentaverunt. Nam vel postea Pompejo cum isto tribuno necessitudinem quandam intercessisse, verisimile est. Plane diversus a *Palicanis*, M. Lollius fuisse videtur, quem Cicero Clodii satellitem et seditiosum hominem nominat. cfr. Or. pro Domo 5. 6. 35. etc. De aliis Lolliis vide Ernesti Clav. Cic.

Quem Cn. Pompejus victum captumque interfecit, ac recepit Hispanias decimo fere anno, quam cœptum erat bellum.*)

Contra fugitivos quoque, duce Crasso res bene gesta est. Cujus legato Mummio audacius hostes aggresso, cum milites abjectis armis aufugissent, unius cohortis decimum quemque sorte ad supplicium lectum more militari interfecit et priscam disciplinæ severitatem restituit.**) Tum Spartacum, per Lucaniam ad mare properantem ***) secutus, in

---

*) Liv. Epit. XCVI. Val. Max. IX. 15. 4. Plut. Pomp. 20. Sertor. c. 26. 27. Appian. dé bellis Civ. I. 113. 114. 115. Flor. III. 22. qui de belli fine ita exponit: Victo deditoque Perperna, ipsæ quoque in Romanam fidem venere urbes Osca, Termes, Tutia, Valentia, Auxima et in fame nihil non experta Calaguris. Victores duces externum id magis quam civile bellum videri voluerunt, ut triumpharent.» cfr. Oros. V. 23. «Postremo ipse Sertorius X demum anno belli inchoati iisdem, quibus et Viriathus, suorum dolis interfectus, finem bello fecit, Romanisque victoriam sine gloria dedit, quamvis Perpernam postea pars ejus exercitus secuta sit, qui a Pompejo victus cum universo exercitu suo interfectus est. Civitatibus vero cunctis ultro ac sine mora per deditionem receptis, duæ tantum restiterunt, hoc est Uxama et Calaguris; quarum Uxamam Pompejus evertit, Calagurim Afranius, jugi obsidione confectam, atque ad infames escas miseranda inopia coactam, ultima cæde incendioque delevit.» cfr. Val. Max. VII. 6. 3. externa. Ceterum Vellejus II. 30. Sertorium *Etoscæ* interemptum esse tradit, ubi editores alii *Oscæ*, alii *Ileoscæ* emendarunt. cfr. Not. Variorum ad h. l. apud Ruhnkenium. cfr. Eutrop. Brev. Lib. VI. 1. «Octavo demum anno (Sertorius) a suis occisus est et finis ei bello datus per Cn. Pompejum adolescentem et Q. Metellum Pium: atque omnes prope Hispaniæ in ditionem populi Romanæ redactæ sunt. «Plin. H.N. VII. 27.» Pompejus excitatis in Pyrenæo tropæis oppida DCCCLXXVI ab Alpibus ad fines Hispaniæ ulterioris in deditionem redacta victoriæ suæ adscripsit.»

**) Cfr. Appian. de bello Civ. I. 118. Plut. Crass. 10.

***) Spartacum nonnisi post duplicem cladem acceptam in Italiam inferiorem cessisse auctor est Appianus; confirmat Florus III. 20. «a quo pulsi fugatique in extrema Italiæ refugerunt.»

Rheginorum agro considere coegit. Fugitivi, Cilicum navibus in Siciliam transmittere conati, spe frustrata, re frumentaria laborare cœperunt. Crassus enim, altissima fossa per medium isthmum ducta fame, eos ad deditionem compellere studuit. *) Qui cum nocte procellosa elapsi Brundusium contendissent, Crassus tanto terrore perculsus est, ut literis ad senatum missis et Pompejum ex Hispania, et Lucullum ex Thracia cum exercitibus in Italiam revocandos censeret. **) Sed paulo post, fugitivorum pars, quæ a Crasso discesserat, victa, et amplius duodecim millia hostium cæsa sunt. ***) Spartacum ipsum in saltus Petelinos recedentem, Quintus Crassi legatus et Scropha quæstor insecuti, subito fugitivorum impetu oppressi, effusa fuga castra petierunt. ****) Crassus igitur ut et ignominiæ labem aboleret, et Pompeji reditum anteveniret, atrocissimo

---

*) Plut. l. l. Appian. l. l. Ceterum hieme hoc factum esse testimonio sunt verba Plutarchi: *νύκτα νιφετώδη καὶ πνεύματι χειμέριον παραφυλάξας.*

**) Hoc sub hujus anni finem, vel sequentis initio factum esse videtur; Ceterum quod Debrossius addidit, senatui consilium fuisse, Lucullum quoque cum exercitu e Macedonia revocare, ejus rei nullum apud antiquos scriptores exstat testimonium. Solus Appianus auctor est, Spartacum falso nuntio de Luculli ex Asia reditu permotum, ultimum prœlium cum Crasso commisisse l. l. c. 120. de transitu in Siciliam. cfr. Cic. in Verr. V. 2. «M. Crassi, fortissimi viri, virtute consilioque factum, ne ratibus conjunctis freto fugitivi ad Messanam transire possent; a quo illi conatu non tanto opere prohibendi fuissent, si ulla in Sicilia præsidia ad illorum adventum opposita putarentur.

***) Liv. Epit. XCVII. «M. Crassus prætor primum cum parte fugitivorum, quæ ex Gallis Germanisque constabat, feliciter pugnavit, cæsis hostium XXXV millibus et duce eorum Granico. Cum Spartaco deinde bellavit cæsis cum ipso millibus LX.» cfr. Plut. Crass. c. 11.

****) Frontin. II. 4. 7. Strateg. II. 5. 34. «Triginta quinque millia armatorum eo prœlio interfecta cum ipsis ducibus Livius tradit, receptas quinque Romanas aquilas, signa sex et viginti, multa spolia, inter quæ quinque fasces cum securibus.» Plut. l. l.

prœlio fugitivos ad internecionem cecidit. Pauci fuga elapsi in Pompejum ex Hispania redeuntem inciderunt, a quo oppressi et interfecti sunt. Crassus ovans urbem ingressus est. *) Metellus et Pompejus de Hispanis victis triumpharunt.

In Asia Lucullus, vere ineunte, cum exercitu ad Caberam, regni Pontici caput, profectus, et diu magna regiorum equitum multitudine commeatu interclusus, tandem hostes sponte fugientes pæne ad internecionem cecidit; ita ut Mithridates cum paucis equitibus ad Tigranem regem perveniret. Quo facto, Lucullus Heracleam, Amisum et Sinope ex-

---

*) Appian. B. Civ. I. 120. Plut. Crass. c. 11. Plut. Pomp. 21. Appiano teste hæc omnia a Crasso sex mensibus gesta; sed nihilominus tamen bellum in sequentem annum extractum fuisse videtur; ceterum tertio anno huic bello finis impositus, ut recte Eutrop. VI. 7. Minus accurate Schol. Horat. ad. Od. III. 14. 19., quatuor deinceps annos gestum esse dicit. Jam quod Appianus ante Crassum ducem dicit c. 118: τριέτης τε ἦν ἤδη καὶ φοβερὸς αὐτοῖς ὁ πόλεμος hunc ipsum annum intelligit. De belli fine cfr. Cic. pro lege Manilia c. 11. «Italia, cum servili bello tetro periculosoque premeretur, ab hoc auxilium absente expetivit; quod bellum exspectatione Pompeji attenuatum atque imminutum est, adventu sublatum ac sepultum. Tac. Annal. 3. 73; «ne Spartaco quidem post tot consularium exercituum clades, inultam Italiam urenti, quanquam Sertorii atque Mithridatis ingentibus bellis labaret respublica, datum, ut pacto in fidem acciperetur.» cfr. Tac. Ann. 15. 46. Vellej. II. 30. Horat. Epod. XVI. 5. Od. III. 14. 19. et Schol. ad. h. l. Steph. Byzantinus s. v. Σπάρτακος; quod urbis nomen fuisse narrat. Serv. ad. Virg. Aen. VII. 632. Athen. VI. 21. καὶ Σπάρτακος δὲ ὁ μονόμαχος ἐκ Καπύης πόλεως Ἰταλικῆς ἀποδρὰς κατὰ Μιθριδατικὰ πολὺ πλῆθος, ἀποστήσας οἰκετῶν (ἦν δὲ καὶ αὐτὸς οἰκέτης, Θρᾷξ τὸ γένος) κατέδραμε πᾶσαν Ἰταλίαν χρόνον οὐκ ὀλίγον, πολλῶν δούλων καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν συῤῥεόντων ὡς αὐτὸν καὶ εἰ μὴ ἀπέθανεν ἐν τῇ πρὸς Λικίνιον κράσσον παρατάξει, οὐ τὸν τυχόντα ἂν ἱδρῶτα τοῖς ἡμεδάποις παρεσχήκει ὡς ὁ κατὰ Σικελίας Ευνους·—συγγράμμα δὲ ἐκδέδωκε περὶ τῶν δουλικῶν πολέμων καικίλιος ὁ ῥήτωρ ὁ ἀπὸ καλῆς ακτῆς.

cepta, reliquas Ponti urbes obsidione cepit*) et cum Machare, Mithridatis filio, cujus imperio Bosporus parebat, amicitiam et societatem junxit. Eodem tempore M. Lucullus qui Macedoniam administraverat, triumphavit. Bessis enim, primus Romanorum bellum intulerat eosque ingenti prœlio in Hæmo monte superaverat; præterea oppidum Uscadamam, eodem die, quo aggressus est, vicit, præterea Cabylen ceperat, et ad Danubium usque penetraverat. Ibi Appolonia eversa, Calatis, Parthenopolis, Tomi, Barzino oppida capta. **)

Anni DCLXXXIV. P, U. C. Consules Cn. Pompejus Magnus, M. Licinius Crassus.

Tribunicia potestas a Consulibus, M. Atilio Palicano, tribuno plebis, agente restituta est. ***) Judicia quoque per L. Aurelium Cottam ad equites

---

*) Cfr. Appian. de bello Mithridatico c. 79—83. Plut. Luc. 15—19. Liv. Epit. XCVII. qui ita de hujus anni expeditionibus exponit. «L. Lucullus in Ponto adversus Mithridatem feliciter pugnavit, cæsis hostium amplius quam LX. millibus. Mithridates desperatione rerum suarum coactus, ad Tigranem Armeniæ regem confugit.» Ceterum Eutropius VI. 8. Sinopen et Amisum civitates ante prœlium ad Cabira commissum, captas statuit, et quæ hoc anno gesta sunt, a serioribus non sejungit. cfr. Epist. Mithridat. ad Arsacen R. in fragm. Sal.

**) Cfr. Eutrop. VI. 8. Oros. VI. 3. Sexti Rufi Breviarium c. 9. qui iisdem fere, quibus Eutropius, verbis hac de re exponit. Ammianus, Marcellinus Lib. XXVII. 3. p. 109. Ed. Bipont. Florus III. 4. Lucullum ad Tanain usque lacumque Mæotin pervenisse auctor est. Cic. in Pison. 19. — Ceterum eodem anno M. Antonius prætor, de quo supra memoratum est, bellum adversus Cretenses, parum prospere susceptum, morte sua finivit. cfr. Liv. Epit. XCVII.

***) Cfr. Epit. XCVII. «M. Crassus et Cn. Pompejus, consules facti, (sed Pompejus antequam quæsturam gereret ex equite Romano) tribuniciam potestatem restituerunt. Salust. Catil. 38. et loca ibi laudata. Cic. Divinat. in Cæcil. c. 3. Act. in Verr. I. 15. et Ascon. l. l. «Ipse denique Cn. Pompejus, cum primum concionem ad urbem Consul designatus

Romanos translata sunt. *) Cn. Lentulus et L. Gellius Censores asperam censuram egerunt, quatuor et sexaginta senatu motis; a quibus, lustro condito, censa sunt civium capita quadringenta quinquaginta millia. **)

In Asia Lucullus, post regis fugam, et in Asiæ rebus ordinandis atque constituendis et in Ponto pacando occupatus fuit, Sinopen urbem opulentissimam cepit et Macharen, Mithridatis filium, Bospori regem in amicitiam recepit. cfr. Appian. De B. Mithrid. c. 83. Præterea legatos ad Tigranem Armeniæ regem misit, qui ab eo peterent, ut Mithridatem

---

habuit, ubi id, quod maxime exspectari videbatur, ostendit se tribuniciam potestatem restituturum, factus est in eo strepitus et grata concionis admurmuratio. Plebem tribuniciam potestatem ideo postulasse Cicero auctor est, quod senatus judicia male et flagitiose tuebatur. cfr. Ascon. Pedian. Comm. in Prooem Act. in Verr. p. 61. Cic. De Legg. 3. 9. Plut. Pomp. c. 22.

*) «Per idem tempus Cotta judicandi munus, quod C. Gracchus ereptum senatui ad equites, Sulla ab illis ad senatum transtulerant, æqualiter inter utrumque ordinem partitus est.» cfr. Ascon. Pedian. in Verr. p. 43. Sed lege Aurelia etiam tribunos ærarios in judicum numerum fuisse admissos, testis est Ascon. p. 130 et p. 140. «Aurelia lege communicata judicia inter senatores et equestrem ordinem, et tribunos ærarios p. 167. in Pison. hæc lex eo ipso tempore ferebatur, quo Cicero contra Verrem dixit.» cfr. Cic. Div. in Cæcil. 3. «Ordo quoque alius ad res judicandas postulatur.» Ascon. p. 19. «*nunc* Aurelius Cotta legem fert, ut senatores et equites Romani ac tribuni ærarii simul judicent.» Ernesti Clavis Cic. s. v. *Aurelia.*

**) Cic. Divinat. in Cæcil. c. 3. Ascon. ad h. l. p. 20. Plut. Pomp. c. 22. Cic. pro Cluentio 42. Val. Max. V. 9. «L. Gellius omnibus honoribus ad censuram perfunctus etc. Ascon. in prooem. Act. in Verr. p. 63. «Convenerat autem ex municipiis cujuscunque modi multitudo, aut propter comitia suffragiorum causa, aut ludorum votivorum, Romanorum, Victoriæ, plebejorum, aut ut censerentur apud Censores Gellium et Lentulum, qui tunc erant.»

victum Romanis traderet. Plut. V. Luc. c. 20. 21. 23. 24. initio. Liv. Epit. XCVIII. *)

Eodem anno L. Metellus prætor in Sicilia adversus piratas prospere rem gessit. Liv. Epit. XCVIII. qua de re ita Orosius VI. 3: Metellus Siciliæ prætor, cum fœdissima illa C. Verris prætura Siciliam adflictam invenisset, maxime Pyrganione archipirata nefariis prædis et cædibus dilacerante, qui pulsa classe Romana Syracusanum portum obtinuerat, quem mox navali terrestrique prœlio comminutum, Sicilia decedere compulit. cfr. Cic. Act. in Verr. I. 9.

Anni P. U. C. DCLXXXV Consules Q. Hortensius L. F. Q. Cæcilius Metellus Creticus.

Sortitione provinciarum facta Hortensio Creta et bellum cum Cretensibus gerendum obtigerat; qui urbanæ vitæ et foro, in quo regnabat,

---

*) Cum neque Appianus, neque Plutarchus singula temporum momenta satis accurate distinguant, haud facile est ad decernendum, quo anno unaquæque res gesta sit. Accedit ipsius rei difficultas, quod Plutarcho teste non solum in obsidione Cyzici et Amisi milites in castris hibernarant, sed etiam reliquo tempore nunquam hibernatum in socias urbes profecti sunt, ita ut bellum fere sine ulla intermissione gereretur. cfr. Plut. Luc. 33. Hic unus annus magnis expeditionibus vacuus fuit, quia Lucullus recte judicabat, terras recens captas antea esse pacandas, antequam ad novum bellum proficisceretur. Neque est, quod dubitemus, in ære alieno tantæ provinciæ levando, tot tantisque negotiis fuisse distentum, ut æstatem hac in re peragenda consumserit. cfr. Plut. Luc. 20. Λούκουλλος δὲ τρέπεται πρὸς τὰς ἐν Ἀσίᾳ πόλεις, τῶν πολεμικῶν ἔργων σχολάζοντος αὐτοῦ κ. τ. λ. Ceterum Sigonius in eo fallitur, quod hoc demum anno regias urbes Amastrim, Heracleam et Amisum captas statuit. Non solum enim Plutarchus Sinopen multo serius captam esse tradit c. 23. sed Appianus etiam, quamvis alias parum diligentem scriptorem se præbeat, alio tempore reliquas, alio Sinopen occupatas esse bene animadvertit.

magis quam bello assuetus, Metello exercitum et provinciam concessit. *)

Lucullus cum modica militum manu ad debellandum Tigranem profectus, Euphrate fluvio trajecto et regio præfecto superato, innumeras hostium copias brevi tempore fudit fugavitque et Armeniæ caput Tigranocertam proditione cepit, multosque finitimarum civitatum reges in detionem accepit. Nam præter Arabum principes, ipse Arsaces, tum temporis rex potentissimus Asiæ, legatos ad eum misit, qui de fœdere cum Romanis jungendo agerent. Qui cum Punica fide ageret, et eodem tempore cum Tigrane de belli societate pacisceretur, Lucullus Parthis quoque bellum inferre paravit, sed seditione militum, qui in Ponto relicti erant, impeditus, incepto destitit. **)

---

*) Cfr. Dionis fragm. Ursin. ex libris XXXIV. prioribus c. CLXXVII et CLXXVIII 1. Ceterum hoc bellum Antonii crudelitate et avaritia excitatum, ne morte quidem nefarii auctoris sedatum est. Quamvis enim legati Cretenses de injuriis Antonii mitius responsum a senatu tulissent, tamen imprimis Lentuli Spintheris opera factum est, ut tales pacis conditiones iis imponerentur, quibus, salva libertate, parere non poterant. cfr. Diodori Siculi fragm. Lib. XXXVIII et XXXIX. Tom. X. p. 212. Ed. Bipont. Ceterum sequenti demum anno Cretensibus bellum fuisse illatum, ex more illius temporis satis est probabile.

**) Cfr. Plut. Lucull. c. 24—30. Appian. de B. Mithrid. c. 84—86. Dionis fragm. Ursin. CLXXVIII. 3. et Lib. XXXV. 1. 2. 3. Liv. Epit. XCVIII. «L. Lucullus, in Armenia Mithridatem et Tigranem et ingentes utriusque regis copias, pluribus prœliis fudit.» Oros. VI. 3. «præterea Lucullus transgressus Euphratem et Tigrin apud Tigranocertam urbem cum Mithridate et Tigrane congressus, parvissima suorum manu, magnum hostium numerum occidit. Nam triginta millia hominum in eo bello cæsa referuntur. Tigranes vix centum et quinquaginta equitibus comitatus aufugit, diademate et tiara, ne agnosceretur, abjectis. Tunc ad Lucullum totius pæne Orientis venere legati.» Eutropius L. VI. 8. et 9. «Susceptus tamen est Mithridates post fugam a Tigrane, Armeniæ rege: qui tum ingenti gloria imperabat, Persas sæpe vicerat, Mesopotamiam occupaverat, et Syriam et Phœnices partem. Ergo Lucullus repetens hostem fugatum, etiam regnum

Anni DCLXXXVI. P. U. C. Consules L. Cæcilius, L. f. Q. n. Metellus, Q. Marcius Q. f. Rex.

Cum, Metello Consule mortuo, filius quoque, in patris locum suffectus, antequam magistratum iniret, diem supremum obiisset, neminem subrogari placuit, et Marcius solus per reliquum annum consulatum gessit. *) His consulibus Collegia, quæ contra rempublicam inita videbantur, senatusconsulto sublata sunt. **) Marcio Regi Cilicia provincia decreta est.. Lucullus, cum reges novas copias parassent, media æstate Taurum montem primus Romanorum ducum transgressus, pluribus levioribus prœliis factis, tandem apud Artaxata, urbem munitissimam et Hannibalis consilio loco perquam opportuno sitam, Tigranem regem atroci prœlio vicit, et a Mithridate persequendo coeli sævitia prohibitus, Mesopotamiam repetivit, ubi media hieme Nisibin, urbem opulentissimam cum ipsius Tigranis fratre cepit. ***) Sed eodem tempore et Tig-

---

Tigranis, qui Armeniis imperabat, ingressus est. Tigranocerta, civitatem nobilissimam, cepit: ipsum regem cum sexcentis millibus Clibaniorum et centum millibus sagittariorum et armatorum venientem, XVIII millia militum habens ita vicit, ut magnam partem Armeniorum deleverit.» — Ceterum eodem anno M. Pupium Pisonem Calpurnianum ex Hispania triumphasse, Cicero auctor est. cfr. Orat. in Pison. 26. et Ascon. ad h. l. p. 166. Cic. pro Flacco. 3.

*) Cfr. Dion. Cassii Hist. Rom. Libri XXXV. fragm. c. 4.

**) Ascon. Pedian. Comment. in Pisonianam p. 159. Cic. in Pison. c. 4.

***) Omnium scriptorum diligentissime Dio Cassius de hujus anni expeditionibus exposuit. l. l. c. 5—11. Sed prœlium ad Artaxata, in quo celebrando multus est Plutarchus, silentio prætermisit. Livius inprimis hanc victoriam laudibus extulisse videtur. cfr. Plut. V. Luc. c. 31. Contra Plutarchus in causis Lucullianæ cladis illustrandis multo est diligentior l. l. 32—36. Appianus c. 87—88. ne Nisibin quidem oppugnatam captamque commemorat. In Livii Epitome nihil scriptum, quod ad hunc annum pertineat. Oros. VI. 3. «is (scil. Lucullus) imminente hieme per Armeniam in Mesopotamiam regressus, Nisibin urbem, illis tunc locis inclytam, expugnavit et cepit.» Idem fere Eutropius; sed uterque in eo falluntur, quod hujus anni expeditionibus omissis, hoc priore anno factum statuunt.

ranes in Armeniam irrupit et Luculli legatum M. Fannium obsidione clausit, et Mithridates cum expedita manu in patrium regnum regressus, multos Romanorum inopinantes et dispersos oppressit, Marciumque Fabium prœlio vicit, qui in fugam conjectus, Cabiræ a Mithridate obsessus, et postea a Triario obsidione exemptus est. A quo Mithridates victus in Commagenen refugit. cfr. Dion. Cass. L. XXXV. 8—10.

Q. Metellus proconsul contra Cretenses, bellum parantes, classe profectus, cum in terram escendisset, Lasthenem cum exercitu sibi obviam missum, vicit, et Cydoniam urbem, præterea Gnosson, Lyctum et alias plurimas urbes expugnavit, diuturnoque bello domitam insulam in potestatem redegit, legesque Minois Romanis legibus permutavit.*)

Anni DCLXXXVII. P. U. C. Consules C. Calpurnius Piso, M'. Acilius Glabrio.

Multæ leges aut a tribunis, aut ab aliis rogatæ, impugnatæ et magno partium studio perlatæ sunt. Inde per totum fere annum vehe-

---

*) Cfr. Oros. VI. 4. Liv. Epit. XCVIII et XCIX. Diodor. Sic. fragm. lib. XXXVIII et XXXIX. p. 212. Tom. X. Edit. Bipont. Vellej. II. 37. «Creta, ducibus Panare et Lasthene XXIV. millibus juvenum coactis, velocitate pernicibus, armorum laborumque patientissimis, sagittarum usu celeberrimis, per triennium Romanos exercitus fatigaverat.» Perperam Oros. l. l. «Cretam insulam per biennium Metellus evertit.» Nam in tertium annum bellum extractum est, quo tempore Pompejo imperium contra piratas delatum fuerat. cfr. Appian. de rebus Siculis Lib. V. 6. p. 54. Ed. Teucher. Dion. Cassii fragm. Ursin. CLXXXVIII et Lib. XXXVI. 1. 2. Flor. 3. 7. «Metellus deinde, totam insulam igni ferroque populatus, intra castella et urbes redegit, et Gnossum et Erythræam et, ut Græci dicere solent, urbium matrem Cydoneam: adeoque sæve in captivos consulebatur, ut veneno se plerique interficerent, alii deditionem suam ad Pompejum absentem mitterent. Et quum ille res in Asia gerens, eo quoque præfectum misisset Antonium, in aliena provincia inclytus fuit: eoque infestior Metellus in hostes jus victoris exercuit: victisque Lasthene et Panare, Cydoneæ ducibus, victor rediit. Nec quidquam amplius tamen

mentissimæ contentiones in urbe fuere. Primum L. Roscius Otho tr. pl. cum magna populi invidia legem tulit, ut in theatro equitibus Romanis XI ordines spectandi gratia darentur. cfr. Ascon. Pedian. in Cornelianam p. 140. quæ quidem lex, Cicerone auctore, equitibus dignitatem et voluptatem restituit, pro Muræna c. 19. Vellej. II. 32.*) Multæ leges a Cornelio tr. pl. rogatæ; una, «ne quis in senatu legibus solveretur, nisi CC. affuissent, neve quis, cum solutus esset, intercederet, cum de ea re ad populum ferretur.» Altera, «ut prætores ex suis edictis perpetuis jus dicerent.» Tertia, ne quis legatis externarum nationum pecuniam expensam ferret; et quarta, ne quis, nisi per populum legibus solveretur; quæ omnes promulgatæ quidem sed intercessione antiquatæ sunt; qua de re tanta populi ira fuit, ut Consulis fasces frangerentur, lapidesque etiam ex ultima concione in consulem jacerentur. Aliis Cornelii legibus plerique ejus collegæ intercesserunt. cfr. Ascon. Pedian. Argum. Cornelianæ p. 121—123. Dion. Cass. XXXVI. 22. 23. Legem quoque de ambitu proposuerat, sed senatus eadem de re consulem legem ferre jussit, quæ Calpurnia ab eo appellata; in qua præter alias pœnas pecuniaria quoque pœna erat

de tam famosa victoria, quam cognomen Creticum reportavit.» Plutarchus Pomp. c. 29. Lucium Octavium a Pompejo missum tradit, eumque cum ab hostium partibus stetisset, a Lucullo captum et male habitum, dimissum fuisse; consentit Dio Cassius Lib. XXXVI. 1. 2. De controversiis, quæ inter Metellum et Pompejum de Cretensium deditione ortæ sunt, cfr. Appian. et Dion. ll. ll. qua de re Livius Epit. XCIX: «prætera res gestas a Q. Metello adversus Cretenses continet, et epistolas Cn. Pompeji et Metelli invicem missas; queritur Metellus, gloriam sibi rerum gestarum a Pompejo præripi, qui in Cretam miserit legatum suum ad accipiendas urbium deditiones. Pompejus rationem reddit, hoc se facere debuisse.» id. Epit. C. «Q. Metellus, perdomitis Cretensibus, liberæ in id tempus insulæ leges dedit.» cfr. Vellej. l. l. «Ne ab hujus quidem usura gloriæ temperavit animum Cn. Pompejus, quin victoriæ partem conaretur vindicare. Sed et Luculli et Metelli triumphum, cum ipsorum singularis virtus, tum etiam invidia Pompeji apud optimum quemque fecit favorabilem.»

*) Liv. Epit. XCIX. L.: «Roscius, tr. pl. legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi adsignarentur.»

adjecta. cfr. Dion. Lib. XXXVI. 21. Ascon. Pedian. Comment. in Cornelianam p. 132. Ernesti Clavis Cic. s. v. *)

Sed nulla lege majores turbæ excitatæ, quam rogatione Gabinia, ut Pompejo imperium contra piratas, qui tum omnia maria non furtivis expeditionibus sed classibus infestabant, deferretur essetque ei imperium æquum in omnibus provinciis cum proconsulibus usque ad quinquagesimum milliarium a mari. Quo S. C. pæne totius terrarum orbis imperium uni viro deferebatur. cfr. Vellej. II. 31. Dissuadebant optimates, sed consilia impetu victa sunt. Vellej. l. l. **) Denique extremo anni mense C. Manilius legem tulit, ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset. cfr. Ascon Pedian. in Milon. p. 197. Dion. Cass. Lib. XXXVI. c. 25. ***) M'. Acilio Glabrioni Bithynia provincia decreta est. cfr. Dion. Cass. Lib. XXXVI. c. 14. et 17. C. Piso Galliam Narbonensem obtinuit. cfr. Dion. Cass. L. XXXVI. c. 20.

---

*) C. Piso, cum legem de ambitu ex S. C. graviorem, quam fuerat antea, ferret, et propter multitudinem divisorum, qui per vim adversabantur, e foro ejectus esset, edixerat, ut qui rempublicam salvam vellent, ad legem accipiendam adessent, et majore manu stipatus ad legem perferendam descenderat. cfr. Ascon. in Cornel. p. 137. et in Toga Cand. p. 148.

**) Dion. Cass. XXXVI. c. 6—20. Plut. Pomp. 25. ἐδίδου γὰρ ἄρχειν ὁ νόμος αὐτῷ τῆς ἐντὸς Ἡρακλείων ϛηλῶν θαλάσσης, ἠπείρου δὲ πάσης, ἐπὶ ϛαδίους τετρακοσίους ἀπὸ θαλάσσης — πρὸς δὲ τούτοις ἑλέσθαι πεντεκαίδεκα πρεσβευτὰς αὐτὸν ἐκ βουλῆς ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος ἡγεμονίας· χρήματα δὲ λαμβάνειν ἐκ τῶν ταμιείων καὶ παρὰ τῶν τελώνων, ὅσα βούλοιτο καὶ ναῦς διακοσίας, κύριον ὄντα πλήθους καὶ καταλόγου ϛρατίας καὶ πληρωμάτων ἐρετικῶν. Sed postea plebiscito et navium et copiarum numerus auctus. cfr. Plut. Pomp. 26.

***) Ascon. l. l. «Nam eo tempore, cum Cn. Manilius, (ita emendandum) tr. pl. subnixus libertinorum et servorum manu, perditissimam legem ferret, ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset, idque per tumultum ageret, et clivum Capitolinum obsideret, discusserat perruperatque coetum Domitius, ita ut multi Manilianorum interficerentur, quo facto et plebem infimam offenderat et senatus magnam gratiam inierat.»

Mithridates hoc anno totum fere regnum recepit, quod legati Roma in Asiam missi, jam in eo erant, ut in provinciæ formam redigerent. Triario enim legato ante Luculli adventum victo ejusque exercitu pæne ad internecionem cæso, reliquus exercitus Luculli imperio diutius parere recusavit. Imo Valerianae legiones a Publio Clodio sollicitatæ, non solum Lucullum sequi nolebant, sed et ipsis castris discedebant. Ita Cappadocia a Mithridate vastata est; nam neque Marcius Rex, Ciliciæ proconsul, neque Glabrio, cui Bithynia evenerat, auxilio venit. cfr. Dion. Cass. Lib. XXXVI. 12—17. Plut. Lucull. c. 35. Appian. Mithrid. c. 90. *)

Anni P. U. C. DCLXXXVIII Consules M'. Aemilius Lepidus, L. Volcatius Tullus.

Cn. Pompejus bellum maritimum extrema hieme apparavit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit. **) Quibus rebus gestis, cum in Cili-

---

*) Cfr. Liv. Epit. XCVIII. «C. Triarius legatus Luculli adversus Mithridatem parum prospere pugnavit; Lucullus ne persequeretur Mithridatem ac Tigranem summamque victoriæ imponeret, seditio militum tenuit, quia sequi nolebant i. e. quia legiones Valerianæ, impleta a se stipendia dicentes, Lucullum reliquerunt.» Cic. pro lege Manil. 9. «Nam quum (Mithridates) se in regnum recepisset suum, non fuit eo contentus, quod ei præter spem acciderat, ut illam posteaquam pulsus esset, terram unquam attingeret, sed in exercitum vestrum, clarum atque victorem, impetum fecit. — Clades tanta fuit, ut eam ad aures L. Luculli non ex prœlio nuntius, sed ex sermone rumor afferret. Hic in ipso illo malo, gravissimaque belli offensione, L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, vestro jussu coactus, quod imperii diuturnitati modum statuendum veteri exemplo putavistis, partem militum, qui jam stipendiis confectis erant, dimisit, partem Glabrioni tradidit.»

**) Cfr. Cic. pro lege Manil. c. 12. «nondum tempestivo ad navigandum mari, Siciliam adiit, Africam exploravit; inde Sardiniam cum classe venit, atque hæc tria subsidia reipublicæ firmissimis præsidiis classibusque munivit. Inde se cum in Italiam recepisset, duabus Hispaniis et Gallia Cisalpina præsidiis ac navibus confirmata, missis item in oram Illyrici

cia cum exercitu esset, C. Manilius trib. pleb., legem tulit, ut bellum Mithridaticum per Cn. Pompejum administraretur. Qua de re gravissimæ contentiones ortæ, quod alii tantam Pompejo potentiam invidebant, alii hac lege libertatem imminui querebantur. Sed Cicerone et Cæsare adjutoribus Manilius magno plebis studio legem pertulit. *) Lucullus, per hanc æstatem, quamdiu exercitui præerat, in eo acquievisse videtur, ut milites,

---

maris et in Achaiam omnemque Græciam navibus, Italiæ duo maria maximis classibus firmissimisque præsidiis adornavit, ipse autem ut a Brundusio profectus est, undequinquagesimo die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adjunxit: omnes qui ubique prædones fuerunt, partim capti interfectique sunt, partim unius hujus imperio ac potestate se dediderunt. Idem Cretensibus, quum ad eum usque in Pamphyliam legatos deprecatoresque misissent, spem deditionis non ademit obsidesque imperavit.» De causis belli piratici cfr. Appian. Mithridat. c. XCII—XCVI. Dion. Cass. Lib. XXXVI. c. 3—6. Plut. Pomp. c. 24—29. Cic. pro lege Manil. 11. 12. Vellej. Paterc. II. 31. 32. Flor. III. 6. Oros. Histor. VI. 4. Eutrop. VI. 12. Strabo X. p. 477. b. Edit. Paris. 1620. p. 572. 664. 668. 669. Liv. Epit. XCIX. «Cn. Pompejus lege ad populum lata, persequi piratas jussus, qui commercium annonæ intercluserant, intra quadragesimum diem toto mari eos expulit, belloque cum iis in Cilicia confecto, acceptis in deditionem piratis agros et urbes dedit. Lucan. Pharsal. II. 567.

*) Facile credideris Manilium non publicæ salutis studio impulsum hanc tulisse rogationem. Vellejus certe, II. 33. cum *semper venalem et alienæ ministrum potentiæ* dicit. Dio Cassius autem eum præmiorum, quibus Gabinius ornatus fuerat, spe accensum fuisse judicat Lib. XXXVI c. 25. Accessisse metum et iram, quod legem ejus de suffragiis libertorum novi consules Kalendis Januariis abrogaverant l. l. c. 26. Cæterum præter imperium contra Mithridatem, Manilius etiam Ciliciam et Bithyniam provincias, quas eo tempore Acilius Glabrio et Marcius Rex proconsules administrabant, ad Pompejum detulit. Quæ enim Plutarchus provinciarum nomina addit Phrygiæ, Lycaoniæ, Galatiæ, Cappadociæ, Armeniæ, eæ, cum aut ad Asiam provinciam pertinerent, aut nondum in provinciæ formam essent redactæ, lege comprehensæ fuisse videntur. cfr. Cic. Orat. pro Lege Manil.

qui non ab armis recesserunt, in officio retineret; quos Glabrioni tradidit. Postea imperio contra Mithridatem ad Pompejum delato, cum eo de injuriis sibi illatis expostulavit, quod ille omnia fere Luculli acta, quæ ad provinciam ordinandam pertinebant, rescindi jusserat.*)

Sed Pompejo, cum ad bellum gerendum sese accingeret, omnia bene et prospere processere. Nam et a Phraate, Arsacis filio, Parthorum rege, quem ad amicitiæ fœdus jungendum invitavit, benignum responsum tulerat, et in Armenia discordiis domesticis ortis, nulla inde Mithridati spes auxilii fuit. Qui quidem initio omnibus pacis conditionibus rejectis, mox cum se imparem Pompejo intelligeret, a suis bellum componere prohibitus, moram et tarditatem bello inferre hostiumque impetum rei frumentariæ inopia frangere studuit. Igitur omnibus circa vastatis, castrisque loco munito positis, per aliquod tempus hostium impetus repressit ac retardavit. Sed equestri prœlio victus unam salutis spem in fuga posuit, iterumque non procul ab Euphrate nocturno prœlio oppressus, cum paucis equitibus Colchidem et paludem Mæotidem petivit, ut in Taurica Chersoneso bellum repararet. Pompejus igitur ab hostibus persequendis in Armeniam reversus, ipso regis filio duce, regni arcem Artaxata cepit, et dissensionem inter patrem et filium ortam ita composuit, ut Tigrani regi patrium regnum, Syria, Phœnice, Cappadocia, reliquisque, quas Lucullus expugnaverat, terris exceptis, restitueret, et filium Sophenes et Gordyenes regem constitueret. Quem quidem postea his condicionibus parum contentum, et bellum fugamque agitantem in vincula conjecit, magnaque hostibus pecunia imperata, in Armenia hibernavit. Sed ne hiems quidem bellis vacua. Nam ab Albanorum rege,

*) Plut. Lucull. c. 35. 36. Pompejus adeo milites a Lucullo avocaverat. Plut. Pomp. 31. Cic pro lege Manilia c. 15. «Hujus (scil. Pompeji) adventus et Mithridatem insolita inflammatum victoria continuit, et Tigranem magnis copiis minitantem Asiæ retardavit.» Quod quidem ad expeditionem Pompeji in Ciliciam factam pertinet, satisque declarat, cur nihil memorabile ne ab hostibus quidem gestum sit. Cæterum, si Fastis triumphalibus fides habenda, Lucullus nonnisi tertio anno post ex Ponto, Cappadocia, Armenia, de Regibus Mithridate et Trigrane triumphavit.

de tanto armorum successu sollicito, Romani in hibernis repetino impetu oppressi, magnam cladem hostibus, ipsis Saturnaliorum diebus intulerunt. *)

Præterea his consulibus conjuratio in rempublicam facta, de qua cfr. Sal. Catil. c. 18. 19. **)

Anni DCLXXXIX. P. U. C. Consules L. Aurelius Cotta, L. Manlius Torquatus.

Vere ineunte Pompejus adversum Iberos Albanorum finitimos duxit, et duobus prœliis victos, pacem facere et obsides dare coegit. Tum usque

---

*) Cfr. Dion. Cass. L. XXXVI. c. 28—37. Plut. Pomp. 30—34. Appian. Mithrid. c. 97—105. Oros. VI. 4. Flor. III. 5. Eutrop. VI. 12. «Mox Pompejo delatum bellum etiam contra regem Mithridatem et Tigranem; quo suscepto Mithridatem in Armenia minore nocturno prœlio vicit, castra diripuit quadraginta millibus ejus occisis, viginti tantum de suo exercitu amisit, et duos centuriones; Mithridates cum uxore fugit et duobus comitibus.» cfr. c. 13. Liv. Epit. C. «Cn. Pompejus ad gerendum bellum adversus Mithridatem profectus, cum rege Parthorum Phraate amicitiam renovavit, equestri prœlio Mithridatem vicit — bellum inter Phraatem, Parthorum regem, et Tigranem Armeniorum, ac deinde inter Tigranem filium patremque gestum; id. CI. «Cn. Pompejus Mithridatem nocturno prœlio victum coegit Bosporon profugere, Tigranem in deditionem accepit eique, ademtis Syria, Phœnice, Cilicia, regnum Armeniæ restituit.»

**) Cfr. Ascon. Pedian. Comm. in Cornelianam p. 129 et in Orat. in tog. Candid. p. 152. Dion. Cass. Lib. XXXVI. 27. Liv. Epit. CI. «Conjuratio eorum, qui in petitione consulatus ambitus damnati erant, facta de interficiendis consulibus, oppressa est.» De Pisone, qui inter conjuratos fuit, Sigonio teste, Romæ hoc monumentum exstat:

Cn. Calpurnius Cn. F. Piso Quæstor pro Pr. ex S. C. provinciam Hispaniam citeriorem obtinuit. cfr. Comment. in Fast. triumph. Rom. p. 273. Eodem anno Cotta proconsul, qui in Heraclea oppugnanda crudelem et avarum se præbuerat, de repetundis accusatus esse videtur. cfr. Dion. Cass. Lib. XXXVI. c. 23.

*

versatum. Quæ res ad liquidum perduci vix potest, cum ne situs quidem hujus urbis satis certus sit. Quamvis enim multæ urbes hoc nomine appellatæ fuerint, tamen neque in Cappadocia, neque in Ponto, neque in Armenia hoc urbis nomen apud geographos memoratum inveni. Cæterum de fine belli Mithridatici, qui in sequentem annum incidit, cfr. Liv. Epit. CII. «Pharnaces, filius Mithridatis patri bellum intulit. Ab eo Mithridates obsessus in regia, quum ex veneno sumpto parum profecisset, ad mortem, a milite Gallo nomine Bitoeto, a quo ut adjuvaret se petierat, interfectus est. Cn. Pompejus Judæos subegit, fanum eorum in (?) Hierosolyma inviolatum ad id tempus, cepit.» Dion. Cass. XXXVII. 11—20. Plut. Pomp. 39—42. Appian. Mithridat. c. 106—115. Oros. VI. 4. 5. 6. qui unus Pompejum Parthiam bello petivisse, et ad Ecbatanam urbem, caput Parthici regni, quinquagesimo die venisse narrat. Qua de re cfr. Freinsheim. Supplem. Liv. L. LXVII. qui Orosium nominum similitudine in errorem inductum et Ecbatana Syriaca significari docuit. Flor. III. 5. 25. «Exceptis quippe Parthis, qui fœdus maluerunt, et Indis, qui adhuc nos non noverant, omnis Asia inter rubrum mare et Caspium et Oceanum Pompejanis domita vel oppressa signis tenebatur.» Eutrop. Histor. VI. 14. Zonaræ Annal. T. II. p. 122. sqq.

HISTORIARUM FRAGMENTA.

Lib. I.

Totius operis titulum quod attinet, nullum est dubium *Historias* hunc librum fuisse inscriptum, id quod ex innumeris veterum Grammaticorum locis manifestum est; quippe qui idem nomen Catilinæ adeo et Jugurthæ imponunt. cfr. Indices Vett. Gramm. in Fabricii Bibliotheca Latina Vol. III. - I. - *Res populi Romani.* «Hoc autem primo loco historiæ posui, quod Tiberius Donatus sub initium Aeneidos, Virgilium, qui prius rem, deinde posuerit personam, ita tueatur, ut Salustium, omni metrorum ratione liberum, sic historiam cœpisse scribit, primo ut rem, mox populi Romani personam poneret.» *Carrio.* accedit Rufini testimonium cfr. de compos. et metris Orat. p. 355. Ed. Caperroner. «Nunc si videtur, Salustianæ periodi numeros inspiciamus: *Res popu* dactylus, *li Romani*, *Marco* tres spondæi, *Lepido* anapæstus. *Quincto Catulo* spondæus et anapæstus, *Consulibus* pæan primus; *ac deinde* dichoræus sive ditrochæus; *militi* dactylus; *et domi* creticus, *gestas* spondæus, *composui* choriambus.» Ex his verbis intelligitur, Salustium initio libri nondum certum quendam finem, ad quem sibi progrediendum esse putavit, constituisse. Sed ei consilium fuisse, usque ad Ciceronem et Antonium consules Res p. R. perscribere, plerisque probabile visum est, quod ita libellus de conjuratione Catilinaria apte historiarum libris continuaretur. Sed hoc opus a Salustio absolutum fuisse valde dubito; in fragmentis enim quinque librorum, quæ a scriptoribus laudantur, pauca sunt, quæ ad res a Pompejo in Asia gestas commode referri possint. Præterea Ausonii versus cfr. Comment. P. I. p. 14. significare videntur, belli Mithridatici finem his in libris non fuisse perscriptum; nam inde a Lepido Catuloque Coss. tantum duodecim annorum res a Salustio illustratas fuisse innuit; ita ut Debrossius haud immerito historiarum libros usque ad Pompeji et Luculli conventum in Phrygia deductos fuisse, conjecisse videatur. Salustium igitur aut alia causa prohibitum aut morte præventum fuisse existimo, quo minus opus, quod instituerat, ad finem perduceret; odio enim Pompeji impulsum, res ab eo præclare gestas enarrare noluisse, indigna tanto homine suspicio est. Nisi forte judicas, Salustium, quod historias in Luculli juvenis gratiam conscripserit, (quod nescio

quo auctore viri docti affirmant) gloriam rerum ab ejus patre gestarum Pompeji laudibus celebrandis obscurare noluisse. Ceterum ex hujus libri introitu facile patet, Salustium ipsum in Historiarum libris componendis majus quoddam opus aggredi sibi visum esse, unde inter præclarissimorum scriptorum laudes suæ gloriæ locum futurum esse arguraretur. Quamobrem breviter de historicorum Romanorum virtutibus egit, et qua quisque re excelluerit, paucis exposuit. Id enim Marius Victorinus significat in Rhetor. Cic. p. 149. «Historia et brevis esse debet in expositione et aperta et probabilis, ut Salustius sibi omnia in Catilina tribuit: *Quam verissime potero paucis absolvam*; et cum aliis historiographis singula tradidisset Lib. I. Historiarum, dat Catoni brevitatem: *Romani generis disertissimus multa paucis absolvit*; Fannio veritatem.» Haud dubie etiam reliquos historicos, Fabium Pictorem, Cælium, Pisonem, Claudium Quadrigarium, Valerium Antiatem, Rutilium aliosque commemoraverat, de quibus cfr. præter Vossium de Histor. Latinis Fried. Lachmann. *de Fontib.* Hist. T. Livii Comm. Pr. 16—23. Comm. Alt. S. 8—17. Cui quidem scriptorum enumerationi verba adjunxisse videtur fr. 3. *Nos in tanta doctissimorum hominum copia.*

Sed nulli historico Salustius plus quam Cornelio Sisennæ tribuisse videtur cfr. Jugurth. c. 95. quod testimonium a Cicerone confirmatur, qui eum doctum virum, studiis optimis deditum, bene Latine loquentem gnarumque reipublicæ dicit. Qui cum belli civilis Sullani historiam scripserit, Salustius ejus vices quasi excepisse, et sui operis initium fecisse videtur, qui illius historiarum finis fuerat. Quam ad rem suscipiendam cum non modo ipsius argumenti gravitas permovisse videtur, sed etiam quod ipse illorum temporum æqualis fuit, et recte judicavit, summam historiæ laudem iis in rebus illustrandis esse positam, quæ ipsius scriptoris memoria gestæ sint. Ceterum quamvis in historiarum libris Salustius aliud secutus esse videutur, quam in Jugurtha atque Catilina, neque strictim carptimque sed fusius atque perpetua historia illius temporis acta perscripsisse, tamen per se patet, eundem orationis colorem ab eo servatum fuisse. Cum enim varia aliorum ingenia facile innumerabiles dicendi formas figurasque complectantur, ea fuit Salustii indoles, ut sui dissimilis esse non posset. Itaque prooemium quo in historiarum libris usus esse videtur, non multum ab iis abhorret, quæ et in Catilina c. 10—13. et Jug. c. 41. 42. exposuerat: sed ut majorem quandam ingenii maturitatem

facile intelligas. - 4. - *Neque me diversa* i. e. contraria cfr. Sueton Cæs. c. 20. *diversa factio* Liv. 34. 4. *Diversa duo vitia, avaritia et luxuria* atque ita sæpius apud historicos, Tacitum inprimis atque Suetonium. *in civilibus armis* hoc Cortius ita explicare videtur, quod in bello civili contrarias partes secutus sum; quæ quidem explicatio si satis certa esset, recte inde colligeres, Salustium in animo habuisse, bellum quoque civile, inter Cæsarem et Pompejum gestum, scribere, quod ante hoc tempus partium studium ei vitio verti non potuit. Dixerit tamen aliquis, Salustium his verbis in universum veritatis studium esse professum, ita ut ne partium quidem studio ad eam infirmandam impelli potuerit. Quam rem in medio relinquo. Sed cum argumento, quod erat tractaturus, admodum conveniens esset brevis de discordiis civilibus disputatio, in hujus mali causas accuratius inquisivit, et omnia fere exstare putaverim, quæ de hac re in ipso exordio disseruit. cfr. Augustin de Civ. Dei. II. c. 18. - 5. - *Nobis primæ dissensiones — evenere.* cfr. Cic. Ep. ad Div. VI. 21. «timebam ne evenirent ea, quæ acciderunt;» ita sæpius promiscue hæc verba usurpantur. *inquies atque indomitum.* cfr. infra Or. Phil. «expers consilii, inquies, hæc atque illa temptans, metuit otium odit bellum.» Justin. 44. 2. Vellej. II. 68. «Vir inquies et ultra sortem temerarius» id l. l. 78. Tacitus non uno loco, alii. *indomitum* Plaut. Men. 1. 2. 1. mulier indomita imposque animi Trin. 3. 3. 22. adolescens indomitus, plenus amoris atque lasciviæ. Bachid. 4. 2. 92. Animo cupido atque oculis indomitis fui; Cic pro Cluent. 6. O libidinem indomitam atque effrenatam.» *certamen libertatis.* cfr. Catil. 7.

- 6. - *Nam a primordio*, hoc fragmentum sequenti postponendum, quod his verbis suum de Romanorum moribus judicium confirmaverat. *Persi*, genitivus contractus pro *Persei* non *Persis*, quæ Cortii fuit opinio; cfr. Schneider de Formis L. L. p. 73.*) - 7. - *Res Romana plurimum imperio valuit Serv. Sulpitio et M. Marcello Coss.* is est annus P. U. C. DCCIII., et tertius ante bellum civile inter Cæsarem et Pompe-

*) Criticus quidam in Ephemerid. Lit. Heidelberg. hanc tituli versionem, ut minus Latinam notavit, nescius, credo, Varronem, Quinctilianum, Gellium ita locutum esse cfr. de L. L. VIII. 49. Institut. Rhetor. X. 1. N. A. XII. 10.

jum exortum. Ex quo quidem loco colligere licet, ante hunc certe annum Salustium historias scribere non esse aggressum; sed aliunde satis constat, nonnisi post Cæsaris mortem ad historiæ scribendæ studium Salustium se contulisse. *mare nostrum* cfr. Jug. 17. *Oceanus* ut apud Tacit. Germ. 2. et 43., etiam mare, quod ad septentrionem spectat, complectitur. cfr. Cic. Somn. Scip. c. 6. *invia a paludibus*, præpositio a, quam nonnulli vel corruperunt, vel ejecerunt, optimi cujusque scriptoris usu satis comprobata. cfr. Jug. 31. initio: animus ab ignavia corruptus. Cic. Acad. 1. 7; nihil est enim potentius, a quo intereat. Liv. 2. 65. a pugna infelici ceciderunt animi, cfr. idem 7. 10; 6. 2; 9. 4. Drakenborch ad 5. 5; et ad Sil. Italic. 11. 246. Pierson. ad Virgil. Aen. 8. 548; et Cort. ad Lucan. Pharsal. 4. 108; 4. 153; 2. 85. et 493; idem est usus Græcæ particulæ ἀπὸ cfr. Aeschyl. Supplic. 218; et Mathiæ Gr. Gr. §. 401. Anm. 2. *optimis moribus* cfr. Jug. 41. initio. -8.- *At discordia et avaritia atque ambitio* cfr. Catil. 10. *secundis rebus oriri sueta mala.* cfr. Cato apud Gell. N. A. 7. 3; *metus a Tarquinio* cfr. Liv. 33. 20; demto metu a Philippo omni; Ter. Eunuch. 3. 5. gratia ab eo; ubi vide Donatum. Salustio usitatior Genitivus objecti, quem dicunt, cfr. infra frag. 11. *metus Pompeji — positum est.* cfr. Sil. Italic. 4. 397. ponere prœlia; *ponere* innumeris locis pro *deponere*, cfr. Liv. 9. 7; 7. 16, 33. 8; 1. 53; 1. 19; 7. 32; hoc loco verbum simplex admodum concinnum, cum metum deponere, bellum componere vulgo dicatur. *plebem exercere.* Tac. Agric. 39, curis exercitus. id. 5. Britannia exercitatior; *regio more*, i. e. tyrannorum more; cfr. Tac. Annal. 6. 1; more regio pubem ingenuam stupris polluere, Hist. 2. 70. regium in morem Annal. 16. 23. Plin. Panegyr. 7. superbum illud et regium est. Ovid. Fast. 6. 595; regia res scelus est, *agro pellere* cfr. Jug. c. 41. *sævitiis*, pluralis Salustiano stilo conveniens; cfr. ad Cat. 9. et 15. *montem sacrum atque Aventinum.* «Diomedes II. p. 439 prolepsin in his observat, quia mons postea, quam populus eum insederat, sacer dictus et Jovi consecratus est, utrumque montem jungit etiam Plin. 19. 4.» · «Nemo sacros Aventinosque montes et iratæ plebis secessus circumspexerit.» Duæ igitur aut plures secessiones his verbis indicantur, vide ad Catil. 33. «Cort. Sed cfr Cic. de Rep. II. 33. «Nam quum esset ex ære alieno commota civitas, plebs montem sacrum prius, deinde Aventinum occupavit,» *discordiarum* etc. memoratu dignum, quod Salustius certaminum inter patres et plebem bellum secundum Punicum finem ponit; cum jam a bello,

cum Pyrrho, Epirotarum rege, gesto, omnes discordiæ compositæ esse viderentur; et inter secundum et tertium bellum Carthaginiense, omnia illa mala parata sint, quibus postea respublica lacerata est. - 9. - *Postquam — vacuum fuit* cfr. Dictys II. c. 7. «Interea in eo otio Agamemnoni cum Menelao fratre exercere discordias vacuum fuit.» cfr. Tac. hist. 2. 38. «Ubi subacto orbe, et æmulis urbibus excisis, securas opes concupiscere vacuum fuit.» Terent. Andria 4. 2. 22; vacuum esse ad narrandum Cic. ad Attic. 12. 38; animum vacuum ad res difficiles scribendas afferre. — Apud poetas usitatius *vacat*. — *Quorum in gratia*; casus sextus satis defenditur testimonio grammatici sive Arusianus est, sive Cornelius Fronto s. v. *concesserant* cfr. ad Catil. 9. sub finem, locis ibi laudatis adde Munker. ad Hygin fab. L. et XCII. Davis. ad Bell. Gall. 8. 8; Cort. ad Cic. Epp. X. 11; Casaubon. ad Lamprid. c. 8. Scheffer ad Phædr. Fabb. V. 1. 25; «quinam cinædus ille in conspectu meo audet venire.» Manil. Astron. V. 385. cum venit in regione tuæ, capricorne, figuræ. Clark. et Oudendorp. ad Cæs. B. G. 4. 12. et 7. 48; b. Civ. 2. 27. et 37. Voss. de Constructione LXV. Parei Lex. Critic. p. 583; Contraria antiptosis accusativi pro ablativo non minus usitata. cfr. Vechneri Hellenolexias L. I. P. II. c. XVI. p. 256 sqq. Thom. Linacer. de Emendat. structur. Lat. Serm. Sanct. Minerv. IV. c. 11. fin. ibique Perizonius. Græv. ad Cic. Verr. 3. 71; haud aliter in Græca lingua sæpissime dativus cum accusativo mutatur. cfr. Mathiæ §. 423; *sub honesto patrum aut plebis nomine*, de his moribus cfr. Jug. c. 41. Catil. c. 37; *injuria validior*; *quia præsentia*-interpunctio tollenda, quæ ad Cortii exemplum interposita est; idem verba: *injuria validior* male interpretatus est, validior quam injuria, i. e. validior illis, qui injuste præsentia defendebant; pejus etiam est, quod addit: «Non male etiam *præsentia defendere* intelligas præsentia mala propulsare.» Nam præsentia defendere nihil aliud significat quam τὰ ὄντα σώζειν apud Thucydidem, civitatis formam et rerum statum, qui nunc est, defendere atque tueri, qua in re optimatium studia posita sunt. *torrentis modo* i. e. χειμάῤῥος cfr. Ovid. Rem. Am. 651. flumine perpetuo torrens solet acrius ire, et Amor. 1. 7. 43; tumidi ritu torrentis agebar. Cic. de Fin. II. 1. «cum fertur quasi torrens oratio.» cfr. Vellej. II. 1. «Remoto Carthaginis metu, sublataque imperii æmula, non gradu sed præcipiti cursu a virtute descitum, ad vitia transcursum.» - 10. - *Igitur venditis proscriptorum*. Hæc ad

Sullam spectare nemo non intelligit. Consentit Augustin. De Civ. Dei. II. 18 sub. fin. «Dicit deinde plura Salustius de Syllæ vitiis ceteraque foeditate reipublicæ etc.» Jam cum alia quoque servata sint fragmenta, quæ et ad bella civilia, Grachorumque seditiones commode referre liceat, haud improbanda videtur conjectura Debrossii, qui Salustium de Grachanis discordiis, et de bello sociali, brevius de seditionibus ab Appulejo et Saturnino commotis, et de bello Sullano fusius egisse existimat. Sed ex multis, quæ ad hanc opinionem confirmandam, laudavit fragmentis, pauca modo certiora sunt. cfr. Inc. 43. 7. 42. I, 61. I. 21. et 11. de quibus infra accuratius agemus; fragmentum, quod sequitur, -11.- eo pertinere luce clarius est. cfr. Plut. Pomp. c. 12. εἷλε δὲ καὶ τῶν βασίλεων Ἰάρβαν, τὸν συμμαχήσαντα Δομιτίῳ, τὴν δὲ βασιλείαν Ἱεμψᾳ παρέδωκε. Hoc enim ad initia belli Sertoriani pertinere, cum is in Africa regi a Sullanis expulso auxilium ferret, parum probabile videtur. cfr. Plut. Sertor. c. 9; -12.- hoc fragmentum Debrossius ad finem tumultus a Lepido commoti spectare judicat, ubi variis curis patrum mentes fatigabantur. -13.- *Quin lenones et vinarii laniique-lenones* h. l. pro lixis et cauponariis dictum esse videtur, sed exempla hujus significationis desidero; sed Wassio teste ap. Charis. p. 58. lectio est, *lenones vinarii*; aliis auctoribus, *lenones* omissum est; id certe non dubium est, lenones hoc loco propria significatione stare non posse; ad bellicos apparatus Lepidi hoc pertinere videtur; *compositi* pro redimere dictum esse putat Non. Marcellus IV. 62; rectius dixeris esse idem quod *parati*, facta pactione. -15.- *Oratio Lepidi Cons. ad populum Romanum.* is titulus est in Vat. 1. nam in Vat. II. nullus est. Difficillimum est ad dijudicandum, quo tempore hæc oratio sit habita; quod quamvis et titulo et orationis fine satis declarari videatur, tamen multis suspicio incidit, fieri non posse, ut talis oratio Sulla vivo, vel post abdicatam dictaturam haberetur, ita ut non in foro et ad concionem, sed in ædibus et inter parietes ad paucos conjuratos verba consulem fecisse putarent. Primum igitur extra omnem dubitationem est positum, Lepidum consulem hanc orationem pro rostris ad populum habuisse. *Quirites* enim nonnisi populi concio appellari potuit, neque recte dixeris consulem designatum, cui nulla potestas, nullum imperium, se plebi ducem ad recipiendam libertatem profiteri potuisse. Igitur hæc missa faciamus. At orationi multa insunt, quæ Sullam etiam tum dictaturam retinuisse demonstrant. Hac de re disputandum, tum

singula excutienda. Appianus et Orosius innuere videntur, jam anno DCLXXIV., quo anno Sulla ipse cum Metello Pio consul fuit, vel anno post, Servilio et Claudio Coss., illum dictatura se abdicasse cfr. de Bell. Civ. I. 103. Τῷ δὲ ἑξῆς ἔτει, ὁ μὲν δῆμος καὶ τότε τὸν Σύλλαν θεραπεύων ᾕρεῖτο ὑπατεύειν· ὁ δὲ οὐκ ἀνασχόμενος ὑπάτους μὲν αὐτοῖς ἀπέφηνε Σερουΐλιον Ἰσαυρικὸν καὶ Κλαύδιον Ποῦλχρον· αὐτὸς δὲ τὴν μεγάλην ἀρχὴν οὐδενὸς ἐνοχλοῦντος, ἑκὼν ἀπέθετο. cfr. Oros. V. 22. «Creatis itaque P. Servilio et Ap. Claudio Consulibus visus est tandem Sulla privatus.» Ex Plutarcho V. Sullæ c. 34; colligas, hoc paulo aute comitia consularia anni DCLXXV. U. C. factum fuisse; Nam cum de abdicata dictatura commemorasset, hæc addit: καί τις παρὰ γνώμην αὐτοῦ, θράσυς ἀνὴρ καὶ πολέμιος, ἐπίδοξος ἦν ὕπατος αἱρεθήσεσθαι, Μάρκος Λέπιδος. κ. τ. λ. Aurelius Victor de Viris Illustr. CLXXV. rem in medio relinquit: «Republica ordinata, dictaturam deposuit; unde sperni coeptus, Puteolos concessit, et morbo, qui phthiriasis vocatur, interiit.» Qui quidem scriptores quamvis omnes per se parum certæ sint auctoritatis, tamen consensu fidem rei augent, ita ut mihi quidem non dubium esse videatur, quin Sulla anno ante Lepidum et Catulum consules dictatura se abdicaverit. Sed ut hac in re Appiano et Plutarcho fidem non derogandam esse censeo, ita ipsa dictaturæ abdicatio nihil admirationis mihi habere videtur; quam quidem istorum temporum æquales recte meram arrogantiam esse judicarunt. Dictatoris enim nomine deposito, nihil de Sullæ potentia detractum est, sed eo imminuta esse videbatur, quod et ipse voluptatibus et luxuriæ indulsit, et Pompejus, firmissimum Sullanæ factionis præsidium, sua ipsius consilia sequi cœpit. cfr. Plut. Pomp. 14. 15. Lepidus enim, nisi Pompejo suffragante consul creatus non esset. cfr. Plut. l. l. Qui quidem, quo acrioribus stimulis animos civium exploraret libertatisque amissæ dolore pungeret, populo persuadere studuit, non modo crudelem atque superbam, sed ignominiosam etiam et flagitiosam dominationem etiamnum iis esse ferendam. Quibus verbis facilius fides habita, quod animo cupido vel levior injuria intoleranda videtur, et revera Sullæ potentia non in ejus dictatura, sed in legibus Corneliis et in factione nobilium erat posita; quare orator hæc omnia simul exagitat, neque magis Sullæ tyrannidem, quam licentiam nobilium legesque injustas conqueritur. Quodsi igitur hanc orationem iræ et odii plenam esse reputaveris, haud ita multa invenies, in quibus

offendas. Adde quod Salustius ipse, ut inquietum et turbidum Lepidi animum ostenderet, in verbis atque sententiis modum excessit; quo dicendi genere fere utuntur populares, qui dicuntur, homines, ut lamentatione, miseratione et irarum facibus omnia conturbent, languorem depellant, animos incitent et ad audaciam incendant. *Clementia et probitas vestra* usitatæ dicendi formulæ, quibus oratores Romani sæpissime utuntur, ut populi vel senatus benevolentiam captent, cfr. Cæs. Orat. in Catil. et in Orat. Philippi; *ignoscendo pop. Romani magnitudinem auxisse.* cfr. Cic. Orat. pro Roscio Amer. c. 52; Græce: ἐπιεικεία καὶ χρηστότης — *maximi et clari* cfr. Catil. 53. Cato clarus atque magnus habetur. Jug. 14. magni estis, atque opulenti» — *timorem faciunt*: φόβον ἐμποιεῖν. *ne quæ ipsi nefanda*; hæc sola librorum est lectio; antiqui editores varie turbant; offendebant scilicet in oratione inconcinna et parum numerosa, quæ a stilo Ciceroniano est alienissima, sed perturbata oratione optime animus magnæ rei cogitatione confusus exprimitur. *intestabilis* cfr. ad Jugurth. 67; adde Ulp. Dig. 28. 1. 18; Tac. Histor. 4. 42; ἄτιμος cfr. Meier et Schömann de jure Attico. *Captivis* i. e. vobis, qui juris et imperii expertes captivorum instar estis; *captis* quod teste Carione Vaticanus, nescio quis, habet, ut usitatius, ita glossæ similius est. cfr. Ep. Mithrid. ad Arsac. *ager captivus* — *in tutandis periculis* i. e. defendendis cfr. Cæs. B. Civ. I. 52, tutari inopiam; græce φυλάττεσθαι, ἀμύνεσθαι *teneri in* i. e. occupatum esse in re aliqua, ita ut ad altiora adspirare non liceat; aliud est teneri re aliqua, v. c. amore, studio, desiderio, cfr. Liv. 4. 35. in æterno se ipsa teneret servitio; in manifesto peccato; κατέχεσθαί τινι vel ἔν τινι. rarius fit, ut duæ significationes commutentur, cfr. Liv. 1. 52; in eo fœdere teneri et 24. 29; fœdere teneri; *in ulciscendo* præpos. *in* duo Vaticani omittunt. *Satellites* Cic. de Agrar. 2. 13; stipatores corporis constituit eosdem ministros et Satellites potestatis. cfr. Tac. Annal. II. 45; Hist. IV. 50; Annal. VI. 3; *non minus* optimi libri Vat. 1. 2. ignorant, haud dubie errore librariorum ex antecedenti voce ortum, *dominationis suæ* pronomen a Vatic. codd. abest. contra Carrio in suo Vaticano. *suæ* legi animadvertit, ita ut aut negligentius illum librum examinasse, aut alium a nostris diversum inspexisse videatur. *Brutorum* sequentis anni consulem significat, D. Junium Brutum, de quo cfr. Cic. Brut. 47. pro Rabir. 7 ad Att. XII. 22; *Aemiliorum.* etiam hoc loco consulem desig-

natum significare videtur, Mamercum Aemilium Lepidum Livianum, patruelem suum, quem ob nimiam parsimoniam notat Cic. de Offic. II. 17. nam propter avaritiæ suspicionem repulsam in consulatu petendo tulerat. *Lutatiorum.* collegam intelligit, Q. Lutatium Catulum, clarissimi patris filium, in cujus laudibus celebrandis multus est Cicero in Maniliana aliisque locis. cfr. Ernesti Clav. Cic. Ceterum quanta beneficia Junia, Aemilia et Lutatia gens in populum Romanum contulerit, memorare non opus est; *geniti ad*-triplex hujus vocabuli ap. Salustium constructio, cfr. fragm. 9. *genitos esse qui*, et *perdundæ pecuniæ genitus* fragm. III. 31. *suæ cuique sedes* cfr. Tac. Hist. 1. 15. *sua* cuique utilitas; *scævus iste* Vatic. 1. et Serv. ad Virgil. Eclog. 3. 13. *perverse Menalca* — «aut converse ad turpitudinem, aut intelligamus quemdam fuisse Menalcam nobilem, ut istum perversum Menalcam dixerit illius comparatione, sic Salust. *Scævus iste Romulus*» sed alii Codd. *sævus* legunt, *sævus* Vat. 2. Jam dicitur quidem, divi sinistri, omen sinistrum cfr. Ovid. Heroid. 13. 49; Tac. Hist. 5. 5; Val. Flacc. 3. 303; nihilominus tamen *scævus Rom.* a vulgari usu loquendi nimis abhorrere videtur, ita ut *sævus* reponendum censeam. Nam quod aliquis dicat, cum nomen Romuli in bonam partem dictum sit, epitheto adjecto laudis notionem esse tollendam, id pariter fiet, sive *sævus*, sive *scævus* legeris. Romulus enim Sulla appellatus est, vel potius apellari voluit, quasi alter urbis conditor, quam gloriam propter leges Cornelias adfectabat; jam sævitia quidem non plane aliena a persona Romuli fuit, ita ut hoc epitheton non cum ejus natura pugnet, vimque autithesis minuat; sed idem optime ingenio Sullæ convenit, quale hoc loco a Lepido depingitur, et ad hanc normam lectionis bonitas est exigenda. Ceterum hoc antonomasiæ genus rarius, cfr. infra Declam. in Ciceron. *Romule Arpinas.* Catul. Epigr. 25. *Cinæde Romule* et 26. Romuli Remique; ita *Nero* pro homine crudeli, *Mæcenas* pro literatorum hominum patrono dicitur. *non tot exercituum clade* cfr. Appian. B. Civ. I. 84—94; Flor. 3. 21; Oros. Hist. V. 20; Plut. Sulla c. 27—30; Pomp. 3—13. Cum alii multi, tum Carbo, Marius, Norbanus consules, Publius Antistius, Papirius Carbo, Mucius Scævola, Lucius Domitius aliique bello absumpti, vide ll. ll. cæterum ex superioribus manifestum est, lectionem *consulis* esse improbandam, *consulum* est in Vaticanis. *post futuros*, nempe in proscriptorum liberos; vide Cat. 37. et Quinctil. XI. 1; «Ita Plautus *ante-parta* Cic. I. de Invent. *ante-facta.* Virgil. Aen. I. v. 201; *ante mala*

Varro III. R. R. c. 4; in *post-principia*; talia Plautus aliique. Plin. VII. 55; «*duplicat obitus, si dolore etiam post futuri æstimatione evenit*, multa vero a verbo esse talia composita dantur. Cat. c. 23; *post esse* c. 53. ante esse I. de Rep. Ord. *mox futurum malum*. Horatius, *post geniti* Paulus Ictus; post factum: Nemini etiam inaudita *nuper-nugæ, olim-magnus, ante-comæ* vide Vechner I. Hellenolex.» Corte. Ceterum de genere suppliciorum cfr. præter loca ad Catil. 37. laudata, Vellej. Pat. II. 28; «adjectum etiam ut bona proscriptorum venirent, exlusique paternis opibus liberi, etiam petendorum honorum jure prohiberentur, et, quod indignissimum est, senatorum filii et onera ordinis sustinerent, et jura perderent.» Seneca de ira II. 34; *adhuc tutus fuit. furit* pessima editorum conjectura, in libris est *fuit*, quod unice verum. Carrio lectionem *fuerit* laudat; *agendum atque obviam eundum est.* cfr. Liv. XXII. 14; audendo atque agendo res Romana crevit, ibid. c. 53; audendum atque agendum non consultandum in tanto malo esse; *obviam eundum*, dictio a re militari petita, non solum est resistere, sed ultro hosti bellum inferre; *spolia vestra*, plurima insunt huic orationi militaria dicta, quasi Lepidus insitam animi ignaviam verborum jactantia dissimulare voluerit; *penes illos*, hæc librorum lectio, quam editores corruperunt et *illum* emendarunt, nescii, nobilium causam et Sullæ dominationem sæpius a Lepido unam eandemque dici; et vere fuit; *votis paranda auxilia* cfr. Catil. c. 52. *tædium jam aut pudorem*-tam hæc verba, quam ipsum orationis initium eo pertinere videtur, ut, quæ spes a nonnullis de futuro ob abdicatam dictaturam conceptæ fuerant, vanas et irritas esse doceant, id quod maxime sequentia confirmant: *et eum per scelus occupata periculosius dimissurum*, ubi non dictatura sed summa, quam per factionem nobilium obtinuit, potentia intelligenda est; *dimissurum*-principatum cfr. Vellej. 2. 52; Cæs. B. Gall. 6. 4. Nepos Timol. 2. *Nihil gloriosum nisi tutum. tutum* active interpretatus est Cortius, pro eo quod tueatur dominationem; idque sæpius fieri docet, ut adjectivum et activam et passivam significationem habeat, cfr. loca ab eo laudata. Donat. ad Ter. Andriam 4. 1. 23. Tac. Annal. 1. 7; Plaut. Bach. 3. 6. 4; Catil. 5. 10. et 16. 39; Jug. 39; Phædr. 11. 2; Plaut. Pseud. 4. 2. 39; Rudens 1. 5. 17; ubi *ignotus, notus, profusus, infestus, innoxius, ignarus* ita usurpantur, nihilominus hæc significatio ab hoc loco aliena; imo etiamsi satis certa esset, nulla vis sententiæ additur,

Cortius dormitasse videtur, quod sententiam languere putavit; gloriam enim qui appetunt, iis nulla securitatis ratio habenda est. *retinendæ dominationis* cfr. ad Catil. 6. et Jug. 88. Orat. Phil. *exercitum opprimendæ libertatis habet — honesta extimet* Vatic. 2. *capessere* i. e. appetere, affectare cfr. Cic. Tusc. I. 18; *animus superiora capessit.* Aen. 4. 346. *Italiam.* — *nulla sunt*: Cic. Ep. 7. 3 et Cort. ad h. l.; vir ille summus imperator nullus erat. Seneca de ira II. 8; ut innocentia non rara sed nulla sit. Terent Eun. 2. 1. 10; memini, tametsi nullus moneas; Cic. ad Attic. 15. 22; Sextus ab armis nullus discedit,» perperam Carrio ita interpungi jussit: *nulla sunt hac tempestate*, quo modo orationis numerus plane perit. *habendus metus* — sic: bellum habendum est et ap. Liv. 3. 52; «aut plebs non est habenda, aut habendi sunt tribuni plebis.»

Nam quid ultra? plenius Cicero in Verrem. 5. 47; «Estne aliquid ultra, quo progredi crudelitas possit» cfr. Cic. de Univ. *humana superant* i. e. reliqua sunt; jus libertatis imminutum intelligere videtur; *moderator* — paulo sublimius dictum. cfr. Cic. De N. D. 2. 35; rector et moderator universi deus; Flor. 4. 2; pacis bellique moderator. *agitandi inops.* Vat. 2. *cogitandi.* ita et antiquæ editiones; quod absurdum; *agitandi* pro *vivendi dictum*; sic idem in epistola Pompeji: *et ipsa malis fructibus vix agitat* cfr. Jug. 18. 19. *propius mare agitabant*; *alios incultius vagos agitare* Tac. Ann. XI. 21; *porticibus agitat.* Virg. Georg. 4. 154; *agitare ævum;* Catil. 2. *agitare* vitam sed h. l. *agitandi* idem est, quod vitæ tolerandæ atque sustentandæ. Nam quod alicui in mentem veniat, *agitandi inops* idem esse quod: reipublicæ administrandæ expers, id jam antecedentibus expressum; neque, nullo accusativo addito, facile hunc sensum e verbis elicias; accedit, quod recte quidem *agitare* vel *agere* cum populo dicitur, atque magistratuum *acta* sæpius memorantur, sed *populum agere* vix invenias; *ne servilia quidem alimenta*, quinos farris seu frumenti modios in singulos menses intellige. cfr. Senec. Ep. LXXX. «servus est; quinque modios accipit.» cfr. infra Orat. Licinii: «quinis modiis libertatem omnium æstimavere.» cfr. Donat. ad Terent. Phorm. 1. 1. 9; «Servi quaternos modios accipiebant frumenti in mensem et id *dimensum* dicebatur,» hoc non erat, quod emendarent interpretes; fieri enim potuit, ut alio tempore, alia frumenti mensura daretur, cfr. Plaut. Menæchm. Prolog. 14. Atticum singulis Atheniensibus sex modios tritici dedisse Cornelius Nepos auctor est. cfr. V. Att. c. 22; Græce σιτομέτριον, ap. Hesiod.

Ἔργα 560. ἀρμαλιή. Imo probabilius est, initio quaternos modios servis datos fuisse; nam apud Græcos certe. χοῖνιξ erat diurna alimentorum mensura, servorum inprimis, unde ἡμερεσία τροφή et ἡμεροτροφὶς dicta, et Galeno auctore c. 5. μοδιὸς Ἰταλικὸς ἔχει χοίνικας ὀκτώ. Igitur etiamsi postea apud Romanos servis quini modi dati sint, tamen in Terentio nil mutandum est. *Sociorum et Latii* magna vis; cfr. Appian. de bello Civ. I. 96. πολλὴ δὲ καὶ τῶν Ἰταλικῶν ἀναίρεσις τε καὶ ἐξέλασις καὶ δήμευσις ἦν et infra καὶ ἐκόλασε καὶ πόλεις, τῶν μὲν ἀκροπόλεις κατασκάπτων, ἢ τείχη καθαιρῶν, ἢ κοίνας ζημίας ἐπιτιθείς, ἢ εἰςφοραῖς ἐκτρύχων βαρυτάταις ταῖς δὲ πλείοσι τοὺς ἑαυτῷ ϛρατευσαμένους ἐπώκισεν. cfr. Flor. 3. 21; «municipia Italiæ splendidissima sub hasta venierunt, Spoletium, Interamnium Præneste Florentia; Sulmonem — jussit Sulla deleri;» accedunt Fæsulæ et Volaterræ, Cic pro Cæcina 33. pro Domo 30; Nam Samnites, cum a Mario æquas fœderis leges tulissent, cfr. Appian. B. Civ. I. 68. a Sulla ad internecionem cæsi sunt; cfr. Strabo 249; Ed. Alm. C. πάντας τοὺς ἐν ὀνόματι Σαυνιτῶν διέφθειρεν, ἢ ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐξέβαλε. cfr. App. B. Civ. I. 93. et 87; Flor. 1. 16; *pauci satellites.* — maxima præmia L. Sullam suis amicis tribuisse, cum per se pateat, tum multis scriptorum testimoniis comprobatur. cfr. Catil. c. 57. Orat. Cæs. Cic. pro Roscio Amer. Appian. B. Civ. I. 96. *penes unum* cfr. Cat. 20. Jug. 31. Cic, Epp. ad Div. XII. 18; verbum substantivum Codd. ignorant; falso inde Cortius collegit, id in eadem formula ubique delendum; *humanas hostias*, pertinet hoc ad Marium Gratidianum, quem ad Catuli sepulchrum pertractum, effossis oculis, manibus cruribusque minutatim desectis vel etiam fractis, servatum aliquamdiu, ut per singula membra moreretur, Catilina ad extremum trucidavit. cfr. supra ad Catil. 5. Oros. V. 21. Val. Max. 9. 2. 1; Lucan. Pharsalia II. 173. *aliud reliqui* pro reliquum, quod non solum apud Salustium frequens, cfr. Cat. 8. 11. 28; sed etiam ap. Ciceronem Verr. 1. 1. 5. 26. Cæs. B. Gall. 2. 26; occurrit. Sulpicius Severus, imitator Salustii, vel hoc expressit. cfr. Historia Sacra I. extr. conferre licet Græcum: ἐς πᾶν κακοῦ ἀφικνεῖσθαι cfr. Herod. 7. 118; Plat. Rep. 9. 254 eandem sententiam vide apud Tacitum: Annal. II. 5; quid aliud sibi reliquum, quam tenere libertatem, aut mori ante servitium? *solvere injuriam* i. e. «sese liberare ab injuria, injuriæ facultatem eripere cfr.

Dictys 5. 16; servitium morte solvere Hegesippus 4. 2; facile est injuriam solvere, si se virtus recognoscat. Phædr. Fabb. 4. 33; solvit errorem omnium.» Cort. Nonius Marcellus 4. 419; male hujus vocis vim interpretatus est. cfr. Liv. I. 94. solvere morem, 8. 7; disciplinam Ovid Fast. V. 303; magnis injuria pœnis solvitur; respondet Græcum καταλύειν τὴν τυράννιδα Aelian. 3. 17. et Perizon. ad h. l. *unum omnibus finem.* Wassius conjecit *unam*, ita Virg. Aen. 2. 504; Cic. de Legg. 2. 22; præterea Varro, Sisenna, Cassius Hemina, Cæcilius, Accius, Lucretius, ap. Non. Marcell. 3. 90; sed nil contra libros mutandum. *ferro septis* eadem sententia apud Propertium Eleg. III. XIV. 25; Ille licet ferro cautus se condat et ære, mors tamen inclusum protrahit inde caput. Dem. pro Corona: πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις, ἐςὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος κἂν ἐν οἰκίσκῳ αὑτὸ καθείρξας τηρῇ. de verborum structura cfr. Cic. Phil. XII. 10; cum sis septus legibus et judiciorum metu. id. Epp. ad Div. 16. 3; præsidiis philosophiæ septus, imitatus est Salustium Hegesippus 3. 24; ubi feriat hostis Romanum militem, reperire non potest; quem ferro septum circumspicit. *extrema necessitas*, i. e. mors, ea enim necessitas naturæ. sæpius ap. Tacitum cfr. Annal. 15. 61; Hist. 1. 3; 1. 72; Cic. Cat. 4. 4; cfr. Gronov. Observ. II. 2; *Vettius Picens. Vectius* Vat. 2. (idem *approbetis omnes.* Vat. 1. *inlustrium*) homo obscurus haud dubie, ut Roscius Capito aliique; idem esse videtur, a quo Cicero villam Catuli emit, quem ad Attic. VI. 1. mancipem, pro Cœlio 30. stupratorem Clodiæ dicit. cfr. in Vatin. 10. ad Attic. 3. 24; *de scriba Cornelio* cfr. Cic. de Off. II. 8; *bene parata.* alii *parta*, et ita ipse Salustius Cat. 51. et Jug. 31. Sed recte Wassius laudavit Liv. 26. 34; «qui eorum trans Tiberim moti essent, ne ipsi posterive eorum, uspiam pararent haberentve, nisi in Vejente aut Sutrino Nepesinove agro.» adde Sal. Jug. 31. ubi *parta* et *parata* promiscue usurpantur, Freinshem. ad Curt. IX. X. 27; *pretio soluto jure dominis*, sensus variat mutata interpunctione; nam et *pretio soluto* dicitur, et *jure soluto*, et sunt qui *jure dominis* jungendum esse censeant; jam *pretio* soluto bene dici, satis constat; et recte aliquis dicat, cum majore vi dictum esse quam simplici pretio, ita ut positum sit pro justo pretio et præsenti quidem pecunia soluto; quibus opposita est emtio speciosa, qualem Cicero describit in Orat. pro Rosc. Am. *jure soluto* si junguntur, hoc adjecit Orator, ut facinus suum excusaret, quippe quod eo tempore factum

est, quo omnia omnibus licebant; *jure dominis* Cortius et Wassius jungenda censuerunt; ille pro exemplo laudat *jure prætor* apud Ciceronem, addi poterat Cic. in Verr. 2. 61; *non quæro jure an injuria* sint inimici» nam verbum substantivum additum nihil mutat; nihilominus tamen mihi hæc verborum compositio durissima videtur; neque a Wassio laudandum erat, Orat. Phil. *cum legatis jure adhuc parentibus*, nam cum adjectivis et participiis hæc posse jungi nemo negat; paulo obscurius Carrio: «quæ prius adductus timore quodam sum mercatus, ea dominis soluto pretio restituo: jure inquis; fateor, sed tamen restituo,» scilicet *pretio soluto* cum *restituo* conjungit; quod haud absurdum videtur, nam Lepidum tam magnanimum et liberalem fuisse, ut gratis bonis emtis cederet, valde dubito, sed hac explicatione probata, etiam *jure dominis* utique jungenda sunt. Jam quæso, tecum reputes, num probabile sit, hæc verba: *pretio soluto jure dominis restituo* Salustium jungere voluisse? itaque ita interpungendum censeo: *pretio soluto, jure; dominis tamen restituo;* ita solum sequens *tamen* habet, quo referatur; *jure* enim addit, quod, cum pretium justum solvisset, recte possessor dicebatur. *Satis illa fuerunt* Vat. 2. conjunctivus orationis vim auget. *manus conserentis.* Vat. 1. 2. *in gloria numeret* vide ad Catil. 2. *quantum audeatis* Vat. 1. 2. quod restituendum, et pronomen *vos* ejiciendum, *ne alius alium principem exspectantes.* cfr. Dictys. II. c. 23. ubi *auctorem* pro *principem* legitur. cfr. Liv. II. «Cunctati aliquamdiu sunt, dum alius alium, ut prœlium incipiant circumspectant, vide ad Catil. 52. fin. Tac. Histor. 1. 55; *ante capiamini* i. e. falli, decipi; cfr. Cic. Acad. 4. 20; sapientis vim maximam esse, cavere ne capiatur, ne fallatur, videre; *futiles*; cfr. Fest. s. v. et Donat. ad Andriam 3. 5. 3; «futiles dicuntur, qui silere tacenda nequeunt, sic et vasa futilia a fundendo; cfr. Cic. de Fin. 3. 11; quis non credit sordidos, vanos, leves, futiles?» *raptum iri* ita duo Vaticani et reliqui libri, etiam Edit. Princeps; præterea Vatic. 2. *quam audias.* quæ lectionum varietas hujus loci difficultatem auget; oratio non minus inconcinna quam supra initio; primum tmesis est notanda in *antequam* de qua cfr. Virg. Eclog. 1. 60. durius etiam hoc, quod non solum pauca verba interposuit, sed duo orationis membra, quæ sibi sunt opposita; jam adde *raptum iri* quod per se positum sensu caret; itaque haud dubie *captum* emendandum, ut ex prioribus certe explicari possit; etiam *licet* minus accurate dictum. quid

enim hoc est, *capi licet*, ubi nulla hostium vis, sed fraus, dolus et malæ artes tyranni commemorantur? accedit ipsius temporis verbi inconcinnitas. Cur enim futurum pro præsente positum? quod quidem vitium tolli potest, si Cortium secuti *captum ire* emendamus; ubi *licet* ad Sullam referendum, quod ferri potest propter sequentia, et antiquo dicendi generi congruit. cfr. ad Catil. 36. *audeat* haud dubie legendum, *audeas* novas huic loco tenebras offundit; multo melius *audias* sed ne hoc quidem incorruptum. *videri felicem* etiam hoc a vulgari dicendi usu alienum; quamvis enim *videri* sæpius pro verbo impersonali usurpetur, ita ut accusativus cum infinitivo pro nominativo recte sequi possit, tamen mihi quidem durissimum videtur, accusativum ponere, antecedente verbo finito, cui inest notio subjecti, inprimis cum Salustius ex more Græcorum sæpius nominativum cum infinitivo pro accusativo usurpet. Neque quæ Cortius congessit loca, Catull. X. extr. et Gellius IV. 11. cum nostro comparanda; propius ad hanc verborum structuram accedunt locutionum exempla, quæ ad Catil. 1. collegimus; usitatius utique erat: quam audeat sperare tantam felicitatem. Ut igitur libere dicam, quod sentio, hæc periodus, si omnia sana sunt, mihi quidem inconcinna et incompta videtur; commodius enim et, ut ita dicam, rotundius finiri poterat oratio his verbis: *exspectantes capiamini.* quæ addita sunt, vim orationis frangunt, eo magis quod, quæ arctissime juncta sunt, alienis, quæ immiscuit, disjunguntur. Salustius igitur, sive consilio fecit, ut rudem et inconditam Lepidi orationem mentisque confusionem imitaretur, sive hæc ei invito exciderunt, et numerum oratorium, et verborum concinnitatem nimis neglexit. *commaculatos.* dixerit aliquis præpositionem h. l. primariam significationem retinere, et Sullam simul intelligi, sed usus loquendi alia suadet. cfr. supra Jug. c. 102. Cic. pro Cælio c. 7. commaculare se ambitu. et I. Ep. de Rep. Ord. ad Cæsarem c. 4; quorum flagitiis commacularetur bonorum laus," similia sunt *impurus* Cat. 15. pollutus Seneca Herc. Fur. 1261. Cic. pro Domo 9. homo contaminatissimus. *Tarulæ Scyrtoque*, hæc vera scribendi ratio, quæ et Codicum auctoritate et editione principe et inscriptione apud Gruterum pag. 684. n. 5. confirmatur. *Fufidius*: cfr. supra pag. 6. eo auctore (Floro 3. 21. et Orosio 5. 21 testibus) Sulla proscriptionis tabulam proposuerat, ceterum apud utrumque perperam *Furfidius* exaratum est, quod emendandum esse jam V. Cl. Dukerus ad Florum l. l. docuit; *ancilla turpis*

cum summa contemtione dictum. cfr. Cic. ad Att. 1. 14. duce filiola Curionis et 4. 11; quid illa populi Appuleja? quod in Clodium dictum; ita apud Aristophanem sæpius virorum nomina in terminationem fœmininam desinunt, ut et ignavia et libidinum infamia notetur. cfr. Aristoph. Nubb. 674. κλεωνύμη. et scholiast. ad h. l. imitatus est Salustium Trebellius Pollio V. Claudii c. 5; Gallus Antipater ancilla honorum et historicorum dehonestamentum» sed si scriptura non corrupta est, male videtur interpretatus esse Salustium. *dehonestamentum* cfr. infra Fragm. Inc. I. 65; «quo ille dehonestamento oris maxime lætabatur; imitatus est Tacitus Hist. 4. 13. Civilis Sertorium se aut Hannibalem ferens simili oris dehonestamento. cfr. H. 2. 87; Annal. 12. 14; Dictys. 3. 10; *eversum profecti sunt.* cfr. Catil. 16. 22; Jug. 25. 33; infra Orat. Licin. neque ego vos ultum injurias hortor, magis uti requiem cupiatis,» hæc mutatio structuræ apud Salustium usitatissima. *judicia* pertinet ad judicia a Sulla ad Senatum translata, cum a Gracchis equitibus tradita essent. *relegati in paludes et silvas*, hoc ad indignitatem rei augendam acerbius quam verius dictum; haud aliter ap. Tacitum Annal. I. 17; milites queruntur, se per nomen agrorum, uligines paludum vel inculta montium accipere; *tanto agmine atque animis incedit.* cfr. Plaut. Asin. II. 3. 25; siquidem hercle Aeacidinis minis animisque expletus incedit. Lucret. 3. 75; claro incedere honore; cfr. infra Orat. Licin. «Lucullus — quantis animis ierit in L. Quinctium etc. Ceterum hæc tropice dicta pro: quæ igitur tantæ ejus confidentiæ causa est? *quia secundæ res mire sunt vitiis obtentui* — sententia est ex Demosthene Olynth. II. αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τοιαῦτα ὀνείδη· quam Thucydidi tribuit Seneca Controvers. IV. 24; cfr. nostros Comment. Vol. II. p. 24; *obtentui* cfr. Tac. Annal. 1. 70; tempora reipublicæ obtentui sumpta. Hist. 2. 14. 1. 49; Annal. 12. 7; Justin. 5. 8; in I. Ep. de Rep. Ord. «tabella obtentui erit.» *Quibus labefactis* — hæc omnium librorum lectio, quam adhuc editores inconsideranter respuerunt. *nisi forte specie.* recte Cortius «adde: *tanto agmine atque animis incedit*;» hoc abrupto dicendi genere vehementissimus animi impetus, qui in Lepido erat, optime illustratur. *jus judiciumque omnium rerum*, hæc verba junguntur, ut summa potestas summumque imperium exprimatur. vide Gronov. ad Liv. XXXVI. 39; aliena sunt, quæ supra leguntur: ut jura et judicia sibi extorquerent; et Horatianum Satir 2. 1. 82; jus est judiciumque; *penes se quod*

publica res sit Vattic. 2. ex errore librariorum satis vulgato, idem liber: *pax et composita intelliguntur. intelligi* non tantum est haberi, nam haud dubie major pars plebis hoc errore tenebatur, sed hoc quærit orator, num re diligentius examinata at perpensa, hæc eadem esse judicaturi sint? ita ap. Plin. H. N. 28. 4. saluberrimum intelligitur. et 35. 10; ea res concitavit Rhodios ad intelligendum artificem. *turbamentum* iterum ap. Tacitum occurrit Hist. I. 32; quæque alia turbamenta vulgi; ceterum multum ponderis in his substantivis, *incitamentum*, *dehonestamentum*, irritamentum etc. quare adamata sunt Salustio. *exitia*-quæ exitium afferunt; pluralis etiam apud Ciceronem pro Milone 2. et Virg. Aen. 7. 23; *suimet sanguinis mercede circumveniundam* — summa sententiæ vis atque acrimonia, quæ Thucydidis ἐνθυμημάτων admonet, hoc enim inest: populus Romanus nullam pro libertate amissa accipit mercedem, sed insuper pro dominorum imperio sanguinem effundit. cfr. Tac. Agric. 30. «Britannia servitutem suam quotidie emit, quotidie pascit.» *privatas opes facere*, dictio Salustio propria, auctore Seneca. Epp. 114. qui *argento exercitum fecit* et *fugam nostris fecere* laudat. cfr. Vellej. 2. 109. Tac. Annal. 6. 13. Cic. in Verr. II. 6; pro Cæcina 11. hæc ex Græco expressa; ceterum in duobus Vaticanis *ad rempublicam etc.* quem errorem supra notavimus; præterea Vatic. 1. *bene juvantibus—divis.* — *ducem et auctorem sequimini*, formula evocationis in re trepida repentinoque tumultu, consuli fere propria» Cort. cfr. Liv. XXXIV. 25; et interprett. ad Cic. post Redit. in Sen. c. 9. et Brisson. de Form. II. p. 214; - 16. - *Tunc vero et posci etc.* Recte Debr. judicavit, hoc ad bellum civile a Lepido paratum pertinere. - 17. - *Curionem quæsivit* etc. *adulescentior et a populi suffragiis integer* in veteri Prisciani exemplari scriptum esse, testis est Colerus; *suffragiis integer* Douza explicat, «qui honorum ad id tempus petitionis expers, per immaturam ætatem prensationibus publicis abstinuerat.» Sed idem sequenti anno consul fuit; rectius alii: nondum expertus cfr. Cic. N. D. 3. 3. rudem me discipulum et integrum accipe. *quæsivit* cfr. Fest. s. v. *quæso*: «quæso ut idem significat, quod rogo, ita quæsere ponitur apud antiquos pro quærere.» Sed perfectum hac significatione non usitatum, hoc fragmentum referendum est ad comitia consularia, in quibus Mamercum propter suspicionem avaritiæ repulsam tulisse, supra memoratum est. Curio, qui anno post consul creatus est, Appii Claudii interregis, credo, precibus permotus sponte petitione desti-

tisse videtur, de Mamerco cfr. Sigon. Comment. in Fast. et Triumph. p. 278; Debross. H. R. I. p. 425. et Val. Max. VII. 7. 6; et Ascon. Pedian. Comm. in Cornel. p. 142. -18.- *Philippus qui ætati,* hæc verba non modo ad Philippum, cujus oratio exstat, spectant, sed etiam eo ipso loco, quo nunc posita sunt, dicta esse videntur. Debrossius sæpissime in eo erravit, quod idem fragmentum ad duo loca diversissima traxit, vel alieno loco laudavit; hunc quidem in Sullani funeris descriptione positum fuisse statuit, ut explicaretur, cur Philippus potissimum laudationem funebrem habuerit.

-19.- *Or. Philippi in Sen.* ita Vatic. 1. Oratio L. Philippi. Vatic. II. De Philippo cfr. Ernesti Clav. Cic. et inprimis de Or. 3. initio; quibus ex locis intelligitur, eum juvenem quidem a populi partibus stetisse, ipsamque agrariam legem tulisse, sed tamen facile eam antiquari passum esse. Contra in Cinnæ dominatione arma capere noluit, et per totam vitam hominem vere popularem se præbuit. Cæterum optimus suæ ætatis orator post L. Crassum et M. Antonium est habitus. Ipsam orationem anno post esse habitam, quo tempore Lepidus reparato exercitu, iterum contra urbem duxit, cum ex ipsa oratione, tum ex iis, quæ de hujus anni rebus supra exposuimus, manifestum est. Genus dicendi ab omni oratorio fuco alienum, et minus quidem politum, atque ornamentis locisque communibus distinctum, sed incitatum, fervidum, acre, nervosum; sensus habet atque dolores, summamque contentionem, ita ut quasi torrens feratur. Neque accuratam argumentorum dispositionem invenias; Non enim rationibus atque argumentis adversarios oppugnat, sed potius eorum stoliditatem atque socordiam irridet; ejusque objurgatio plus acerbitatis et iracundiæ quam festivitatis habet. Itaque omnia in eum sententiam dicit, ut et Lepidi perversitatem, et senatorum, qui pacem suadebant, ignaviam gravissime castiget atque objurget. *consultoribus*- auctoribus cfr. Varro De Re Rust. 3. 2; malum consilium consultori est pessimum Tac. Annal. 6. 10; sua exempla in consultores recidunt, *et ab his quos* etc. hæc vera lectio, quam et Editt. vetustæ et Codd. confirmant. Cortius vel hoc loco pravo emendandi studio abreptus, *ab his* delet, quibus verbis maxima vis continetur. *Nisi forte cui pacem præstare;* de sententia cfr. infra: «illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadet,» perperam Havercamp. *huic* vel *ei* legi jubet. *qui hanc urbem, omissa cura, adhuc regitis* — locus varie tentatus; alii enim, quod *omissa cura*

ad deos referri posse negabant, pronomen ad senatores spectare judicarunt; contra Cortius, «qui adhuc negligentes estis in regenda hac urbe» quam ob rem interpunctionem tollendam censet. Sed mihi hæc contradictio in adjecto esse videtur. Nullum enim regimen deorum esse potest, cura omissa, nam in ipsa cura gubernatio deorum est posita. Itaque hæc verba et interpunctione a ceteris sejungenda, neque ad deos, sed ad senatores, quos perstringit, referenda sunt. Similis est locus ap. Tacitum Hist. 1. 83; «pereunte obsequio, etiam imperium intercidit,» et multi ablativi absoluti, quos per quamvis grammatici circumscribunt. Usitatius erat dicere: in tanta incuria, vel tale quid; sed cum audientibus non ita difficile esset ad intelligendum, cujus cura omissa diceretur, oratori hæc paulo obscurius exprimere licuit. *flagitiosorum postremus* oppos. primus, i. e. eximius: cfr. infra Ep. Mithr. postremus servorum Archelaus; Jug. 4. extrema dementia. Seneca de Constantia 13. Cic. Cat. 2. 10; «postremum autem genus non solum numero, sed etiam genere ipso et vita.» C. Gracchus ap. Gell. 15. 12; omnium natorum postremissimum nequissimumque existimatote.» *deliberari non potest* i. e. statui; est enim a libella, qua quid perpenditur, dictum; idem quod examino; cfr. Cic. pro Roscio Amer. 11.» certum est deliberatumque omnia dicere, et ita sæpius; antecedens pro consequente. *Vos mussantes et retractantes verbis et vatum carminibus pacem optatis magis quam defenditis*, etiam hic locus prava interpunctione corruptus et male intellectus est. Nam post *retractantes* interpungendum, et duo participia a sequentibus ablativis sejungenda et cum verbo finito conjungenda sunt; prius tacitam indignationem exprimit cfr. Liv. 33. 31; «tota urbe id decretum clam mussantes carpebant.» *retractantes* i. e. tergiversantes Cic. Tusc. 1. 31; «Sive retractabis sive properabis» cfr. Liv. 3. 52; 37. 18; Virg. Aen. 12. 889; hoc verbo igitur certa quædam animi imbecillitas exprimitur, quæ neque injuriam propulsare, neque meliora sequi propter ignaviam audet; his participiis autem indicatur, quo modo animis affecti senatores nil audeant; jam jungenda sunt, *verbis pacem defenditis*, quod est hominum, lingua quam manu promptiorum, qui id quod optant, studio et labore assequi non conantur; verba igitur factis opponuntur, ut sæpius cfr. infra *metu pacem repetentes, quo habitam amiserant.* — *vatum carminibus* additum, quod hæc hominum est ratio, ut quo minor ipsorum est industria, eo sæpius ab aliis auxilium exspectent; qua quidem spe suam ipsorum ignavi-

am excusatam putant. cfr. Thuc. V. 103. *μηδὲ ὁμοιωθῆναι τοῖς πολλοῖς, οἷς παρὸν ἀνθρωπείως ἔτι σώζεσθαι, ἐπειδὰν πιεζομένους αὐτοὺς ἐπιλείπωσιν αἱ φανεραὶ ἐλπίδες, ἐπὶ τὰς ἀφανεῖς καθίστανται, μαντικήν τε καὶ χρησμοὺς, καὶ ὅσα τοιαῦτα μετ' ἐλπίδων λυμαίνεται.* interpretes varie turbant; v. c. Cortius «verba est propter verba, h. e. augurum responsa et vatum carmina h. e. libros Sibyllinos.» Quod erat demonstrandum; alii, tanquam omnia manifesta essent, hæc intacta reliquerunt; *ex rapinis* cfr. supra p. 3. et 4. *provinciam cum exercitu.* senatus enim, ut homo seditiosus procul ab urbe minus turbarum concitaret, Galliam Transalpinam provinciam ei decreverat; cfr. supra pag. 3. et 6. cfr. Catil. 19. «quippe fœdum hominem a republica procul esse volebat.» *At scilicet eos — gratiam ab eo peperisse.* hæc Codd. lectio, nisi quod *habeo* pro *ab eo* in nonnullis libris scriptum est. *scilicet* enim apud Salustium sæpius vim verbi retinet; cfr ad Jug. 113; antiquiores editores *iis* vel *ii* ex conjectura; *Gratiam ab eo reperere sibi* Douza; verum jam vidit Palmerius. *indigni republica habiti*, i. e. indigni, qui reipublicæ præsint, quippe qui non rempublicam curant, sed suas res agunt. *prædæ loco æstumantur*-quos vincere nullum est negotium, qui victoria parta facile in deditionem veniunt. *Etruriam conjurare*, nomen Etruscum a Sulla pæne deletum gravissimas libertatis studii pœnas dederat, multæ civitates agro mulctatæ, in alias coloniæ deductæ sunt. Clusium, Arretium, Fæsulæ, Volaterræ ac Florentia maxume bello afflictæ sunt. Vide ad Catil. 30. 36; Appian. de bellis Civ. I. 87. 89. 92; *largitionibus rempublicam lacerare* cfr. Cato ap. Serv. ad Virg. Eclog. VI. 76. «cum Hannibal terram Italiam laceraret atque vexaret.» Cic. de Off. I. 17: omni scelere patriam lacerare. *ignoscendo P. R. magnitudinem auxisse*; cfr. Cato ap. Gell. 18. 12; Liv. V. 25. «quæ rerum moventium sit,» interpp. ad h. l. et ad Jug. 93; *nusquam etiam tum progressum* i. e. contra salutem bonorum et rempublicam ausum esse; pro *videbant* quod in nonnullis editionibus est, jam Cortius lectionem Codd. *ajebant* restituit. *privata arma* i. e. privato consilio, nullo senatus consulto nec populi jussu capta, id quod ad annum priorem pertinet, quo Lepidus magna proscriptorum et seditiosorum hominum manu collecta contra urbem profectus est; *tum Lepidus erat latro.* Vatic. 2. unde aliquis conjiciat, verbum substantivum a librariis esse additum, sed pugnat, quod sequitur *nunc est* etc. — *calones*

cfr. Fest. Serv. ad Aen. 6. 1; Non. I. 310; Veget. 3. 6; proprie militum servi, dicti a cala κᾶλον lignum «calas dicebant majores nostri fustes, quos portabant servi sequentes dominos ad prœlium,» sed potius dicti videntur, quia lignatum et aquatum emittebantur; postea certe hoc nomine varium hominum genus dicebatur, qui sordidum quæstum in castris faciebant, operamque suam militibus mercede locabant, plerumque simul cum lixis commemorantur. *Nemo (non) diurna mercede vitam mutaverit* Vat. a. et Editt. Venetæ negationem ignorant, quod Cortius ita explicat: «notans eorum neminem pro diurna mercede vitam sumpturum, h. e. iis diurnam mercedem ipsa vita cariorem esse; quod postremis hominum et perditissimis proprium esse solet;» pessime, si quid video; nam ullum unquam scriptorem Latinum ita locutum esse nego. quid enim juvat merces diurna, cum vita non fruaris? Sed si hæc conjungere liceret, ii, quibus merces diurna ipsa vita est carior, eam pro parvis præmiis deponere non dubitabunt, quæ quidem summa est temeritas atque audacia. Sed homines ejusmodi ab oratore non intelligi, per se patet; nam ignaviam potius atque inertiam horum hominum exagitat. Neque minus Lepidi ipsius infirmitas notatur, qui cum atrocissimum facinus ausus esset, ne justa quidem præmia conjurationis sociis solvere poterat, ita ut parva mercede ipsorum fidem firmare cogeretur. Sed cum homines isti prædæ quam periculorum cupidiores essent et magna facinorum præmia sibi deberi existimarent, fides eorum parum firma erat. Sed *vitam mutare mercede* mon solum est vitam redimere, sed etiam vendere cfr. Jug. 44: prædas — mutare — vino advectitio; bene igitur infirmitas causæ describitur, quod et dux ipse latro dicitur, qui nonnisi diurna mercede manum armatorum continet, et quod ejus satellites propter ignaviam atque inertiam pro parvis, quibus ornantur, præmiis de vita periclitari nolunt. *non emto*, spectat hoc ad antecedentia, antequam enim Lepidus proconsul erat, propriis sumptibus paratos milites habuit. *cum legatis adhuc jure parentibus*, cum Lepidus nondum hostis judicatus esset. *flagrantes inopia et cupidinibus* i. e. incensi, furentes. cfr. Cic. Epp. ad Attic. 4. ult. infamia et invidia; Hor. Satir. 4. 2. 26. rumore malo; Flor. 2. 18; ignominia et pudore; jam *inopia* aliquis flagrare dicitur, qui egestate compulsus nihil non audere paratus est. *exagitati*. cfr. Cat. 14; quos flagitium, egestas et conscius animus exagitabat. *Saturnini olim*. Plut. Mar. 28. 29; App. de B. Civ. I. 28-33. Oros. 5. 16; Cic. de Harusp. Resp. c. 20; pro Sextio 17. 47; Catil. 4. 2; pro

*

Domo 31; pro Rabir. Post. 3. 6. 11. et tota oratio. *Damasippique* cfr. ad Catil. 51. locis ibi laudatis adde Oros. 5. 29; Cic. Epp. ad Div. 9. 21; quem a Marii partibus stetisse et ejus jussu viros amplissimos, Mucium Scævolam, pontificem maximum, Domitium, C. Carbonem, prætorium, consulis fratrem et Antistium ædilicium trucidasse satis constat. Nam quod Appiànus B. Civ. I. 92; hujus facinoris auctorem Brutum dicit, hoc testimonium in consensu ceterorum scriptorum parum auctoritatis habet. *omnes reliquiae belli* Samnium et Galliam Cisalpinam intelligere videtur, ita infra in Orat. Licin. Mac. reliquiæ exsulum dicuntur; vel conjurationis Cic. Parad. 4. 1; partium Sueton. Cæs. 35; *arrectæ*, cfr. Virg. Aen. 1. 583: his animum arrecti dictis. Liv. 8. 37; arrecti animi ad bellandum. *in latere* cfr. Jug. 14. hostes ab latere, similia sunt: in faucibus; supra caput; cfr. ad Catil. 52; *ad integros contactu procedere.* cfr. Liv. 21. 48: ratus eo scelere contactos velut injecta rabie ad arma ituros; id. 4. 30; Tac. Histor. 2. 60; Catil. 10. *exercitu rursus admoto* «uti nempe Marius admovit urbi et nobilissimum quemque ferro aut fuga exstinxit.» Cort. confidentius etiam Douza: «Hoc contra historiæ fidem esse, omnia veterum monumenta consentiunt. Neque enim Lepidus ante postremam expeditionem illam, et pugnam commissam cum Catulo, qua victus deserta Italia in Sardiniam refugit, ad Romana moenia exercitum unquam admovisse legitur; nedum ut urbem ferro et flamma invaserit.» Sed omnia manifesta. Lepidum jam priore anno exercitum contra urbem duxisse, supra docuimus. *quod multo propius est ab eo, quo agitat, statu*, recte Cortius: «facilius multo ad hoc consilium labi potest, ut urbem invadat, cum exercitus illi sit in manu, quam facile videbatur, a concordia et pace, (quæ erat in republica, antequam Lepidus arma caperet) ad arma civilia desciscere.» Omnes priores interpretes scripturam mendosam esse judicarunt, ceterum *invadat* ex Vaticanis libris emendandum est. *quorum simulat injuria* Liv. 25. 32: ibi Cn. Scipio, cum quibus ante dictum est, copiis substitit. Dictys II, 16; circumventos, a quibus minime decuerat. cfr. Cort. ad Cic. Epp. ad Div. 5. 1; quod attractionis genus, Græcis usitatum, etiam apud Latinos quoque scriptores satis frequens est. cfr. Ruddim. Institut. Grammatic. L. p. 26. Vol. II. *legum ac libertatis* — hic genitivi usus memoratu dignus, cfr. supra: «cum privata arma opprimundæ libertatis cepisset.» Quamvis enim in universum eadem hujus genitivi sit notio, quæ substantivi, cum ad-

jectivo conjuncti, nonnullis tamen locis aperte finem et consilium designat. *Neque mihi satis consilii est.* i. e. haud facile decerneres, supra: deliberari non potest, similis est formula: est mei consilii; *secordia* ita Vatic. 2. et Balliol. *qui videmini intenta mala, quasi fulmen, optare, se quisque ne attingat.* hæc ex Græco expressa, quæ commode ita vertere licet: *οἱ δοκεῖτε τὰ παρόντα κακὰ, ὡς κεραυνὸν, ἕκαςος εὔχεσθαι, μὴ καθ' ἑαυτὸν γένηται.* apte contulit Gruterus ad Liv. 1. 38; Demosthen. Philipp. 3. 48. *ἀλλ' ὅμως ταῦθ' ὁρῶντες οἱ Ἕλληνες ἀνέχονται καὶ τὸν τρόπον ὅνπερ οἱ τὴν χάλαζαν ἔμοιγε δοκοῦσι θεωρεῖν· εὐχόμενοι μὴ καθ' ἑαυτοὺς ἕκαςοι γενέσθαι, κωλύειν δ' οὐδεὶς ἐπιχειρῶν.* Quæ qui cum Latinis comparaverit Salustio palmam deberi non negabit, quippe qui et apta verborum compositione et brevitate orationis et sententiæ concinnitate Græca longe superavit; ceterum *mala intenta* dicuntur, quæ instant et imminent. cfr. Cic. in Pis. 2: intenta tela jugulis civitatis, et Val. Flacc. Argon. 5. 340. nex intenta. *quam convorsa rerum natura sit.* i. e. quam conversa reipublicæ administrandæ condicio sit. Sed hæc plenius, ut multa alia dicta sunt. Sed vel his verbis eorum ignaviam accusat, qui timore compulsi, ne id quidem exsequi audebant, quæ reipublicæ utilia esse intellexerunt; sequentia enim rem explicant: *nisi forte pudet recte facere.* — *pax et concordia* ita Vatic. 1. 2. copulam editiones recentiores omittunt. — *An Lepidi mandata* etc. Scilicet Lepidus haud dubie legatos Romam miserat, qui pacis condiciones senatui populoque Romano proponerent, et de legibus Corneliis abrogandis agerent; hoc enim illum postulasse, ex sequentibus manifestum est. *civitatem confirmari, quibus ademptam negat.* hoc eo pertinet, quod Lepidus leges Cornelias antea negaverat ratas esse habendas, postea autem, cum de pace componenda ageretur, civitatem, quæ iisdem legibus, Etruscis civitatibus adempta fuerat, iterum confirmatam voluit. *plebei tribuniciam potestatem restitui.* plebei quod antiquioribus editionibus omissum est, Codd. retinent, confirmat Priscianus, et ipsa orationis concinnitas satis defendit. *quos per fidem aut perjurio violasti,* significat fidem a Lepido senatui datam, se cum Catulo de civitatis forma mutanda armis non esse certaturum; quam fidem cum fefellisset rectius perjurium dicebatur; ita fides sæpius usurpatur. cfr. Plaut. Mostell. 2. 2. 68; Liv. 1. 9: per fas et fidem decepti. cfr. Perizon. ad Sanct. 1. 18. et Gruter. ad

Liv. 1. 9; Davis. ad Cæs. 1. 46; 8. 48; *quasi primum reddideris* «reddere consulatum idem fere est quod abdicare se consulatu; sed ita ut simul notetur, reipublicæ traditum esse et libertatem habere alii conferendi. Sed Lepidus erat pro consule cum imperio, et omnia suo arbitrio agebat, quasi summum penes se esset imperium, consulumque auctoritas parum contra se valeret, igitur non reddiderat.» Cortius, sed rectius eo referas, quod neque solemniter se consulatu abdicaverat, quod moris erat, et etiam tum, nullis consulibus creatis, jus et potestatem consulis usurpabat. *perge qua coeptas.* hæc Codd. lectio, quæ jam in editione Veneta expressa sed a prioribus neglecta est. *merita* vox media apud Salustium non minus pro præmio quam pro pœna dicitur. cfr. Jug. 100. laudare, increpare merentis. *præsidia deducta atque imposita*, hæc baud dubie sunt apposita, quibus Lepidi licentiam acerbius notaret. *paratis* (et) *quanto mehercule.* Copulam Vat. 1. 2. ignorant, qua omissa oratio fit incitatior. *Nam qui-ait — retinet-censet*, perperam Douza in pluralem numerum mutavit; cum nil sit usitatius, quam *qui* pro quicunque poni. *patiamini censet.* cfr. Cæs. B. Gall. 1. 35; B. Civ. 1. 67; Cic. Phil. 3. fin. *Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadet*; simile Plautinum in Menæchmis, 5. 2: hinc stas, illinc causam dicis; vis sententiæ non tam in oppositis *pacem-bellum* vertitur, quam in additis pronominibus, sensus est: illi a vobis pacem præstat, vobis inermos illi tradit. *Si tanta torpedo.* vide infra: in Orat. Licin. Occupavit vos nescio quæ torpedo, qui neque gloria movemini, neque flagitio. Tac. Histor. 3. 63. tanta torpedo invaserat Vitellii animum. *ut obliti scelerum Cinnæ* cfr. Appian. de bell. Civ. 1. 64—75; *decus hujus ordinis*, interiere cum alii multi, tum Octavius Consul, L. Merula pont. max. C. et L. Julius Cæsares, Atilius Serranus, P. Lentulus, C. Numitorius, M. Bæbius, Crassus et Antonius, oratores nobilissimi, et C. Lutatius Catulus cfr. App. l. l. *Cethegi atque alia proditorum.* P. Cethegum intelligit cujus meminit Val. Max. 9. 2. 9; et Plut. V. Luc. 5. ὁ κρατῶν τότε τῆς πολιτείας τῷ πρὸς χάριν ἅπαντα καὶ λέγειν καὶ πράττειν Cic. Parad. 5. 3; «Cethego homini non probatissimo, servire res coegit eos, qui sibi amplissimi videbantur; mittere munera, nocte venire domum ad eum, precari, denique supplicare.» Etiam Asconius Pedian. Comment. in Cic. Oratt. p. 113. Edit. Lugd. Batav. 1644. factionis Cethegi commemorat; cfr. Cic. Brut. 48; «ejus æqualis P. Cethegus, cui de republica satis suppeditabat oratio, totam enim tene-

bat eam, penitusque cognorat. Itaque in senatu consularium auctoritatem assequebatur: sed in causis publicis nihil, in privatis satis veterator videbatur.»

Ad eundem Cethegum Ernestius Cic. pro Cluent. 3. referendum esse censet, vide ad Catil. 17. quem a nostro diversum esse statuit Ern. quibus commotus rationibus nescio. *penatis* ita Vat. 1. 2. non solum hoc loco, sed ubique. *rempub. frustra curant.* cfr. ad Jug. 46. Catil. 59; *manus armare* Jug. 107; «qui manus armaverit.» *decernite digna nomini.* etiam hæc lectio Vaticani 1. et 2. auctoritate confirmatur, eadem verborum structura ap. Plaut. Pomp. 1. 2. 44; diem dignum et celebrem dignum Veneri pol; ita etiam *decet:* Ter. Andr. 5. 8. 5; Hercle ita nobis decet, infra fragm. 51. «quam victoribus decebat.» *et vera magis placent* i. e. justum, rectum cfr. Serv. ad Virg. Aen. 12. 694; Cic. de Legg. 2. 5.; id. 3. 15; Liv. 2. 48; *bella magis placent*, absurda nonnullorum conjectura. *augete ingenium*, cfr. Jug. 102 et 47. ita etiam Plaut. Bachid. 3. 3. 90; animum atque ingenium jungit: sed inprimis Enn. apud Ciceronem, de Or. 3. 58; «nemo tam firmo ingenio et tanta confidentia, quin refugiat timido sanguen, atque exalbescat metu.» Videtur Salustius antiquiorem loquendi usum secutus esse, ex quo ingenium idem quod animus et indoles significabat, ita *vegetum ingenium* ap. Livium 6. 22; *ingenio ferox* id. 40. 45; quæ enim ap. Ciceronem hujus vocis exstat definitio de Fin. 5. 13. ea potius ex vulgari usu loquendi, quam ex etymologiæ studio petita est. *quæ collecta sunt socordia* — *secordia* Vat. 2. hoc loco et supra. — *collecta* i. e. coacta contracta sunt Cic. ad Q. Fr. 1. 1. quæ nostra culpa contracta sunt; nam *collecta* quoque in malam partem dictum est. *exercitum privato consilio paratum.* Quamvis enim Lepido exercitus decretus esset, tamen alium ac jussus erat, coegerat, scilicet ex reipublicæ hostibus. *Ad urbem ducit* locus memoratu dignus; est enim testimonio, Lepidum vel hoc anno impetum contra urbem parasse; sed eum haud dubie in ipso itinere revocavit nuntius, Pompejum ex Gallia in Etruriam reversum. *uti Appius Claudius interrex* — *uti* Vat. 1. 2.: de interrege cfr. Liv. 1. 17. cæterum num App. Claudius idem sit, qui duobus annis ante cum Servilio consul fuerat, admodum dubium est; per leges enim vix licuit, ut proconsul cum imperio rempublicam domi administraret. Itaque ejus fratrem fuisse putaverim, qui Appius Claudius Major appellabatur, de quo cfr. Cic. de

Or. II. 60. et 70; *ne quid* de hoc formula cfr. Catil. c. 29. et Cæs. B. Civ. I. 4; et interpp. ad hunc locum.

-20.- *Uti Lepidus* etc. hoc senatus consultum paulo post Sullæ mortem factum esse videtur, cum senatus consules ab armis abstinere posse diffideret -21- *segnior, neque minus gravis — cura*; *segnis* cura dicitur quæ minus vehemens et acris est; opposita est *cura instantior* Tac. Ann. 2. 56.- 22.- *Obviam ire* hæc Debrossius ad ultimum fugitivorum prœlium refert. - 24.- *Sic vero — competere.* i. e. Nonio interprete, constanter valere, compotem esse; cfr. Liv. 22. 5. «ut vix ad arma capienda competeret animus.» cfr. Tac. Hist. 2. 50; 3. 73; 3. 46; qui aperte Salustium imitatus est; similis est alius Salustii locus fragm. inc. 59; *Septimium neque animo neque lingua satis compotem.* ubi lectio variat. cfr. Donat. ad Terent. Adelph. 3. 2. 14; quodsi *competere* vera est lectio non dubium esse videtur quin hæc duo fragmenta pro uno sint habenda. de voce *competere* cfr. Schulting. ad Senec. I. Controv. VIII. p. 121; et Perizon. ad Sanct. IV. Minerv. c. 4. voc. *iter.* sed meliora Cortius: «*competo* est a *cum* et *peto* h. e. *eo* a pede notatque *convenire*, *simul ire* quod nostrates dicunt: *mitgehen.* Itaque recte dicimus: animus, auris, lingua competit, quando ista nobis respondent, apta sunt, conveniunt, constant, ut Seneca l. l. non animus non lingua constant; Sil. 1. 114; Suet. Aug. c. 31: competit animus; sed sicuti Livius recte dicit: Romani ne auribus quidem atque oculis satis constare poterant: sic Salustius *auribus competere atque lingua*, quod strenue æmulatus est Tacitus. Ita nempe studium flagrat et studio flagro; ætas provecta, ætate provectus; facta claruerunt, factis claruit vide ad Catil. c. XLVII. n. 2;» -25.- *Prudens omnium*, etiam hoc ad Lepidum spectare judicat Debros. ubi senatus, compertis Lepidi consiliis, eum ex itinere in Galliam suscepto in urbem ad comitia habenda revocavit. -26.- *operibus perfectis — profectis* quod vulgo legitur, sensu caret. *Sardicam*, urbem in Mœsia sitam hic intelligendum esse Debros. statuit. -27.- *Domitium proconsulem* etc. hoc ad bellum Sertorianum et quidem ad Metellum pertinet, qui Sertorii artibus fatigatus, Domitium ad auxilium sibi ferendum invitaverat; vide supra pag. 5. sq. -28.- *Sanctus aliter et ingenio validus.* Catuli ingenium his verbis describi putat Debr. Sed idem hunc locum etiam in Marii et Sullæ inimicitiis illustrandis adhibet. -29.- *gens raro egressa finis suos*, quod in multas gentes barbaras cadit, Debr. ad Thraciæ gentes describendas pertinere opinatur,

ceterum *egredi* cum accusativo jungi, docent exempla a Cortio laudata. Plin. Epp. 6. 20; *excedere* ap. Senec. Ep. 104; *evadere*, alia. -30.- *Nisi cum ira belli desenuisset.* i. e. deferbuisset. *senescere* passim apud scriptores hac significatione occurrit. -31.- *Maturaverunt.* hoc ad bella Macedonica spectare admodum verisimile est. -32.- *illo profectus* etc. hic locus cur magis ad Pompejum, quam ad Metellum, vel Servilium, vel Curionem, vel Lucullum, vel alium quenquam cum barbaris bellantem trahatur, non video; lectionis genuitatem quod attinet, nihil est, quod a vulgata *elate aut securissimus metu* discedamus. Nam *elate* pro *late* dici posse putaverim; quod si aliis parum probabitur, facillima conjectura est. Nam *e* quod initio est, ex fine antecedentis vocis ortum esse dicas. jam *neque* et *aut* sæpius ita jungi neminem fugit. *securissimus* dictum pro: plane securus, et cum dicatur *securus a* vel *de*, etiam simplici cum ablativo jungere licet. *ad furta belli* i. e. insidiæ vel impetus cum dolo et fraude in hostes facti, στρατηγήματα, ap. Thucyd. 3. 9. κλέμματα imitatus est Hegesippus, I. 30: vir ad furta belli peridoneus. cfr. Virg. Aen. 9. 350; 10. 734. Curt. 4. 13. 4. Silius Italic. 17. 91; Buchner. ad Tacit. Agric. -33.- *Qui liberis ejus avunculus erat.* Clodium Pulchrum significari putat Debr. qui, legatus Luculli, ab eo ad Tigranem, Armeniæ regem, missus est; contra Ausonius Popma ad adulterium uxoris Lepidi spectare existimat. -34.- *Recens scripsi* — recte Debr. hoc frag. in ipso Historiarum primordio ponit, ubi Salustius veritatis studium professus erat, ubi addidisse videtur, veritatem minus a se inflecti potuisse, quod rerum, quas descripserit, æqualis fuerit. -35.- *Solis viis*; sunt viæ, quæ per vasta et deserta loca ducunt; ad Clodii iter in Armeniam illustrandum hoc adhibuit Debr. -37.- *Insanum aliter — atque aliarum mulierum* optime hoc Lepidi ingenio convenit, qui, quamvis libidinibus deditus, tamen discidium uxoris ferre non poterat cfr. supra pag. 9. -38.- *Jussu Metelli cornicines occanuerunt*, ita scribendum. *occinuerunt* mendum scripturæ, nam et Serv. et Priscianus a cano, inquiunt, veteres non *cecini*, sed *canui* dixerunt. -39.- *Nexuit catenæ modo* in Codd. *nodo* esse animadvertit Colerus. -41.- *Neque se recipere prœlio quivere — prœlio* pro dativo habendum. cfr. fragm. II. 8: *pugnæ instruere.* -42.- *Equi sine rectore.* hæc duo fragmenta in pugna Lauronensi illustranda laudantur a Debr. eodem modo Tacit. Agricola. 36: exterriti sine rectoribus equi. -43- *Occupatusque* hoc fragmentum Debr. I. 511. probabiliter argu-

mentatus, ad prœlium quod Hirtulejus Sertorii legatus cum Lollio, Galliæ Narbonensis præside, non procul Ilerda commisit, illustrandum pertinere statuit. cfr. Frontin. Stratag. I. 5. 8; cæterum in nonnullis Prisciani Codd. est: *cum multa cura circumdata.* Præterea Carrio *cum* in *eum* mutari jubet, quia Arus. Messus *circumdare aliquid re aliqua* ex Salustio laudat. Sed si *eum* emendaveris *circumdedit* corrigatur necesse est. -44.- *At inde nulla.* Ex Plutarchi loco, quem supra laudavi, recte colligas, hæc ad Laccobrigam a Metello obsessam pertinere. -46.- *Ardebat omnis Hispania.* «i. e. bello. Cic. Epp. ad Div. 4. 1: orbem terrarum imperiis distributis, ardere bello; pro vehementer commoveri. Cæs. B. Gall. 5. 29: ardere Galliam tot contumeliis acceptis sub populi R. imperium redactam. Dictys I. 16: ardebat studio belli omnis Græcia. Adde III. Hist. Or. Macri.» Corte. -47.- *Et ponere validam urbem.* secundam vocem esse corruptam nullum est dubium; ad conjecturas, quibus viri docti hunc locum sanare studuerunt, adde *Hipponam* et *Vizonem*; quam Putschius confirmavit auctoritate Stephani: Βιζώνη πόλις ποντική. «hac quoque syllaba, ait, nullum nomen reperi terminatum, nisi unum barbaræ civitatis lectum in Salustio Vizo Vizonis.» Quæ quidem conjectura mihi quidem admodum probabilis videtur. *Tigennam* conjecit Colerus. Debr. *et propterea* exprimendum curavit; *restare* pro *resistere* Livius 6. 30. et alibi dixit. -48. et 49.- cfr. Plut. V. Sertor. c. 9. ceterum *transgressos* quod de navigantibus dictum Asinius Pollio Salustio crimini verterat, usurparunt Suetonius, Tacitus, Livius; cfr. Suet. Cæs. 35. Tac. Agric. 18; Liv. 42. 1. simile est: *ambulare navibus* apud Ennium. Lipsius Epist. 4. 14. *in Mauritaniam*, et *furtim abiit: celeritate vitare* emendavit, et verbum *est* in fine delevit; melius utique Cortius, qui *furtim atque celeritate* legendum esse censet. nomen montis, qui in Codd. varie scribitur, *Belonam*, cujus Stephanus meminit, fuisse Putschius statuit. cfr. ap. Strabon. Rer. Geog. 3. p. 140. Ed. Almelov. Βηλὼν πόλις καὶ ποταμός. -50.- *Earum aliæ* etc. haud dubie *naves* supplendum; agi videtur de classe Mithridatis, quæ in Ponto naufragium fecit. cfr. Plut. V. Luc. c. 11. *cum agitaverat*; indicativus ex more priscæ linguæ ponitur; cujus structuræ innumera apud Plautum exempla. cfr. Lex Plantin. auctore Pareo. -51.- *Locum editiorem, quam victoribus decebat.* cfr. supra ad Orat. Phil. *digna nomini.* Græca constructio cfr. Vossius de Constr. c. 35; et multa exempla ap. Plautum. Amph. II. 2. 18; 3.

4. 24; Pers. II. 2. 31; Asin. 3. 2. 31; cfr. Ruddim. Institt. Gr. II. p. 207. Ceterum ad prœlium Cosanum, ubi Lepidus a Catulo victus cesserat, hoc referendum esse Debr. censuit. -52.- *Et mox Fufidius*, ita legendum; cetera, quæ fingunt, nomina incerta; contra *Fufidium* tum temporis Hispaniæ Bæticæ proprætorem fuisse supra docuimus. *Asperitates* quoque Carrio recte emendavit; *spiras* quod Codd. habent, ab hoc loco alienum et facile ex *asperitates* propter *tantas* quod antecessit, oriri potuit; primum prœlium ad Bætin, quod Florus commemorat, his verbis illustrari videtur, vide supra pag. 7.

-53.- *Cum Sertorius neque erumperet etc.* locus videtur esse corruptus; num duo orationis membra jungenda, et quo referenda sint, incertum; Debr. falsus, qui utrumque ad Sertorium pertinere statuit. -54.- *Et numeri eorum.* cujus libri auctoritate Carrio *itineris* emendaverit nescio; *Et numeri* Majus e codice Vaticano; totum fragmentum ad Hirtulejos fratres interfectos retulit Debr. -55.- Perperam hæc duo fragmenta conglutinanda censuit Carrio; aut enim emendandum est: *ægroto Tarenti collega*, aut aliud verbum supplendum v. c. *reliquit*, neque credibile est, Servilium statim ad Corycum urbem oppugnandam profectum esse, maxime cum consulem primum in ipso mari cum piratis congressum esse, satis constet; vide supra pag. 8. sed Havercampii conjectura, qui pro *pastusque* — *specu atque* emendat, mihi quidem admodum probabilis, ne dicam, unice vera videtur. -58.- *Apud Lethe oppidum*, haud dubie Hispaniæ fluvius intelligendus, si quidem lectio sana. Nam in Martinensi et Coloniensi libro est *Lepte*, in Thosano *Læte*; alii legi jusserunt *Lete* Macedoniæ oppidum, Plinio, Stephano, aliis auctoribus. Sed cum multo celebrior sit fluvius hoc nomine, sequentia: *cui nomen oblivionis condiderant* sejungenda esse censeo. cfr. Liv. Epit. LV. «D. Junius Lusitaniam triginta urbium expugnationibus usque ad occasum et oceanum perdomuit: et quum fluvium *Oblivionem* transire nollent milites, ereptum signifero signum ipse transtulit, et sic ut transgredirentur persuasit;» de hoc fluvio cfr. Pompon. Mela 3. 1; Plin. 4. 22; Strabo 3, p. 153 et 14. 647. Almel. et Silius Italic. 1. 253: quique super gravior lucentes volvit arenas, infernæ populis referens oblivia Lethes. Quibus ex verbis Debr. similem quandam expeditionem Pompeji confinxit, quam omnes rerum scriptores ignorant. -65.- *Sertorius portis turbam morantibus* locus videtur esse corruptus; in verbis enim: *ad medium*

quasi deinsuper adstantium manibus in murum adtollitur participium omissum putaveris. e. gr. *sublatus*; etiam ad verba *in murum*, *summum* vel tale quid adjiciendum esse, maxime cum Serv. ad Aen. IX. 558. ita de hac re agit: «muri olim alti non erant, sed ad impetum tantum repellendum. Ut etiam Salustius ostendit, ubi Sertorium humeris sublatum muros ascendisse memorat.» Accedit Plutarchi auctoritas V. Sert. 14. *καὶ τοῖς ὤμοις ἐπαραμένους, ἄλλους πρὸ ἄλλων ἀνακουφίσαι πρὸς τὰ τείχη.* Sed in celebratissimo illo brevitatis studio hæc ommitti poterant. Sed quod mendum scripturæ est in sequentibus, hoc monendum: *super adstantium* esse conjungenda; de re ipsa cfr. Appian. B. Mithr. c. 71; et de Bell. Civil. I. 87; potuit hoc Sertorio accidere, post prœlium Saguntinum cum Cluniam se celeri fuga recepit. cfr. supra p. 13. et Plut. V. Sertor. 19; cfr. Perizon. Arimod. vers. Hist. C. X. Alii hoc ad fugam Calagurin factam referunt, quod quidem statuunt, Sertorium ex prœlio Saguntino eo confugisse; quem errorem l. l. refutavimus. -70.- *Idem fecere Octavius et Q. Cæpio.* de hoc fragmento Debr. acute disputavit, Hist. R. R. I. 407. sqq. Hæc Salustius haud dubie eo loco historiæ intexuit, ubi de interno reipublicæ statu et de variis hominum popularium conatibus disseruit, quibus libertatem publicam firmare et plebem senatumque ab impotenti licentia paucorum vindicare studebant, quæ scriptor verbo attingit, paulo fusius Cicero Brut. 25. et 62. de Offic. II. 21; N. D. 1. 38. et Plut. V. Tib. Grach. Sed Ernestius recte ut videtur hæc duobus diversis Octaviis tribuit, contra Debrossius et constantiam in Gracchi legibus oppugnandis et legem frumentariam antiquatam ad eundem rettulit. -74.- *Perperna, tam paucis profectus, vera est æstumanda*, locus integer esse vix potest; subjectum certe omissum est. Cæterum pæne putidum est enarrare, quanta cum temeritate et inconsiderantia Debrossius sæpius pauca verba ordinaverit, certum cuique locum adtribuerit, quasi omnia satis certa et firma essent, quæ quidem repetere hoc est vel eorum fidem minuere, quæ verisimilia recte dixeris. -75.- *At per omnem provinciam* etc. hoc fragmentum, quod nuper accessit, ad initia belli Sertoriani pertinere videtur, ubi Sertorius ex Africa redux, post primam victoriam totam Hispaniam terrore nominis sui implevit; sola vox in qua offendas, est *accitas*; sed vel hoc ita explices, ut additum statuas ad rei miraculum augendum.

Lib. II.

-1.- *Sardinia in Africo mari.* Salustium geographiæ plurimum tribuisse et historiis sæpius γεωγραφικὰ intexuisse, cum Catilina et Jugurtha, tum maxime historiarum libri comprobant. Itaque cum de rebus a Lepido in Sardinia gestis esset expositurus, antea insulæ situm incolarumque mores descripsit. cfr. fragm. Incc. 38. 196; 197; 221; V. 10. Sed non minus quam in Africæ descriptione in antiquitates insulæ originesque urbium inquisivit, non quo fidem iis tribueret, sed quod hæc fabulosa ne historicis quidem negligenda esse judicavit. De insulæ forma cfr. Claudian. de B. Gild. 507: Humanæ in speciem plantæ se magna figurat insula, Sardoam veteres dixere coloni; cfr. Heins. ad h. l. Manil. Astron. 4. 629: Sardinia in Libyco signat vestigia plantæ. Sil. Italic. XII. 355: Insula fluctisono circumvallata profundo, castigatas aquis compressaque gurgite terras enormes cohibet, nudæ sub imagine plantæ. Inde Ichnusa prius Grajis memorata colonis; mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens Herculis, ex sese mutavit nomina terræ. cfr. M. Capellam. VI. et Dionys. 467. Hesych. Σανδαλώτη ἡ Σαρδὼ πάλαι. Adde Plinium III. c. 13. qui animadvertit, cum Sardinia aliis Sandaliotis appelletur, Melissum eam a similitudine plantæ humanæ Ichnusam dixisse; similia habet Solin. Polyh. c. 4. nisi quod hujus nominis originem Chrysippo, vel ut in aliis Codd. esse dicitur, Crispo tribuit. Unde novum Salustii fragmentum componunt: *Inde Ichnusa adpellata*, quæ non magis Salustiana, quam quæ sequuntur: «Mox Aristæum regnando his proximum in urbe Carali, quam condiderat, ipso conjuncto populo utriusque sanguinis, sejuges usque ad se gentes ad unum morem conjugasse, imperium ex insolentia nihil aspernatas. Sed et hic Aristæus Jolaum creat, qui ad id locorum agros ibi insedit.» Quæ Debr. inter fragmenta rettulit. Multa Solinum ex Salustio hausisse manifestum est, sed hæc verba ipsius Salustii putare absurdum est. Sed ejusmodi comparationes apud antiquos frequentes fuisse animadvertit Pignorius Symb. Epist. XI. ad Angel. Roccham; ita Europam et Africam nuci pineæ æquabant, Peloponesum platani folio, pontum Euxinum arcui Scythico, Indiam rhombo, montem Calpen urnæ. -2.- *Dubium an insula sit.* haud dubie corrigendum est *circumlavitur* quæ Coleri conjectura est. -3.- *Nam Sullam consulem.* Hoc fragmen-

tum jam Pighius Annal. p. 270. recte explicuit. Scilicet, ne Pompejus cum exercitu victore ex Africa in urbem rediret, Sullam hoc instituisse, ut quam ipse in illius gratiam ferret legem, ei tribunus plebis intercederet. Qua ratione Sulla et suspicionem vitavit, et Pompejus ipsius populi jussu prohibitus esse videbatur. - 6. - *Orbe terrarum patriaque extorres etc.* Male hæc composita. Itaque Majum puto, cum corruptam lectionem *orbe* pro *urbe* in suo codice invenisset, *terrarum* addidisse. - 12. - *Inter læva mœnium et dextrum flumen Turiam* hoc fragmentum explicatur epistola Pompeji ad senatum Lib. III. Fr. 11. ubi prœlium apud flumen Turiam commemorat. Sed de grammatico genere hujus vocis jam apud antiquos dissensio erat. Probus etiam et Pompejus (in post. part. Donati) *Turia* videntur legisse; ille enim «lectum, inquit, unum neut. generis nomen hac declinatione ap. Salustium, *et dextrum flumen Turia*, et paulo infra: hoc Turia, nomen fluminis, lectum in II. Histor. Salustii.» Pompejus nullum, inquit, nomen neutrum Latinum *a* terminatur in nominativo singulari, excepto uno *Turia*, nomen id fluminis apud Salustium.» Ita etiam Phocas «neutro, inquit, genere barbara duo lecta sunt apud Salustium nomina fluminum *hoc Mulucha* et *hoc Turia*, qui amnis est citerioris Hispaniæ, de quo plura in Plinio. Contra Priscianus *Turiam* inquit, qui accusativus masculini est generis, non neutrius.» Græci quoque scriptores Θουρίαν πόταμον scribunt. - 14. - *Eodem anno in Macedonia* hoc anno U. C. DCLXXVIII vel LXXIX. gestum; dubium enim est, num Curio consul an proconsul Macedoniam provinciam adierit. De Dardania cfr. Strabo Rer. Geograph. Lib. VII. p. 316. Ed. Alm. *dictæ pecuniæ* i. e. imperatæ. Nonius *dictas* promissas interpretatur, melius Cortius: *constitutas* et præscriptas, Phædrumque laudat, 4. 4. 46: et dictam ventri conferent pecuniam. - 15. - *Sed ipsi ferunt taurum.* Salustius in Sardiniæ situ describendo etiam de insula Corsica egisse fabulasque narrasse videtur, quæ de ejus antiquitatibus circumferebantur cfr. infra fragm. inc. 222; similia habet Stephanus de urbibus: Κόρσις, νῆσος ἐν τῷ Τυῤῥηνικῷ πελάγει, ἀπὸ Κόρσης δούλης βουκόλου λέγεται καὶ Κορσική. - 16. - *ne illa tauro paria sint*, *ne* pro *nedum* positum esse interpretes animadvertunt. Donat. Ed. Froben. 1592. *parita.* Wassius «*pavita sit* quod Pasiphaen et Minotaurum cogitat,» additque: sin minus, ad Lucullum refer, qui taurum Εὐφράτῃ διαβατήρια ἔθυσε. Alii *parata* vel *parta* legunt, et vel hoc ad Corsicam insulam a tauro de-

detectam spectare opinantur, quare legendum esse videtur: *ne illa a tauro parta sit.* -17.- *Quem ex Mauretania rex Leptasta,* quod nomen Debr. in Ascalisiphta mutavit, cum Plutarchus c. 9 Sertorium Mauris opem tulisse narret contra Ἄσκαλιον τὸν Ἴφθα, quem Sulla auxiliis adjuverat. Sed hæc nomina plane diversa esse videntur; utrum Plutarchus an Salustius propius ad verum accedat, incertum est. -18.- *Quos advorsum multi ex Bithynia volentes occurrere, falsum filium arguituri.* «Mirum ni hæc ad Nusam, Nicomedis filium, referunda, quem regi illi haud dubie natum, hoc est haud vitio aut illegitime conceptum fuisse, epistola Mithridatis testabitur. Quod tamen Bithynos istos, qui a Romanis in regnum illud, mortuo Nicomede, quasi in vacuum venientibus ac possessionem occupantibus, gratiam sese inire studebant, redarguere conatos esse, fragmentum istud liquido significare videtur.» Douza. -21.- *argentum mutuum arcessivit*, in quibusdam *argentum multum arcessivi*, in vestustissimo Coloniensi *argentum mutum arcessivit* cum superlineari glossemate i. e. simulacrum. Ad bellicos apparatus Lepidi hoc referunt. -22.- *Eam deditionem* vide supra de bello Macedonico p. 7. -23.- *nisi qua flumen Durda. Clurda* est in multis Codd. in aliis *Lurda*, sed nullum horum nominum apud Geographos inveni. -25.- *Neque virgines nuptum* in Hispanorum moribus describendis hoc commemoratum fuisse videtur. -26.- *Modestus ad omnia alia* recte his verbis Debrossius judicat Pompeji mores a Salustio descriptos fuisse cfr. Plut. Pomp. 1. σωφροσύνη περὶ δίαιταν. -28.- *At Lucullum regis cura* etc. cfr. Plut. Lucull. 14; et Appian. de B. Mithrid. c. 80; ἀπορῶν δ' ἀγορᾶς et 81. καὶ τὸ μὲν ἐνθύμημα μέγα ἦν ἀποκλεῖσαι τροφῶν Λούκουλλον. -29.- *Tartessum.* pertinet hoc ad foedus olim cum Gaditanis percussum, et Lepido Catuloque Coss. confirmatum. cfr. Plin. 4. 222: «Timæus Cotinussam apud eos vocatam ait, nostri Tartessum appellant, Pœni Gadis, ita Punica lingua sepem significante» cfr. Avien. Fest: «Gaddir prima fretum solida supereminet arce adtollitque caput, geminis inserta columnis: Hic Cotinusa prius fuerat sub nomine prisco Tartessumque dehinc Tyrii dixere coloni Barbara quin etiam Gades hæc lingua usurpat, Pœnus quippe locum vocat undique clausum.» -30.- *Neque subsidiis, uti soluerat, compositis* «pro solitus erat. Varro VIII. L. L. Contra quoniam est soleo, oportet dici *solui*, ut Cato et Ennius scribunt, non ut dicit vulgus: *solitus sum.* Plura Priscian. IX. p. 872. et VIII. p. 818; de

neutro — passivis ait: quorum tamen antiquissimi solebant etiam præteritum perfectum proferre hoc modo; gaudeo, *gavisi*; audeo *ausi*; soleo, *solui*; — sed nunc his non utimur; eadem ratione olim licitum, puditum, placitum est dicebant; sed sequior ætas maluit: *licuit, puduit, placuit*. Donat. ad Ter. Andriam II. 6;» Corte. -31.- *Neque inermos ex prœlio viros quenquam agnoturum.* «Uti Pacuvius: in turba Oresti cognita, *agnota* est soror. Diomed. I. p. 383. Ex quo fit compositum cognosco, cognovi, agnosco, agnovi: ex quo nonnulli veterum declinaverunt *agnotum* et *agnoturum*, ut Brutus in epistolis; sic *præstaturus*, *constaturus*, *domatus* de quibus ad Ciceronem et nostri Catil. c. 36. n. 4.» Corte. In Thosano est: *agnosciturum*. cfr. Serv. ad Aen. 4. 23; et Struve de Latin. Declin. et Conjug. Historica hujus loci interpretatio incerta. Sed e prœlio fugientium hunc fuisse sermonem verisimile est. -32.- *Ea continentia vir gravis, et nulla arte cuiquam inferior.* «pertinet fortasse hoc ad Sertorium de quo Plutarchus in fine ejus vitæ» Wasse. cfr. Sert. 26. -33.- *Omnes qui circum sunt.* refert hoc Debr. ad multa montium cacumina quæ Caucasum circumjacent. -35.- *Quia corpore et lingua percitum.* Curionem patrem intelligit cfr. Plin. H. N. 7. 12. Val. Max. 9. 14. «At M. Messala, Consularis et Censorius, Menogenis: Curioque, omnibus honoribus abandans, Barbuleji: ille, propter oris adspectum, hic propter parem corporis motum uterque scenici nomen coactus est recipere.» Debrossius Sicinium tr. pl. Curionem consulem hoc nomine appellasse conjecit, de quo cfr. Cic. Brut. 60. Cn. Licinius: «homo impurus, sed admodum ridiculus, neque aliud in eo oratoris simile quicquam.» cfr. Plut. Crass. 7. qui illum omnium existimationem conviciis lacerasse auctor est, uno Crasso excepto, qui majori ei timori quam odio fuit. -37.- *Ibi Fimbriana seditione.* Magium et Fannium Romanos transfugas intelligi verisimile est. cfr. Appian. Mithridat. 68. δύο αὐτοῦ τῶν ϛασιωτῶν, Λούκιος Μάγιός τε καὶ Φάννιος, Μιθριδάτην ἔπειθον συμμαχῆσαι τῷ Σερτορίῳ et Oros. VI. 2; «Fannius et Magius, exercitu Fimbriæ profugi Mithridati se adjunxerant: quorum hortatu Mithridates cum Sertorio per legatos in Hispaniam missos, fœdus pepigit.» -40.- *Ad hoc rumoribus.* Perpernam aliosque conjuratos intelligit Debr. qui de laudibus Sertorii detrahebant. Sed idem Lucullo accidit, cujus fortia facta Pompeji fautores maligne interpretabantur. De sententia cfr. Jug. 92: omnia non bene consulta in virtutem trahi, et ibid. 53. Tac. Annal. 4. 78: cujus

adversa pravitati ipsius, prospera ad fortunam reipublicæ referebat. Adde Cic. pro M. Marcello c. 2. - 41. - *At Metellus* etc. de tempore cfr. supra p. 18. et 19. *virile et muliebre secus*, hæc vera lectio recteque casum quartum esse docuit Cort. cfr. Dictys VI. c. 4: interea per omnem insulam multi undique virile et muliebre secus confluunt. *magna gloria* i. e. gloriatio, laudatio. Cic. pro Rabir. P. 14; quod genus tandem est istud ostentationis et gloriæ. Hirt. d. b. Africano 31: gloriam exsultationemque alicujus pati. Plaut. Mil. 1. 1. 22: perjuriorem hoc hominem si quis viderit aut gloriarum pleniorem etc. *visebatur* i. e. honoris et officii causa adibatur. cfr. Donat. ad Terent. Hecyr. 1. 2. 113: visere officii est.» *cognita voluntate* i. e. vano gloriæ studio. *curabant* — bene et laute habebant et recipiebant; ita curare cutem, corpus, genium, se; Plaut. Pseud. 4. 7. 34: se suamque ætatem bene curare, edere, bibere. *per aulæa* cfr. Val. Max. 9. 1. 15; de Metello Pio. « Cum Attalicis aulæis contectos parietes læto animo intuebatur, tum immanibus epulis adparatissimos interponi ludos sinebat. Nempe et lecti cubitorii et parietes aulæis vestiebantur, ut imitatio tentoriorum fieret. vide Serv. ad Aen. I. 701.» Cort. *et insignia* haud dubie *et signa* legendum, quod Ciacconius conjecit; honorum enim insignibus ædes exornari non poterant. cfr. Ep. de Rep. Ord. «domum signis, aulæis aliisque operibus exornare.» *ad ostentationem*. scilicet scenæ exstructæ erant, in quas histriones prodirent et partes suas agerent, ut ex altiore loco facilius conspicerentur; cfr. Liv. 39. 6: tunc psaltriæ sambucistriæque et convivalia ludionum oblectamenta addita epulis, vide Bulenger. de Conviv. III. 30. *simul croco sparsa humus* — ut in theatris Horat. Ep. 2. 1. 79: recte crocum floresque perambulet Attæ fabula etc. Prop. 4. 6. 74. Ceterum neminem fugit, hoc loco crocum tritum et vino dulci solutum esse intelligendum. Stat. Silv. 2. 1. 160. Spartian. Adrian. c. 19; «In honorem Trajani balsama et crocum per gradus theatri fluere jussit.» *transenna demissum*. «Servius transennam extensum funem interpretatur. Nonius fenestram. Cum Servio facit Isidorus XIX. 1. et Plutarch. Sertor. c. 22: *καὶ νῖκαι πεποιημέναι δι' ὀργάνων ἐπιδρόμων χρύσεα τρόπαια καὶ στεφάνους διαφέρουσαι κατήγοντο.* Sed si Nonius per fenestram opus cancellatum et reticulatum intellexit, non peccavit, ut pluribus docet Salmas. Exercit. Plin. p. 643. 647. Val. Max. l. c. demissusque lacunaribus, coronas velut cœlesti capite recipiebat.» Cort. sed hoc loco *transenna* haud dubie *funem* significat; nam per fenestram demittere ridiculum esset, et hæc

notio, a Nonio, ut sæpius a grammaticis factum, tantum ex scriptorum locis male intellectis, inventa esse videtur, neque ullum unquam locum exstare existimo, ubi *transenna* pro lacunari dictum sit; etiam frigidum erat hoc addere, quod per se patebat. idem fere honos Mithridati a Pergamenis est habitus. cfr. Plut. Sull. c. 11. *καὶ νίκην στεφανηφόρον καθιεμένην — ἔκ τινῶν ὀργάνων ἄνωθεν. Cum machinato strepitu.* cfr. Phædr. Fabb. 5. 7: «aulæo misso, devolutis tonitrubus, dii sunt locati;» et interpp. ad h. locum. *venienti — thure supplicabatur.* Seneca de ira 3. 18: M. Mario, cui thure et vino P. R. supplicabat. cfr. Freinsheim. ad Curt. 5. 1. 20; Casaub. in Suet. Calig. XII. *Toga picta* Val. Max. l. l. «cum palmata veste convivia celebrabat.» Plut. l. l. θριαμβικῇ cfr. Flor. 1. 5. qui palmatam vestem et pictam distinguit cfr. Plin. 8. 48; sæpius *toga* picta et *tunica* palmata dicitur. cfr. Liv. 30. 15; 10. 7; 31. 11: et Grævius ad Flor. I. 5; Fest. s. v. «Picta quæ nunc toga dicitur, purpurea antea vocitata est, eaque erat sine pictura.» Etiam Livius eandem modo pictam, modo purpuream dicit. -42.- *Ruuntque.* Coleri conjectura eo minus probabilis, quod hic locus haud dubie mutilus est. Neque cetera eo magis illustrantur, quod hoc verbum præponitur. Ad pugnam sub Chalcedonis muris cum Mithridate commissam hæc pertinere judicat Debr. *vice pecorum* cfr. Tac. Ann. 4. 37: qui omnia facta dictaque ejus vice legis observem. Dictys V. 13: trepidantes ac vice pecorum interficiuntur. idem 3. 14: foede et vice imbellium proculcati. Lactant. 5. 10: cum vivos, quos haberet in potestate, vice pecorum juberet occidi. Hegesippus 4. 11: quamvis exercitus ejus more pecorum obtruncaretur. Veget. 1. 21: quo se recipiant, non habent, et more animalium multi cadunt. -43.- *occurrere duci.*— aut *ducibus* aut *duces* legendum censeo, id quod sequentia postulant. *venire*: sæpius de telis i. e. cadere vel pertingere ad; Cic. Tusc. II. fin. venit plaga vehementior. Ovid. Trist. 5. 10 21. Veget. 6. 20; Aen. 5. 500 et 9. 692: fugit horrendum stridens elapsa sagitta, perque caput Remuli venit; ita fere ἱκάνω Græci. Q. Smyrnæus 7. 595. οὐ μὴν οὐδὲ βέλος κείνου χρόα ἵκανε πολλῶν βαλλομένων.» Wass. de re ipsa vide supra p. 16. -44.- «De pugna in Saguntinis campis a Sertorio commissa loquitur, in qua Memmius Pompeji legatus, contra conserta manu, acerrime pugnans occubuit. Metellus imperator, multa suorum strage defensus, ictu tragulæ a Sertorio sauciatus discessit.» Douza. *tragula* teli genus dictum a trajiciendo. cfr. Varro L. L. 4. 24. Cæs. B. Gall. 1. 26. Suidas s. v.

Fest. «tragula genus teli, dicta, quod scuto infixa trahatur.» *Avidi* dicuntur duces, quod strenui, pugnandi cupidi erant et audaces in prœlium ibant. ap. Tacit. Hist. 3. 41; *avidi periculorum* dicuntur etiam *avidius quam consultius* h. 2. 24. in eandem sententiam dictum. -46.- *Primo incidit forte.* — *lenunculus* melior scriptura et Codd. lapidumque auctoritate et etymologia confirmata. ita etiam Ammian. Marcell. 14. 7. *lenunculo se commisisse piscantis.* cæterum literas initiales r. et l. in pronuntiatione mutare facile erat. *remunculus* inde ortum esse videtur, quod erant, qui hujus vocis originem ad *remus* referrent. Tac. Annal. 14. 5. *lembunculus* si quidem lectio sana est. Cæterum Debr. hoc fragmentum ad Mithridatis fugam refert. cfr. Appian. Mithrid. c. 86. -47.- *Ad hoc pauca piraticæ* i. e. ad piraticam faciendam Qunict. 8. 3: «piraticam quoque ut musicam et fabricam dici adhuc dubitabant mei præceptores.» Sed occurrit ap. Cic. post redit. in Sen. c. 5. alii *piratica* legunt. videtur fragmentum haud alienum a Sertorii persona, cum Hispania pulsus oram maritimam latrociniis infestabat. -48.- *Omnia sacrata corpora.* «fallor ego? an de Chiis loquitur Crispus? quos á Zenobio, Mithridatici exercitus duce, exsutos armis, post M. M. talentorum exactionem, caussante deesse aliquid justo ponderi, mares seorsum a mulieribus et pueris in naves impositos atque ita dispulsos a patria in Euxinum porro deportari jussos memorat Appianus. sacrata corpora ergo destinata morti et quasi devota dis Manibus interpretor. Neque absimiliter Maro *sacratum corpus Sinonis* scripsit.» Douza. cfr. App. de b. Mithr. c. 46. et 47. -50.- *Ictu eorum* «Donatus activam vim verbum *ruere* habet, et notare toto corpore uti ad impellendum: quod ex hoc loco non ita vere concluderes; dictum enim ut Cic. Ep. 1. 9. n. 26. gravissime autem me in hac mente impulit Pompeji fides. Cum enim significare voluit, qui fuerit ruentium et cadentium in flumine effectus, non poterat: in flumen ruebant.» Cort. Pertinere hoc videtur ad victoriam de Fufidio reportatam, ubi in medio flumine Bæti pugnatum est. -51.- *Circumventi dextra.* his verbis Debr. putat mœrorem et tristitiam legionis a Curione proconsule dimissæ significari. -53.- *Immane quantum.* Græce: θαυμαστὸν ὅσον. cfr. Tacit. Hist. 3. 62; 4. 34. -54.- *At illi, quibus* — ad Amisum captam rettulit Debr. cfr. Appian. B. Mithr. c. 83. Plutarch. Lucull. 19.

---

*

Lib. III.

- 1. - *Exaudirique sonus Bacchanaliorum.* Debr. hoc refert ad Heracleam a Mithridate oppressam. cfr. Memnon. ap. Photium c. 52. sq. - 2. - *Divorsa uti solet* etc. Nihil habet hic locus significationis, unde certum ei locum assignes. Debr. halucinatur, quod prœlium Saguntinum fugamque Hispanorum hoc fragmento illustrari opinatur. - 3. - *Unus — nomine Publipor.* is reliquias fugitivorum collectas trans Alpes ducere voluisse existimatur, sed in Pompejum ex Hispania redeuntum incidit, a quo cæsus est. cfr. Cic. Verr. 5. 15. 16. Debross. Hist. R. R. IV. p. 432 sqq. et supra p. 31. - 4. - *Male jam assuetum. vis* in plurali pro *vires.* Macrob. I. Saturn. c. 9. quæ vis cœli maxima duas vis dispares colligavit. Adde Charis. I. p. 19. Varro VII. L. L. Valer. Prob. p. 1476.» Cort. adde Lucret. 2. 586; multas vis possidet in se, et 3. 266. - 6. - *Quasi par in oppido festinatio* cfr. Plut. Lucull. 10. Appian. Mithridat. c. 74; Strabo. L. XII. p. 575. 76. Ed. Alm. quibus ex locis manifestum est, ad Cyzicenos obsessos hunc locum pertinere; *mador* vox insolita. Imitatus est hunc locum Ammian. Marcell. 20. 6: lapides recens structi et madore infirmi et 30. 1; infirmati periculoso madore. - 7. 8. - Afferuntur hæc loca a Prisciano, ut adjectivorum insolitorum *decor* et *dedecor* usus doceatur, laudant præterea grammatici ex Nævio: *magnamque domum, decoremque* et ex Statio l. 11. fin. *dedecorem amplexi vitam, reditusque pudendos. — terga* accus. græcus, apud historicos satis usitatus cfr. multa exempla a Ruddimanno collecta Institt. Gr. II. p. 62. - 9. - *Contra ille calvi ratus.* «decipere, frustrari. Plautus Casina 2. 2. 4; ubi domi sola sum, sopor manus calvitur. Pacuvius in Medo: sentio pater te vocis calvi similitudine. Sosipater I. p. 43. Calumnia prima syllaba correpta effertur: venit enim a verbo calvor, hoc est frustror. Post Salustium vix quisquam ea voce usus est; at *calvitas* quidam Codd. habent pro fraude l. 29; S. 5. D. mandati vel contra. «Ipse autem — propter suam calvitatem plectetur,» et Cajus l. 233. de V. S. Si calvitur, est moretur et frustretur, inde et calumniatores adpellati sunt, quia per fraudem et frustrationem alios vexarent litibus, unde et cavillatio dicta est.» Cort. cfr. Nonius l. l. ubi alia exempla ex Pacuvio et Lucilio affert. - 10. - *Parte consumpta reliqua cadaverum ad diuturnitatem usus sallerent.* hoc fragmentum in Martinensi Prisciani libro ex IV. L. Historiarum laudatur, et recte quidem; pertinet enim haud

dubie ad Calaguritanos a Pompejo obsessos et extrema fame laborantes. cfr. præter loca supra laudata Val. Max. l. c. «Calaguritani, quo perseverantius interemti Sertorii cineribus, obsidionem Cn. Pompeji frustrantes, fidem præstarent, quia nullum jam aliud in eorum urbe supererat animal; uxores suas natosque ad usum nefariæ dapis verterunt et cadaverum reliquias sallierunt» qui quidem Salustium secutus esse videtur. Sed Calaguritani nonnisi extremo belli Sertoriani anno obsessi sunt, cujus finis in tertio historiarum libro commemorari non potuit. Cæterum *sallere* etiam ap. Varronem occurit. Antiq. Hum. L. XV. mortuos sallunt. et L. L. IV. id pecus primum occidere cœperant Domini, et ut servarent sallere. Lucilius in VIII. sallere murænas. cfr. etiam Ammian. qui nostrum secutus est XVII. 8: frumentum ad usus diuturnitatem excoctum.

- 11.- *Ep. Cnei Pompei ad Senatum* ita duo Vaticani. Quo tempore hæc epistola scripta sit, vide supra p. 21. Queritur Pompejus, quod Senatus sibi neque commeatum, neque stipendium submiserit; res a se præclare gestas commemorat, et, nisi auxilium feratur, bellum in Italiam translatum iri minatur. In sermone arrogantiæ pleno facile agnoscas fallax hominis ingenium, qui simulata verecundia male innatam animi superbiam tegebat, quem quidem Salustius bene *oris improbi, animo inverecundo* dixerat. — *penatis* ita est in Codd. Vat. — *tot labores — quotiens.* hæc optimi cujusque libri lectio, quam defendere non opus est. *A prima adulescentia.* Pompejum tres et viginti annos natum exercitum privato consilio in agro Piceno collectum ad Sullam duxisse et anno post ex Africa triumphasse, satis constat. cfr. Plut. V. Pomp. c. 5. 14; *scelestissumi hostes fusi*: Marianos eorumque duces Carrinatem, Cælium, Brutum, Domitium et Lepidum intelligit. cfr. Plut. Pomp. c. 7. 8. 10. 11. 12. 16. *vobis salus quæsita est.* animum adverte, quanta hominis sit superbia; nullo enim in prœlio, quod Pompejo duce cum hostibus commissum fuerat, salus reipublicæ periclitabatur, nisi quod in campo Martio factum est. Sed ibi Catuli opera non minus utilis fuit. *nihil amplius* i. e. sævius, atrocius *agitis.* i. e. statuitis cfr. Cat. 52. med. et ib. 55. ubi *facitis* eadem notione. *projectum ad bellum.* vel hoc temere dictum; projecti enim dicuntur, quorum nemo curam agit, et qui præsentissima vitæ pericula adire coguntur. cfr. Liv. 22. 44: «projectis ac proditis ad inconsultam atque improvidam pugnam legionibus.» Virg. Aen. 11. 360: «quid miseros totiens in aperta pericula projicis» ubi Servius: quasi viles et abji-

ciendos. Sed Senatus nonnisi coactus Pompejo imperium contra Sertorium detulerat, et ipse infra profitetur, se *majore studio quam consilio ad hoc bellum profectum.* cfr. Plut. Pomp. c. 17. *fame confecistis,* ὑπερβολικῶς hoc dictum esse nemo non intelligit. *Hac in spe* emendavit aliquis *Haccine spe,* scilicet vim præpositionis non intellexit cfr. hac in fortuna Liv. 26. 13. et Lexica. *opes et spes.* Hæc jungere amat Salustius cfr. Cat. 21. Jug. 33. *volneribus* ita Vatic. 1. *per triennium* anni tres numerantur, adjuncto eo, quo profectus est, et in Gallia hibernavit. vide supra p. 12. *vicem ærari præstare* simili modo ap. Phædr. prol. 3. 14; i. e. vice fungi, vicem explere. *ærari* Vat. 1. *exercitum habere* non modo ducere, sed et alere cfr. Jug. 6. et 70. Catil. 11. *diebus quadraginta exercitum paravi.* sed Plut. Pomp. 17; Πομπήϊος ἔχων ϛρατιὰν ὑφ' ἑαυτῷ — Κάτλου κελεύοντος οὐ διέλυεν ἀλλ' ἐν τοῖς ὅπλοις ἦν περὶ τὴν πόλιν. ita ut hoc etiam arrogantius quam verius dictum esse videatur. *in cervicibus jam Italiæ agentes — agentis* Vat. 1. 2. Liv. 22. 33: bellum ingens in cervicibus erat. ib. 38. Tac. Hist. 1. 16; Hegesip. I. 20. oppos. Græcum: ἐκτραχηλίζειν. cfr. Cic. in Pis. 2. tela jugulis civitatis intenta. Etiam App. de rebus Hispan. 107. Sertorium ait contra Romam profectum, et Pompejo atque Metello mandatum esse ἵνα τὸν πόλεμον, ὅπη δύναιντο, ἐξωθοῖεν ἐκ τῆς Ἰταλίας. et de Bell. Civ. I. 108; Σερτώριος ἐπίδοξος ἦν ϛρατεύσειν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν. Quod quidem fieri non potuisset, nisi et in Gallia Cisalpina et in Transalpina multæ nationes male pacatæ defectionis consilia agitassent: Gallia Cisalpina a Lepido et Bruto sollicitata, Liguria a Perperna, Gallia Transalpina inde a tempore belli civilis male fida agebat. cfr. Cic. pro M. Fontejo initio. Oros. 5. 22. et 24; quorum auxilio fretus parvam manum ad Alpes præmisisse videtur. *per eas — patefeci.* cfr. App. B. Civ. 109. ἑτέραν δὲ (ὁδὸν scil.) ἐχάραξεν ἀμφὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ τε Ῥοδανοῦ καὶ Ἠριδανοῦ. Sed non Padum ipsum, sed Ticinum significari manifestum est. Cicero (pro lege Manilia c. 11.) pleniore ore: Testis est Gallia, inquit, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum internecione patefactum est.» Appiani verbis si fides habenda est, Pompejus per Alpes Grajas exercitum duxisse videtur, quod jam eo est probabile, quod Alpes maritimæ atque Penninæ a Gallis occupatæ tenebantur. *Recepi Galliam, Pyrenæum, Laletaniam, Indigetis.* Gallos eo tempore bellum cum Romanis gessisse, testis est Cicero pro M. Fontejo I. Pyrenæum præsidia a Sertorio disposita inse-

derant. *Laletaniam, Indigetis* ita Vat. 1. et optimi libri. *lacettaniam* Vat. 2. *Laletani* et *Indigetes* junguntur ap. Plin. 3. 3; error facilis erat, quod Lacetani et Ilergetes quoque in Hispaniæ populis numerantur; vide Geographos: Cellar. II. 1. 144; *novis (quidem) militibus — quidem* a Vaticanis 1. 2. exulat, et delendum est. *sustinui* — substinui Vat. 1. Pugnam Lauronensem significare videtur, ipsi parum honorificam. cfr. Appian. B. Civ. 1. 109. Plut. Pomp. 18. 1. Oros. 5. 23. «Pompejus contracto apud Pallantiam exercitu, Lauronem civitatem, quam tunc Sertorius oppugnabat, frustra conatus defendere, victus aufugit. Sertorius superato fugatoque Pompejo Lauronem captam crudelissime depopulatus est.» *ex ambitione mea.* cfr. Gracchus ap. A. Gellium 15. 12: «Versatus sum in provincia, quomodo ex usu vestro existimabam esse, non quomodo ambitioni meæ conducere arbitrabar.» i. e. non ita ut gloriæ meæ favorem militum captando servirem. Sæpe enim ita imperatores per ambitionem peccabant, ut nimis molliter atque luxuriose exercitum colerent. Usus ita voce Livius 45. 36; ubi vide Gronov. nostra ad Jug. c. 86. 3. Cic. XIII. Epp. V. n. 2. Non committo, ut ambitione mea conturbem officium tuum. Adde Buddæum in Pandect. pag. 195. 196.» Cort. Adde Jug. 45. 64. 100. Sed videtur mihi Pompejus id potius significare, quod Tacitus Agric. 18. *officiorum ambitum* dicit cfr. interpretes ad hunc locum. *quid deinde* Vat. 1. *prœlia* idem. *castra hostium apud Sucronem capta.* cfr. Plut. Pomp. 19. App. 110. Oros. 5. 23. B. c. 1: «Sertorius deinde cum Pompejo congressus, decem millia militum ejus interfecit. Ex alio cornu, vincente Pompejo, tantundem pene ipse perdidit.» cfr. Liv. Epit. XCII. *apud flumen Durium* ita Vat. 1. 2. ita etiam Pompon. Mela Lib. III. 1. etsi in duobus Codd. Romanis *Turiam* esse Ciacconius testatur, recte Carrio: «ita hoc flumen nunc vocat, quod libro superiore *Turiam* sive *Turia*, ni fallor, dixit.» Similiter Cicero Oratione pro Balbo 2. *Turiensi prœlio*» — de quo prœlio cfr. Plut. Pomp. 18. fin. id quod ante pugnam Sucronensem factum est. *C. Herrenius — deleti.* hæc ad idem prœlium pertinent. *pro queis* Vat. 1. 2. et Vett. Codd. quos Carrio. laudat. *par condicio* ita Vat. 1. et ita ubique scribendum. *quod ego vos moneo quæsoque, ut animadvortatis neu cogatis necessitatibus.* «Eadem verba repetita habes postea in Oratione Macri Trib. pl.: *quod ego vos moneo quæsoque ut animadvortatis neu nomina rerum ad ignaviam mutantes etc.* item supra in Or. Philippi:

quod ego vos oro atque obsecro P. C. uti animadvortatis neu patiamini etc. quod eo magis visum est adscribere, ut ex hujusce et similium exemplorum collatione perspicere possit juventus, quam sui similis Salustius in historia ubique.» Douza. *necessitatibus* — *necessitates* eodem sensu Catil. 17; Sueton. Cæs. 68: famem et ceteras necessitates tantopere tolerabat id. Tib. 47. Plin. Epp. 5. 9; alio sensu Cic. de Offic. 1. 5. et Tac. Annal. 1. 11; *quæ non ab hostibus*: Calaguris, Clunia, Dianium, Uxama, Osca, Termes, Tutia, ab hostibus tenebantur. *ad internecionem vastavimus* cfr. Ammian. Marcell. 28. 33: Leptitanoque agro et Oeensi interneciva populatione transcursis cfr. supra Lib. II. 28. *internecio terræ* dicitur, cum et urbes exscinduntur, et agrorum cultores tolluntur. cfr. Colum. 4. 22: ad internecionem vineta perducere. *maritumas* Vat. 1. *maritumas civitates, ultro nobis sumptui onerique*, ita Ciacconii libri, et Edit. Veneta. Vaticani non consentiunt. Sed Latine ita dici posse nemo negat; etsi quibus hunc loquendi usum illustrat Cortius exemplis, omnia aliena sunt; *ultro* i. e. insuper cfr. Terent. Eun. 5. 4. 21: «etiam ultro derisum advenit.» et Donat. ad h. l. *Gallia superiore anno Metelli exercitum* — vide, quæ supra p. 19. exposuimus. *et nunc malis fructibus ipsa vix agitat* cfr. fragm. seq. supra pag. 15. et 57. *mali fructus* falso Cortius: «propter difficultatem annonæ, propter inopiam frugum. Sic passim malæ res pro inopia et bonæ pro divitibus.» Sed laudandum erat Virg. Georg. 2. 243. *malus ager* et Salust. Catil. 21. *mala res*, spes multo asperior.» scilieet hoc in universum dicitur de cujusvis rei parum prospera condicione. Jam cum auctor ipse infra biennii infecunditatem commemoret, fructus cœli temperie malos et corruptos fuisse per se patet. — *transgredientur.* — «ita optimi libri, quod non sine temeritatis nota recentiores mutarunt. *transgredietur* in Editt. Gruteri, Parei, Carrionis. Verum Parisiis et Amstelodami 1674 et 1675 cusi et Cod. Balliol. *transgreditur*;» C. quod Wassius melius putat, cum absurdum sit. Hæc Pompejus addidisse videtur, non quod in animo habuit, sed quo majorem senatui atque consulibus terrorem injiceret, quippe qui nil magis timebant, quam ne Pompejus Romam reversus imperium contra Mithridatem Lucullo eriperet. cfr. Plut. Lucull. 5. et Sertor. c. 21. Πομπήϊος δὲ περὶ Βακκαίους διαχειμάσας μοχθηρῶς ὑπ᾽ ἀχρηματίας, γράφων πρὸς τὴν σύγκλητον ὡς ἀπάξει τὸν ϛρατὸν, εἰ μὴ πέμποιεν ἀργύριον αὐτῷ. Καταναλωκέναι γὰρ ἤδη τὰ αὑτοῦ προ-

πολεμῶν τῆς Ἰταλίας, καὶ πολὺς ἦν οὗτος ἐν Ῥώμῃ λόγος, ὡς Πομπηΐου πρότερος εἰς Ἰταλίαν ἀφίξοιτο Σερτώριος. - 12.- *Namque, his præter.* Ad Octavium et Cottam Coss. hoc pertinere eo probabile est, quod iis Coss. seditiones domi ortæ, quarum cum aliæ causæ, tum fames atque pestilentia fuisse videntur. *vitiosi magistratus* vitio creati dicuntur. cfr. Cic. Phil. 2. 33. «Quamdiu tu voles vitiosus consul Dolabella: rursus cum voles, salvis auspiciis creatus.» Jam cum neque hos consules vitio creatos esse, memoriæ sit proditum, neque facile quis explicet, quæ *solita* mala vitiosis magistratibus accidant, orta est Havercampii conjectura: *vitiosis magis æstatibus* i. e. solito gravioribus atque pestilentioribus, quo tempore morbi fere ingravescunt; conjecerit aliquis: *præter solito vitiosis magis æstatibus* eamque conjecturam eo confirmet, quod Salustius aliis quoque locis *præter* adverbii loco posuerit, sed non solum eo verborum structura impeditior fit, sed etiam *his* non ad consules sed ad Metellum atque Pompejum, atque *omnem provinciam* ad Hispaniam referendum esset, in qua duces Romanos eo tempore sæpius fame laborasse, supra memoratum est. -13.- *Hi saltibus occupatis tum externorum agros invasere frumentique ex gravi inopia satias facta.* In vetere codice Nonii est *in saltibus occupatus*, in Juniano: *ac saltibus occupatis tamen.* in alio etiam vetusto: *in saltibus occupatis tum* — *ex* h. l. ut sæpius *post* significat, ut in innumeris dictionibus. «*satias* nomen pro *satietas* adprobat Charis. p. 43. cfr. Hegesippus 1. 18: opera ejus ex indigentia gravi frumenti satietas facta. Agnoscit Livius XXVII. cap. XLIX. Victores sanguinis cædisve ceperat *satias.* ubi vide quæ notantur. Item Silius IV. 110: nec finis satiasve, novi sed sanguinis ardor gliscebat — et ibi Interpp.» Cort. Lips. Epist. IV. 141 emendavit ingeniose: *Hi saltibus occupatis Termestinorum agros invasere.* de qua conjectura, quamvis ingeniosa, Carrio: «habeo quod fugiam, quod sequar, non habeo.» Cæterum Termestinos a Q. Pompejo consule subactos tradit Liv. Epit. LIV. sed cum iisdem consulem pacem ignominiosam ab infirmitate fecisse. Præterea L. Pisonem prætorem in itinere adortum agrestem quendam nationis Termestinæ interfecisse Tacitus auctor est Ann. 4. 45: qua in re ridiculus Debrossii error notandus, qui hunc Pisonem cum Catilinæ socio eundem esse opinatus est. cfr. Hist. R. R. L. III. 77. cum spatio octoginta ferme annorum inter se sint disjuncti. Jam

cum nullus rerum scriptor hujus expeditionis in Termestinorum fines a Pompejo susceptæ mentionem faciat, tota res admodum incerta; et videndum, num ex melioribus Nonii Codd. huic loco aliquid auxilii paretur. -14.- *Neque jam sustineri poterat, immensum aucto mari et vento gliscente* — *immensum* adverbio loco positum sæpius ap. Tacitum. cfr. Annal. 3. 52; 3. 30; 4. 27. et 40; 6. 37; h. 4. 28. ratio dicendi poetica sed apud historicos satis frequens. de qua cfr. Gronov. ad Liv. 2. 30. Cort. ad Lucan. Pharsal. 1. 320; 353; 4. 451; 5. 107. 217; Ruddim. II. 159; 304. n. 3. *gliscenti* quod est in aliquot Codd. ferri non potest, etiamsi, quod Carrio suadet, cum *mari* jungatur. hunc locum Debros. ad pugnam navalem refert a Sertorio cum Annio prætore commissam. cfr. Plut. V. Sertor. c. 7. id quod fieri non potest, si quidem Nonius in numero libri non erravit. Cum enim in primo libro de prioribus Sertorii actis exposuisset, eo loco prœlium navale erat enarrandum. Sed Debr. in fragmentis disponendis grammaticorum antiquorum auctoritates plane negligit; neque hoc est diffitendum, eos parum esse diligentes et in verborum ordine et in ipsorum librorum numero commemorando; sed cum hoc fragmentum etiam ad naufragium classis Ponticæ pertinere possit, hæc quoque interpretatio admodum dubia et incerta est. -15.- *Ac tum maxime — extrema munia sequi — sequi* pro *exsequi* aliquis dictum putaverit, sed nimis a pedestri oratione recedit, quare *exsequi* emendaverim. *extrema munia* si vim oppositi spectas pro *vilissima* dictum esse putaveris. cfr. Seneca Epp. 70: extrema mancipia. Justin. 35. 1: extremæ sortis juvenis. Tac. Ann. 6. 24: extrema vitæ alimenta supra Orat. Phil. flagitiosorum postremos. Cyzicenorum virtutem et constantiam his verbis describi verisimile est. contra Cortius: «intelligit obligationem testamentorum, quæ in præsenti mortis metu a militibus facta. vide Flor. III. 10. n. 12.» -16.- *Et forte in navigando* etc. hoc fragmentum Nonius uno loco ex III. altero ex IV. Hist. laudat; *phaselus* navigium Campanum Nonius explicat. cfr. Serv. ad Georg. 4. 289: brevem naviculam, et Acron. ad Horat. Od. 3. 2. 29: navem velocem et oblongam, haud dubie a fabæ similitudine dictum. Quam ipsam a Phaselo insula Græciæ, ubi non procul Olympus est, Isidorus nomen traxisse statuit. Lib. 17. 10. cfr. 19. 1: phaselus est navigium, quod nos corrupte *baselum* dicimus: unde Hispanicum *Vascello* dictum putat Wassius cfr. Catull. 4; *myoparo*. Nonio interprete, navicula piratarum; addit Isid. l. l.

«est enim parva scapha, ex vimine facta; quæ contenta crudo corio genus navigii præbet, quales utuntur Germanorum piratæ in Oceani litoribus vel paludibus ob agilitatem.» Festo auctore «genus navigii ex duobus dissimilibus formatum; nam et midion et paron per se sunt. Scaliger: «Myoparo, ait, ex Myo et Parone componitur; a forma autem μυῶνες hoc est, angusta et oblonga; ut *myobarbum* angustus et oblongus Liberi patris cantharus.» *Parones* ab insula Paro dictos Suidas innuit, cui Aristophanis Interpp. assentiuntur. de re ipsa cfr. Plut. Lucull. 13. ubi Mithridates in fuga a piratis exceptus, salvus evasisse narratur.

-17.- *Eum atque Metrophanem.* de *Metrophane* cfr. Oros. VI. 2. qui eum prætorem regium dicit. Appian. de B. Mithr. 29. et Isidor. II. 21. n. 10: *Methrophanes promeruit gratiam Mithridatis obsequendo:* quæ verba Debr. pro fragmento Salustii habuit; eumque inter legatos fuisse judicat, qui a Mithridate in Hispaniam missi sunt, ad fœdus cum Sertorio jungendum. cfr. Cic. pro lege Manilia 16. -18.- *Duos quam maximos utris* cfr. Flor. 3. 5; Frontin. 13. 13; Oros. VI. 2. quibus in locis hoc fragmentum illustratur. -19.- *Nam qui enare conati fuerant*, pertinet ad classem regiam a Lucullo ad Tenedon deprehensam et demersam. cfr. Plut. Lucull. 12. Oros. VI. 2. sub fin. «*adflicti alveos* dictum ut adigere jusjurandum, advolare rostra, advolvi genua, adsidere mœnia h. e. adflicti vi undarum ad alveos navium vide Jug. c. 18. et 60.» C. *mulcato fœde corpore* cfr. Gronov. ad Livium 28. 31; Lips. ad Tac. Annal. I. 32; Val. Max. 1. 4. 5. cfr. Hegesippus 3. 20: «Cæterum natare adnisos, convulsa navium fragmenta crebris quatiebant ictibus, lateribusque illisa, miseros artus fœde mulcabant.» *postremo tamen periere.* Eleganter *tamen*, quod ostendit, nequicquam corpus fœde mutilatum aut laceratum esse: sine præcedente *quamvis* sic Jug. 55. «in adverso loco victor tamen virtute fuisset.» ubi vide Cort. -20.- *Nam tertia tunc erat*, pro *tertia* alii *terna*, *tetra*, *Thracia*, omnia corupte, *sublima* pro *sublimis* occurrit etiam apud Accium et Lucret. 1. 340. Debr. hoc fragmentum quatuor locis laudavit; quasi Salustius eadem verba toties repetivisset. -21.- *Illum raptis forum* in *castra*, ita emendandum censeo; *et* explicari vix potest. Pertinet hoc fragmentum haud dubie ad Dianium, de quo vide supra p. 21.

-22.- *Oratio Macri Trib. Pleb. ad Pl.* ita Vat. 1. *Oratio M. Licinii* Vat. 2. de tempore quo oratio sit habita et de ipso Licinio cfr.

supra pag. 26. n. falso antiquæ editiones: *Oratio Marci Lepidi tribuni plebis de tribunicia potestate recuperanda.* prænomen non *Marcus* sed *Cajus* fuit. De eo Cicero ita: «C. Macer auctoritate semper eguit, sed fuit patronus propemodum diligentissimus. Hujus si vita, si mores, si vultus denique non omnem commendationem ingenii evertisset, majus nomen in patronis fuisset. Non erat abundans, non inops tamen: non valde nitens, non plane horrida oratio: vox, gestus et omnis actio sine lepore: at in inveniendis componendisque rebus mira accuratio: ut non facile in ullo diligentiorem majoremque cognoverim, sed eam ut citius veteratoriam, quam oratoriam diceres. Hic etsi etiam in publicis causis probabatur, tamen in privatis illustriorem obtinebat locum.» Quod quidem judicium huic orationi non plane respondet; quamvis enim et inventionem et compositionem jure laudaveris, summa tamen admiratione dignus acer et præsens animus, mentis fervor et summa prudentia, qua plebis ignaviæ stimulos admovet. Neque virtutibus, quæ dicuntur, oratoriis hæc excellit oratio; veritas enim et nobilis quædam animi libertas magis simplicitate quam ornamentis commendatur. Nihilo minus tamen res sæpius agitata, tribuniciæ potestatis restitutio, non minore cum copia quam novo quodam dicendi genere tractata est.

Si Quirites parum existumaretis: «citat Donatus ad Ter. Phorm. I. 1. et vult pro æstumari accipi; sed est proprie post considerationem judicare, intelligere» Cort. Gronov. ad Liv. 34. 2. ad A. Gell. 1. 3. cfr. Cic. de clar. Orat. 21: orationes, ex quibus existimari de ingeniis oratorum potest. Terent. Heaut. 2. 3. 41. «Ea res dedit existumandi copiam quotidianæ vitæ consuetudinem.» *disserendum fuit* hæc Codd. lectio. de indicativo in propositionibus conditionalibus cfr. Krüger Disquisit Gram. Fasc. II. *Quotiens — plebes secessisset.* vide nostros Commentar. ad Catil. 33. p. 108. ad Jug. 31. et supra ad fragm. 8. *docendique* Vat. 2. quæ lectio memoratu dignissima, etsi minus probabilis. *et ire primum via.* falso Cortius: «*primum* posuit pro *ante omnia* Philargyr. ad Virg. II. Georg. vs. 475. Cic. II. Ep. 9. n. 1.» hoc enim dicit: se ducem illis itineris fore, quod esset ingrediendum. *libertatem capessere* non solum est affectare atque appetere, ut supra, sed eodem modo dictum ut bellum, pacem, rempublicam capessere. *spem bonam ex vobis.* sicuti supra *metus a Pompejo.* Cic. Epp. 13. 16. n. 1. Ex eo cum ab ineunte ætate bene sperassem.» Cort. *certaminis advorsa* ita Vat. 1. idem supra *Sulla* et

relicuum. Adjectivorum neutrum plurale pro substantivo positum sequente genitivo; quæ quidem verborum structura apud Tacitum est frequentissima, apud Salustium rarior. cfr. Ruddimm. Institutt. Gram. II. p. 65. de sententia cfr. Liv. 42. 50: „nec præclarius quidquam quam pro dignitate ac majestate omnem fortunam expertum esse. *potiora esse forti viro —forti* pro additamento habeo cujusdam interpretis: Salustius enim *viro* præcise ea notione ponere amat; vide Catil. 58. Jug. 31.» perperam ita Cortius, quia omnia Salustiana dicta ad unam eandemque normam exigit; eodem jure dicere licuit, *viro* additum esse cfr. Jug. 42: „sed bono vinci satius est.“ et supra Orat. Phil.: et augete ingenium *viris fortibus — omnes alii creati pro jure vestro* non modo tribunos, sed omnes magistratus intelligit, quod ex sequentibus *imperia* intelligitur. *meliusque habent mercede delinquere quam gratis recte facere.* cfr. supra Orat. Philipp. initio *per militare nomen* recte Cortius „per nomen militiæ,» i. e. quod bellum sibi contra hostes reipublicæ gerendum esse dicunt. falso Wassius: quia dicuntur *imperatores.* cfr. Jug. 41. *arcem habent ex spoliis vestris* ex iis, quæ vobis eripiant, sibi præsdia quærunt. *expoliis vestris* Vat. 1. cfr. supra Orat. Lepidi *ne spolia vestra penes illum sint. Arx* ut munimentum et præsidium sæpissime ea dicuntur, quæ securitatem præstant. ex innumeris locis unum laudasse sufficiet. Cic. Divin. in Cæcil. c. 5: lex repetundarum arx sociorum. *cum interim* cfr. Jug. 12: *multitudo singulis habendos» — multitudo* quia dixerat *paucorum*; *vos* semel tantum posuit, cum sensus bis requirat; sed sic solent, vide Catil. 52. n. 23.» Cort. cfr. Gronov. ad Liv. 32. 21. sed omnes fere, qui laudantur, loci alieni sunt; nostro enim pronomen *vos* bis ponere supervacaneum fuit. *Nisi quia nosmet ipsi per suffragia* ita antiquissimi Editores; *vosmetipsi* habet Rivius; ex libris *vobismet ipsis* emendavit Ciacconius, idque est in duobus Vaticanis nostris, sed *vobismet ipsi* quam lectionem Edit. princeps exhibet, unice verum cfr. ad Catil. 20. *concessere illuc* ita duo Vat. i. e. paucorum potentium partes sequuntur ut supra: *concessere jam in paucorum dominationem.* Liv. 29. 31; in ditionem alterius, id. 39. 2; in deditionem. unde patet *concedere ad aliquem* non modo esse: *se socium alicui addere*, sed etiam *se totum alicui permittere. — Ad vos redibunt plerique — redibunt* non est in Codd. neque in Edit. Veneta. itaque delendum. *raris* ita duo Vaticani, idque necessarium propter sequentia *ceteri. — raris — defendenda* hæc Cortius sine causa uncinis

inclusit. idem perperam *cætera* defendit. « Conjungenda enim hæc: mox si vestra receperitis, ad vos plerique concedent; cætera, i. e. ærarium, regna, provinciæ validiorum sunt, h. e. vestra, quando ita plus valetis.» præterea negat *validiorum* de paucis illis nobilibus dici posse; aliaque addit non minus absurda; sed plane neglexit explicare, quid *vestra* significent, si quidem *cætera* ærarium, regna, provincias etc. complectuntur, sed hæc eadem sunt, neque possunt opponi *vestra* et *cætera*. Accedit quod *validiores* in universum *potentiores* dicuntur, id quod neminem fugit; et quod *cæteri* omnium librorum lectio est: neque editorum conjecturæ optimi cujusque libri auctoritatem infirmant. Non nobiles solos auctor intelligit, quem errorem Cortius sibi inculcavit; sed inde a verbis: *Raris enim* — usque ad *validiorum sunt*» est locus communis, ad priora quæ dixerat, confirmanda. Sed eo ille est in errorem inductus, quod verba *raris* — *defendenda* uncinis inclusa invenerat; quod quidem credo, Pomponii inventum est. Denique jure quæsieris, quomodo *vestra* et *cætera* sibi opponi possint? *vestra* enim quæ dicuntur, siquidem *cætera* ærarium, provinciæ, regna significant? Sed hæc ipsa populi erant, quippe qui omnia beneficii loco in bene meritos conferat. Itaque et lectio quam Cortius recepit, et ejus interpretatio improbanda est. *An dubium habetis, ne*. Duo Vaticani nostri, Balliol. Carrionis libri, imo omnes Codd. credo, *num*. quod et ipsum Cortius rejecit, et *dubitare ne* idem fere ac *timere ne* in constructione esse, exemplis parum idoneis comprobare studuit. Sed vis negativa, quam editores *ne* recepto efficere voluerunt, inest in ipsa interrogatione, ita ut non opus sit, novum aliquod dicendi genus statuere: omnium igitur librorum lectio restituenda est. *nisi forte C. Cotta* vide supra p. 16. *L. Sicinius primus de potestate tribunicia loqui ausus*. primus quidem fuit, auctore Asconio Comment. in Cornel. fin. p. 142. *M. Terpolius* vel *M. Trapellius* (locus enim admodum corruptus;) sed nulla ejus fit mentio, quod Cicerone teste ejus nomen ejectum est ex iis, qui tribuni plebis fuerant, vide l. l. Debrossius *Turpilius* emendavit cfr. Hist. R. R. I. p. 530. *mussantibus vobis* vide supra ad Orat. Phil. initio *circumventus erat* i. e. occisus erat. cfr. supra p. 15. *invidiam mutuere* Vat. 1. id. *Bruto et Mamerco Coss.* — omisso, quod alii interponunt *Aemilio*, neque consentaneum, cum alterius cognomen commemorasset, alterius nomen gentile addere. *in L. Quinctium* — *Quintium* Vat. 1. Quam perversus et audax homo L. Quinctius fuerit, præcipue ex

Ciceronis oratione pro Cluentio intelligitur. cfr. Ascon. Comment. in Verr. p. 55. *incassum agebantur* hanc lectionem nostri Vatt. confirmant, et per se patet, conjunctivum ab iis esse profectum, qui structuræ rationem minus intelligerent. *agebantur* — et *facturi erant* alterum alteri respondet; et conditionales propositiones ita sæpius apud Tacitum exprimi, satis constat. *dicta alia, sed certatum utrimque de dominatione in vobis sit.* cfr. supra Catil. 38: «bonum publicum simulantes pro sua quisque potentia certabant.» *in vobis* cfr. Catil. 42. et supra p. 51. *in tempus arsere* i. e. in aliquod tempus, aliquamdiu, ad tempus cfr. Tac. Annal. 1. 39; 6. 11; 14. 20; 4. 66: *arsere* Cortius «cetera afflicta, vexata sunt, sicuti incendium ea notione de gravi casu dictum; vide Catil. 31. n. 9: sed dubium habeo, ne *cetera* sit quartus casus et ardere aliquid pro nimium cupere, maximo studio quærere dixerit. Virg. Eclog. 2. 1: Formosum pastor Corydon ardebat Alexin. ad Jug. 39. n. 5.» Utrumque absurdum; dictum ut Catil. 14: ut cujusque studium ex ætate flagrabat cfr. quem ibi Ciceronis locum laudavi pro Cœlio 5. «flagrabant vitia libidinis apud illum, vigebant etiam studia rei militaris« et in Verrem 4. 32: convivia stupris flagitiisque flagrant. Tac. Hist. 4. 12: et Annal. 14. 39: flagrante etiam tum libertate; quod recte interpretantur, «non durante tantum, sed in summo vigore constituta.» *permànsit una res, quæ — quæsita est.* h. e. per totum hoc temporis spatium, sine ulla intermissione hoc petitum est; respondet Græcum: διάγειν, διατελεῖν cum participio. *telum — paratum* cfr. Liv. 3. 69; 5. 9; 9. 37; Seneca de ira 2. 11; Tac. Dialog. de Orat. c. 5: non hercle lorica aut gladius in acie firmius munimentum, quam reo et periclitanti eloquentia præsidium simul et telum, quo propugnare pariter et incessere — possis. Adde Interpp. ad Plaut. Epid. II. 2. 103. Abram. ad Cic. pro Cœlio c. 9. *nomina rerum ad ignaviam mutantes.»* de mutatione vocabulorum præclare Cato Catil. c. 52. et quem Thuc. locum ibi laudavimus. et Loccen. ad C. Nep. c. 5. Epam. Cort. *ad ignav.* i. e. secundum; Cic. Epp. ad Div. 6. 7: plurima scribere ad alieni sensus conjecturam, non ad suum judicium. cfr. Liv. 9. 30; 1. 7; 28. 26; 37. 16; 45. 38; et sæpissime alibi. Cæs. B. Civ. 3. 88. *quo jam ipso frui* etc. cfr. Orat. Lepidi: «illa quies et otium cum libertate — nulla sunt.» *si vera et honesta flagitium superaverit* i. e. si quidem pro pristina libertate servitii jugum vobis erit impositum. *condicio*: ita constanter optimus quisque

liber; et ita ubique scribendum est. *animum advortere.* Vat. 1. 2. Fabri et Briconeti libri et Venetæ Editt. qnod restituendum; sed ridicula Cortii interpretatio: «nempe conditio est, ut copia vivere, consilium relinquere.» *advortere* enim haud dubie 3. person. plur. perfecti est, et ad nobiles sive optimates pertinet; qui motibus popularibus excitati, jam ad omnia populi studia intenti sunt. igitur *animum advortere* hoc loco primaria significatione positum, quamobrem *animum* omnibus literis expressum, quod præterea in nullo libro me legisse memini, etsi Cortius, quæ ejus est audacia, ubique fere id scribendum curavit, contra ipsorum scriptorum consilium et optimi cujusque libri auctoritatem. *injuria gravitate tutior* cfr. Jug. 31: «quam quisque pessime fecit, ita maxime tutus est.» *artius habebunt* cfr. Jug. 85 fin. et Hegesipp. II. 3: «quia plerumque asperitas quo gravior, eo tutior.» *aliquis vestrum subjecerit* hæc Cortio suspecta visa, quia, vel his omissis, omnia aperta esse judicavit, quod ex illorum sententia dictum, quia vel durissima concoquere possunt, dummodo vulgatis breviora sunt. *subjecerit* i. e. ὑπολάβῃ vel ὑποβάλῃ. *impigræ linguæ, animi ignavi* cfr. Jug. 4. 4: *lingua quam manu promptior*; Plaut. Bach. 3. 6. 11; multi more isto atque exemplo vivunt: lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide. Ceterum *linguæ* haud dubie nominativus est, qui appositionis loco antecedenti personæ addictus est; quod enim per jocum licet, ut aliquem *labellum, ocellum, cor, suavium, penem, linguam* appellemus, idem indignantium jus est. cfr. Plaut. Pœn. 1. 2. 173. Hesiod. Theog. 26: ποιμένες — γαστέρες οἶον Eurip. fragm. inc. 51; νεανίας — κόμη μόνος καὶ σάρκες ἔργα δ' οὐδαμοῦ. — *non ultra concionis locum libertatis memores* cfr. Demosthen. Philip. 4. p. 53. καὶ τοσοῦτον χρόνον σπουδάζετε, ὅσον ἂν καθῆσθε ἀκούοντες, ἢν προσαγγελθῇ τι νεώτερον. Εἶτ' ἀπελθὼν ἕκαστος ὑμῶν οὐδὲν φροντίζει περὶ αὐτῶν ἀλλ' οὐδὲ μέμνηται. *amittendum hunc morem*, hanc Arrusiani lectionem Carrio præferendam esse censuit. *Dein ne vos ad virilia illa vocem.* Quam exprimendam curavimus scripturam, duobus Vaticanis confirmatur. Sensum hujus loci bene expressit Cortius: «Dein censeo, (ne ad secessiones vos horter, quibus majores vestri et libera suffragia peperere,) uti in eam libertatem vos vindicetis, qua, quæ nunc ex aliorum imperio pro aliis subitis, ea in vestrum commodum pro vobis agere, aut plane ommittere et non

agere pro illis possitis. quod non adeo magnum aut difficile vobis erit, cum vis omnis in vobis sit.» In prioribus editionibus multa corrupta: *mandando* pro *modo*; pro *quo* alii *queis*, alii *quomodo*; per *virilia* virtus, fortitudo et constantia majorum intelliguntur. *quo* ad neutrum plurale refertur ut Catil. 56: «interea servitia repudiabat, cujus ad eum initio magnæ copiæ concurrebant,» ubi vide, quæ adnotavimus; simile sed non plane idem est Jug. 102: «multa atque opportuna habes, quo facilius errata officiis superes;» de tribunis plebei cfr. quæ supra ad Hist. 1. 8. et Catil. 31. animadvertimus. *patricium magistratum* consulatum intelligit, qui rogationibus Liciniis partus est. cfr. Liv. VI. *libera suffragia* cfr. Liv. 2. 16; 8. 12; Dionys. Halic. 9, 41. omnia fere, quæ scriptor leviter tangit, leges a Publilio dictatore A. 416 U. C. latæ complectebantur. Liv. 8. 12. «tres leges secundissimas plebei, adversus nobilitatem tulit: unam, ut plebiscita omnes Quirites tenerent: alteram, ut legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fierent: tertiam, ut alter utique ex plebe censor crearetur.» cfr. Liv. 3. 55. *Jovem — exspectatis?* Cortius, qui ante hæc verba plenam interpunctionem ponendam, et post ea interrogationis signum delendum censuit, a sua ipsius interpretatione recessit. Res per se manifesta. Jovem vel deum consultorem exspectare dicuntur, qui agendi copia neglecta, nullis incitamentis ad rem aliquam suscipiendam impelli possunt. *adjutum properatis* ita: ultum ire, raptum festinare, perditum trahere, vide ad Catil. 36; Jug. 68. et Gernh. Comm. Gr. P. V. p. 7. *ultum injurias hortor*. i. e. ad injurias ulciscendas. structura insolita. Sed cum hortari pacem etc. recte dicatur cfr. Charis. IV. s. fin. cum etiam infinitivus sequatur cfr. Horat. Epp. 1. 1. 69. et Schmidt ad h. l. pro infinitivo ex usu linguæ antiquioris vel supinum ponere licuit. recte enim pro substantivo verbali habetur, neque solis motus verbis jungitur. cfr. Ruddim. II. p. 257. n. 75. et Gernhard. l. l. p. 6. *non arma — tantummodo ne — præbeatis* de mutata structura cfr. Jug. 14: «prohibere injuriam, neque cujusquam regnum per scelus cresceret.» *censeo aliquid* iterum habes apud Livium 10. 12: bellum Samnitibus patres censuerant Tac. Annal. 4. 74: aram, clementiæ — censuere; Ann. 2. 83: cum censeretur clypeus auro. *frumentaria lege* «apparet latam fuisse legem factione patrum, ut quini modii tritici singulis mensibus viritim distribuerentur.» Ciaccon. quam quidem legem eo exagitat Licinius, quod patres tam

parva mercede populi levari miserias posse judicabant. *quinis modiis libertatem omnium æstumavere.* hæc invidiose dicta; nobiles enim accusat, largitionis causam non misericordiam sed dominandi cupidinem fuisse, quippe qua curam libertatis in plebis animis exstinguerent. *non amplius possunt* i. e. valent; Plaut. Asin. 3. 3. 46: Videtis viginti minæ quid pollent, quidve possunt. de re cfr. supra pag. 57. *exiguitate mors prohibetur, senescunt vires.* eandem fere sententiam Symmachus Ep. 1. 23. expressit: parvis nutrimentis quamvis a morte defendimur, nihil tamen ad robustam valetudinem promovemur. quæ ex Demosthene Olynth. 3. s. fin. hausta: *ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι πάρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις δεδομένοις ἔοικε· καὶ γὰρ οὔτε ἰσχὺν ἐκεῖνα ἐντίθησιν, οὔτε ἀποθνήσκειν ἐᾷ·* aliter de *alimentis carceris* judicat Seneca Epp. XVIII. quem vide. ceterum cum *ignavi qui usque tenuissimas perfrustrantur* in Vaticano sit, videndum num emendandum sit: *et ignavi cujusque tenuissimas spes frustrantur* ita ut *frustrantur* ad nobiles referatur; quæ quidem conjectura minime a ductu literarum recedit. Gronovius *frustratur* legi jussit, ita ut subjectum sit *parva res.* Sed recte Cortius monuit, ad elegantias orationis Salustianæ pertinere, subjecta, quæ dicant, mutare; dictionem *tenui spe* idem commodis confirmavit exemplis cfr. Cic. pro Rosc. Com. c. 14. Liv. 25. 28. sensum quod attinet, Cortius hunc locum ita explicat: «decipiuntur quando sperant, quinis his modiis posse seque suosque sustentare.» Sed fraus potius in eo erat posita, quod hac parva mercede majoris præmii spes iis erepta est; explicant sequentia: *quæ tamen quamvis ampla, quoniam servitii pretium ostentaretur,* notandum est *quoniam* cum conjunctivo constructum, cujus usus exempla rarissima. cfr. Nep. Miltiad. 7. Cic. Tusc. Disp. 1. 12. Sed h. l. conjunct. sequitur, quod propositio conditionalis est. *ultro injuria gratiam debere.* de *ultro* vide supra Ep. Pomp.: *ultro nobis sumptui.* — *injuria* additum, ut judicium de hac agendi ratione interponeret; neque erat, quod interpp. hoc in loco offenderent, cum hæc dicendi ratio quam maxime Salustiana sit. cfr. Catil. c. 7: «in castris, per laborem, usu. militiam discebant.» *gratiam debere* i. e. non solum gratiam habere, sed etiam alicui propter aliquam rem tanquam beneficio se obligatum esse putare. cfr. Cic. Phil. 2. c. 11. alterum igitur est officii, alterum grati animi. Totius loci sensus est: Vos non modo res vestras repetitis, sed, quod indignissimum, adeo gratiam illis habetis; cum ipsum illud fru-

mentum, quod largiuntur, vestrum sit. apte Wassius verba Demosthenis laudat Olynth 3. p. 37. 3. Ed. Reisk.: Κύριοι μὲν τῶν ἀγαθῶν οἱ πολιτευόμενοι, καὶ διὰ τούτων ἅπαντα πράττετε· ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα, συμμάχοις ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε καὶ τὸ πάντων ἀνανδριότατον, τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν προσοφείλετε. Sed idem absurdissimis conjecturis Salustii verba tentavit. longius etiam a vero Gronovius aberravit Observ. III. 2. *neque conabuntur* ex antecedenti verbo simile quoddam substituendum. v. c. dominationem exercere. *Cavendus tamen dolus est.* cum Vatic. 1. et Edit. Princeps et Cod. Baliolensis Wassii *tamen* ignorent, particulam ejiciendam censeo, etsi oratio fit abruptior. ad alia transit orator; sed quo magis audientium animos adverteret, nulla particula interposita, sermo inducitur. *Tamen* si adjectum esset, proxime antecedenti verbo *conabuntur* hæc opposuisset. *Itaque.* Hæc particula sæpius ita usurpatur, ut non, quæ ex antecedentibus sequuntur, enarret, sed ut vim explicativam habeat; particulæ *igitur* eandem vim esse sæpius animadvertimus. cfr. Cic. Partit. c. 7: «est *itaque* id genus totum positum in commutatione verborum;» ubi *nempe* vel *nimirum* erat usitatius. *delinimentum* Vatic. 2. et Edit. Princ. falsus est Drakenborch. qui ad Liv. 7. 38. et 5. 31; 39. 11. discrimen inter *delen.* et *delin.* esse statuit. cfr. Duker. ad Liv. 39. 11; et Interpp. ad Tac. Agric. 21. de terminatione horum nominum supra disputavimus. cfr. Reinesium et Daumium de hujusmodi nominibus disputantes Epp. XIII. XIV. *sublatum in cervices suas.* «Quando præsens est cum imperio et exercitu, tunc timent.» Cortius; cujus in interpretationis testimonium Curt. VII. 7. princ. laudat: ratus urbem — suis impositam esse cervicibus; sed potius conferendus erat Liv. 22. 33: *bellum ingens in cervicibus erat* et Cic. Epp. ad Div. 12. 23: *legionem in cervicibus collocare.* nam non solum rei alicujus propinquitas, sed etiam ejus molestia et incommodum eo significatur. tum vim perfecti neglexit; non enim in universum hoc dictum, sed initium belli Hispanici innuit, ubi Pompejus ad summos honores evectus est, quo tempore tota civitas in summo timore erat. *mox* autem ad tempus præsens pertinet. *demto metu lacerant* i. e. conviciis et contumeliis onerare aliquem; hoc addidit ut doceret, vel hæc promissa irrita fore, cum jam nullus Pompeji metus sit. *remittere injuriam* i. e. si quidem sublatam tribuniciam potestatem injuriam habent; *jus* — si justum est; *tantæ*

*

gloriæ adolescentem sic supra Orat. Lepidi initio: *homines magni nominis*. Pompejus tum temporis triginta tres annos natus erat, cfr. Plut. Pomp. 5. Cic. pro Lege Manil. 10: cujus ætatis homines adolescentes nominari solebant. cfr. ad Cat. c. 4. et 38. *non in uno cuncti præsidia* etc. sententia libero homine dignissima Vellej. II, 32. Cic. pro Lege Manil. 17. Dio Cass. 36: *Neque enim ignorantia res claudit* «i. e. claudicat, non propter ignorantiam res minus procedit, quam a vobis contendo, nempe ut vos vindicetis a dominatione paucorum. Apulej. de deo Socratis: ut ubi dubitatione clauderet, ibi divinatione consisteret. Vide Donat. ad Terent. Eunuchum A. I. Sc. II. A. II. Sc. III. Cic. de N. D. 1. 38: tota res vacillat et claudicat. Sed plura Gronov. ad Liv. XXII. c. XXXIX. Lips. Var. Lect. II. VI. Scaliger Auson. Lect. II. XXII.» Cort. cfr. Ovid. Epp. ex Ponto. 3. 1. 86: Clauda nec officii pars erit ulla tibi. *qua non gloria* ita duo Vaticani. in promptu erat corrigere *qui*; sed Codd. lectio sana est; sensus enim hic est: torpedine oppressi gloria non movemini. de constructione cfr. supra: *qua tamen quinis modiis*. — *cunctaque præsenti ignavia mutavistis* — hæc non confundenda cum verbis hujus orationis: *nomina rerum ad ignaviam mutantes*. Sed potius in memoriam revocanda ex Orat. Phil.: *nemo diurna mercede vitam mutaverit*. neque is locus plane respondet; nam paulo durius est, aliquem omnia i. e. jura, libertatem etc. mutare. i. e. negligere, pro præsenti ignavia i. e. ut in præsentia ignavo ei esse liceat. Sed diversa interpretandi ratio minus etiam concinna; nam *cuncta* ad totum reipublicæ statum referre, et ablativum *ignavia* causalem habere, ut magis in promptu, ita a Salustiano dicendi genere magis alienum est. *Munera ditium dominorum* scilicet ne hæc pauca quidem, quæ vobis relicta sunt, pro jure usurpatis, sed quasi muneri vobis data sint, ita agite. Sed inest gravis ignaviæ objurgatio, quod talia servis domini gratificantur; de appositionis genere cfr. Interpp. ad Tac. Germ. c. 9. *Agrestibus* «h. e. plebi rusticæ quæ durioris erat conditionis, quam urbana, cfr. Asconium in Divinat. pag. 19: plebs rustica partim jus civitatis amisit, partim omnino proscripta est, victore Sulla, quod plebs Romana de Marianis partibus fuerat.» Sed h. l. inprimis severitas in delectu habendo intelligenda est. — Ceterum hæc oratio ut omnium Salustianarum est longe vehementissima et acerbissima, ita nescio an dignissima sit, quæ summis laudibus celebretur. Habet enim aculeos et nervos forenses, quos dicunt, ita ut non Thucydidis solum, sed ipsius Demosthe-

nis laudem Salustius exæquasse videatur. - 24. - *Ad Cyzicum porrexit* — *perrexit* haud dubie legendum; ad Lucullum hoc pertinere vix est, quod dubites «ἐμεγαληγόρησεν, ὡς ὀλίγων ἡμερῶν ἀναιμωτὶ τὸ νίκημα παραδώσων αὐτοῖς Plut. Luc. c. 9. initio. - 25. - *Ut sustinere corpora plerique nequeuntes*, (fessi) *arma sua quisque stans incumberet.* Frontini verbis comparatis cfr. supra p. 16. verisimile fit, hæc ad pugnam a Metello cum Hirtulejo haud procul urbe Italica commissam pertinere. Neque huic conjecturæ contrarium esse videtur, quod aliud fragmentum a grammaticis e libro secundo laudatum ad eandem pugnam refertur. Qui enim nuper hac de re disputavit, V. D. Kritzius, virumque de Salustianis fragmentis optime meritum, acerbissima laceravit vituperatione, eum monitum velim, ne, dum Debrossium inconsiderantiæ et temeritatis insimulet, ipse inconsideranter agat, grammaticorumque auctoritati nimium tribuat, quippe qui non modo in ipsis verbis laudandis parum diligentes se præbeant, sed etiam librorum numeros sæpissime confundant. - 26. - *Ac statim fugitivi.* ad urbem aliquam a servis sive gladiatoribus captam recte hoc referas; Debrossius Metapontum intelligit. Sed cum alias quoque urbes, in Campania inprimis, et Thurios expugnaverint, hæc conjectura admodum incerta est. - 27. - *Quibus a Sertorio.* nostro loco cum Frontin. 2. 5. 31. collato, V. supra pag. 15. facile credideris, insidias Lælio, Pompeji legato non procul Laurone urbe positas, his verbis significari. Sed hæc tertio libro enarrari vix poterant, cum primo statim anno belli cum Pompejo gesti acciderint. Igitur aut libri numerus a librariis mutatus, aut ipse Servius eum negligenter exscripsit; quod eo probabilius, quod duobus locis ubi hæc laudantur, libri numerus ne additus quidem sit. Nam præter pugnam apud Ilerdam multo ante commissam nihil de Sertorii rebus constat, quo hæc commode referantur. Cæterum ex eodem Frontini loco, pro *forte* quod exprimendum curavimus, *fronte* legendum esse videtur. - 28. - *Ingens ipse virium.* hæc Debr. ad librum secundum et quidem ad Sertorii indolem describendam pertinere statuit. Sed cum Salustius haud dubie primo libro de Sertorii virtutibus exposuerit, utrumque falsum jure dixeris. laudant hujus sententiæ defensores Val. Max. 7. 3. 6: «Sertorius vero corporis robore atque animi consilio parem naturæ indulgentiam expertus.» Sed hæc aliena sunt. - 30. - *At Oppius.* pertinet hoc ad inimicitias inter Cottam proconsulem ejusque quæstorem Oppium exortas, de quibus vide ap. Dion. Cass. 36. 23. Cic. fragm.

Orat. pro Oppio. Opp. Cic. IV. P. II. p. 444. Ed. Orell. et Quinctil. Institt. Rhett. V. 13. Debr. Hist. R. R. Lib. III. p. 133. sqq. -31.- *Castrisque collatis castra conferre* ap. Livium ceterosque historicos passim occurrit. cfr. Liv. 2. 30; 8. 23; 23. 28; 26. 12. etc. *ingenio loci.* cfr. Tac. Hist. 2. 4. ingenium montis h. 1. 51; loci cœlique 5. 14. campi suopte ingenio humentes. Jam quod in Ep. Mithridatis est: *quia multitudinem artis locis pugna prohibuere,* fuere qui hoc ad eandem pugnam referrent; contra Debr. prœlium ad Caberam intelligit. -32.- *Sed Pompejus a prima adulesc. — facta æmulus erat:* «pro factorum. Nomen retinet casum verbi Plaut. Mil. 3. 1: studiosus nullæ rei aliæ est, nisi adulterio. Id. Amph. 1. 3: quid tibi hanc rem curatio est? adde Bergger. ad Justin. 9. 8. 4: fuit rex armorum quam conviviorum apparatibus studiosior.» Cort. cfr. Carrion. Lectt. Antiq. Comment. II. 19: maxime adjectiva et substantiva verbalia hanc normam sequi satis constat. cfr. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 239. seqq. ex Græco hæc expressa. cfr. Math. Gr. Gr. §. 324. Anm. et 416. de sententia cfr. Plut. Pomp. 2: ἦν δέ τις καὶ ἀναστολὴ τῆς κόμης ἀτρέμα καὶ τῶν περὶ τὰ ὄμματα ῥυθμῶν ὑγρότης τοῦ προσώπου ποιοῦσα μᾶλλον λεγομένην ἢ φαινομένην ὁμοιότητα πρὸς τὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως εἰκόνας· ᾗ καὶ τοὔνομα πολλῶν ἐν ἀρχῇ συνεπιφερόντων οὐκ ἔφευγεν ὁ Πομπήϊος ὥστε καὶ χλευάζοντας αὐτὸν ἐνίους ἤδη καλεῖν Ἀλέξανδρον. cfr. c. 46. App. de Bello Mithrid. c. 117. -34.- *Post reditum eorum* etc. cfr. supra p. 14. De dictione *gratiam facere* cfr. Catil. 52. initio. -35.- *Quod ubi frustra* etc. *non aptis armis* «cfr. Liv. 5. 49; arma aptare id. 9. 31; 10. 33; 44. 34: arma *apta.* descendit ab antiquo verbo *apere* græco ἅπτειν quod Festo teste est: vinculo comprehendere» C. ut enim tela expediuntur, ita arma, (galeam, scutum et loricam intellige) corpori aptantur. Græcum est: περὶ τὸ σῶμα ποιεῖσθαι τὰ ὅπλα. cfr. ap. Virg. Aen. 10. 131. Cæs. B. Civ. I. 30: omnia sibi esse ad bellum apta ac parata. simile est ap. Tacitum Hist. 1. 68: Lentum et rarum agmen et fluxa arma et segnes equi: Historicam interpretationem quod attinet, Gellii consulis exercitum a Crixo Gallorum fugitivorum duce oppressum intelligit Debr. cfr. Hist. R. R. V. 308. -36.- *Atque eum Curio* etc. ex his verbis idem similem quandam Liguris audaciam excogitavit, qualis est ap. Jugurth. 93. jungit enim fragm. inc. 93; quam conjecturam jure ingeniosam dixeris cfr. Debr. Hist. R. R. Lib. III. p. 187. *quibuscum*

optavisset recte Nonius interpretatur: cum iis, quos elegisset; cfr. Fest. s. v. *optio*. et supra Jugurth. 79: optionem facere. -37.- *Eodem tempore Lentulus* etc. cfr. supra p. 27. -38.- *Fine inguinum ingrediuntur mare*. «proprie: ita ut inguina finis, quo usque aqua pertineret, essent h. e. inguinum tenus. auctor Belli Afric. c. 85.: atque ita per mare umbilici fine ingressi, terram petebant; vide interpp. sed maxime Abrah. Gronov. ad Justin. 30. 4. n. 6.» Cort. cfr. Apulej. II. p. 31: saucius paulisper inguinum fine. Cato R. R. 113. -39.- *M. Antonius* etc. vide supra p. 22. -41.- *Saxaque ingentia — in modum ericii militaris*. «trabs erat, ex qua undique ferri aculei prominebant, a bestiolæ ita dictæ aculeis adpellata. Cellar. ad. Cæs. III. Civ. c. 57; adde Turneb. IV. adversar. c. VIII. Veruta sunt tela brevia a veru similitudine.» Cort. -42.- *Octavium mitem* cum hoc fragmentum ex libro tertio laudetur, fieri non potest, ut ad Cinnæ collegam, anni DCLXVI. consulem hoc referatur; sed ad Curionis coll. pertinet, de cujus ingenio vide supra pag. 15. quare frustra sunt interpretes, qui Plutarchi et Appiani verbis laudatis illius indolem illustrant; ceterum eorum ingenia non dissimilia fuisse, vel ex his locis intelligitur. -43.- *Igitur discubuere*. De accumbendi more apud Romanos cfr. Salmas. ad Solin. p. 153. Schegk. ad Vellej. II. 30; Freinsh. ad Curt. 8. 5. 22; Scalig. in Tibul. p. 283; Baron. Tom. I.; Ann. Eccles. p. 154. *dominum Perpernam*. «dominus vocabatur, quia convivium exhibebat, συμποσιάρχης, Petron. c. 34: laudatus propter elegantias dominus. Hinc dominia agitant ap. Gellium, II. 24. qui mutua inter sese celebrant convivia.» Cort. cæterum ad Sertorii necem hæc pertinere, testimonio Plutarchi comprobatur. V. Sertor. c. 26; cfr. App. de B. Civ. I. 113. -44.- *Quarum unam epistolam — scorpione*. «scorpio machina militaris, quæ cum sono expelleret tela. Seneca Q. N. II. 16. vide Lips. Poliorcet. III. 4.» C. ad Magii proditionem hoc refert Debr. cfr. Appian. Mithridat. c. 72. Falsus Colerus, qui epistolas principum Romanorum ad Sertorium datas et a Pompejo deprehensas intelligit. id quod refellit sola mentio Valerianorum militum injecta, qui in Asia militabant. cfr. Plut. Lucull. 34. -45.- *Dein lenita jam ira* etc. Quod Debr. hæc ad quartum librum pertinere statuit, in Crassi severitate illustranda hunc locum adhibuit. cfr. Plut. Crass. 10. rectius utique Hispanos intelligas, Sertorii nece exacerbatos, quos Perperna promissis in partes suas trahere statuit. cfr. Appian. de b. Civ. I. 114.

Lib. IV.

Bene de hoc libro Auson. Popma: «Continet historiam rerum gestarum Metelli et Pompeji contra reliquias Sertorii, Luculli contra Mithridatem et Tigranem, M. Crassi debellantis Spartacum L. Gell. Poblicola Cn. Corn. Lentulo Coss. U. C. 681 et C. Lentulo et Cn. Aufidio Oreste Coss. 682.» -1.- *At Cn. Lentulus* etc. vide supra pag. 27. num idem sit, qui XXV. annis ante cum P. Licinio Crasso consul fuerit, quod Colerus et Wassius statuerunt, valde dubito. *stolidior an vanior.* de his vocibus vide Gellium 18. 4. acute disputantem. -2.- *Omnes, quibus — ætas etc.* non absurdum, quod Debr. monet, videri delectum bello servili a Licinio Crasso habitum his verbis illustrari. -3.- *Implicitæ rates* etc. hoc fragmentum a Debrossio omissum est. -4.- *Igitur legiones.* pugnam ad Tigranocerta commissam his illustrari putaverim. cfr. Plut. Lucull. c. 27. Appian. de b. Mithrid. c. 85. Contra Debr. hæc cum fragm. 37. Lib. III. conjungit et duplex Consulum prœlium contra Spartacum his verbis significari judicat. -8.- *Amisumque* etc. cfr. Plut. Lucul. 15. initio: ἐπὶ τοιούτων λογισμῶν γενόμενος ὁ Λούκουλλος, περί τε τὴν Ἀμισὸν διέτριψε μαλακῶς τῇ πολιορκίᾳ χρώμενος κ. τ. λ. Appian. de b. Mithrid. c. 78. cum Mithridatem Amisenis obsessis auxilia misisse Appianus auctor sit, hæc ad eum referri posse videntur. -10.- *Castella, custodias thesaurorum.* «hæc jungenda ut Græcum: φυλάκιον, θησαυροφυλάκιον. *custodias* enim antiqui grammatici pro genitivo habuerunt, in quibus ipse Asper, Salustii interpres et Charisius, qui p. 82. 83. ita de hac terminatione præcipit: paterfamilias et materfamilias antiqui magis usurparunt; propterea quod nominativo singulari literam adjiciebant, ut facerent genitivum, *hæc familia, hujus familias, hæc Maja, hujus Majas*; quam declinationem et Salustius in tertio secutus est: *Castella custodias thesaurum in deditionem acciperentur*, sed emendatius custodiæ, familiæ, Majæ dicitur» Carrio. neque abhorret hæc forma ab antiqua orthographia, maxime cum Livio And. Nævio et Ennio usitata fuerit. Prisc. 697. et cfr. Schneider de Formis L. L. I. p. 21. etsi, hoc fragmento cum altero infra 41. comparato: *tenuit Lucullus thesauros custodias regias* fere in eam inclines sententiam, ut *acciperent* pro *acciperentur* emendandum putaveris; ibi enim aperte *custodias*

accusativus est, neque φρούρια sed δεσμωτήρια hac voce exprimi putaverim. Cæterum ex Coloniensi Cod. *thesaurum* videtur esse emendandum. post pugnam ad Caberam factam hoc ab eo gestum videtur. cfr. Plut. V. Luc. 18: τὰ δὲ κάβειρα λαβὼν καὶ τῶν ἄλλων φρουρίων τὰ πλεῖστα θησαύρους τε μεγάλους εὗρε, καὶ δεσμωτήρια κ. τ. λ. cfr. Appian. d. b. Mithr. c. 82: quod igitur Charisius ex tertio libro hæc laudavit, hoc vix fieri potuisse videtur, ut jam priore libro hæc narrarentur, cum quartus et quintus fere unice in Luculli rebus illustrandis occupatus fuerit.

- 11. - *Reliqua cadavera salita.* hæc incuria librariorum in contextu omissa, haud dubie cum priore fragmento 3. 10. jungenda, sed non pro eodem habenda; cum enim Diomed. I. 4: Veteres, dicat, ambiguitatis causa *salitus* dixerunt ab salo, non a salio, manifestum est, participium apud Salustium lectum fuisse; accedit quod hæc commode prioribus adjuguntur, nam fragm. 3. 10: mandatum, hoc effectum exprimit. Num vero prius in quartum, an hoc in tertium librum referendum sit, admodum dubium. Sed cum finis belli Sertoriani et gladiatorii in eundem annum inciderit, et Salustius in rerum ordine fere veteres Annalium scriptores secutus esse videatur, ita ut singulis annis, quæ ubique gesta erant exponeret, propius ad verum accedit, libro quarto Calaguris obsidionem fuisse narratam.

- 12. - *Epistula Mithridatis*, ita Vatic. 1. *Ep. Mithridatis.* Vat. 2. Epistolam post priorem Tigranis cladem non procul a capite regni acceptam, a Mithridate ad Arsacen sive Pacorum datam esse, ex iis manifestum est, quæ supra p. 35. memoravimus. Mithridates, quamvis fractæ ejus opes essent, tamen timorem dissimulat, imo magnam animi fiduciam certamque victoriæ spem præ se fert, et ut Arsacen ad belli societatem ineundam pelliciat, communes omnium hostes Romanos esse docet, eumque ne medium se gerat, dehortatur. Similia sed in alia re Livius habet 32. 21; 35. 49: inventio ipsa argumentorumque dispositio haud absimilis in Corcyræorum oratione apud Thuc. I. 32—36: sed absurdum, quod Ursinus dicit, videri fere totam epistolam ex illa oratione translatam. *societate morantur* Vat. 1. errore librariorum ita exaratum puta. *dein quod quæsitur* Vat. 1. quod haud dubie restituendum. cfr. fr. inc. 30: *indecorum sit.* hoc tantummodo postremæ voci oppositum, quare qui ἀντιθέσεις istas jactant, et in Salustio quoque plura loca hanc ad normam exigi ju-

bent, nulli sunt. cfr. supra ad Catil. c. 2. *Tibi si perpetua pace frui licet, nisi hostes opportuni et scelestissimi, egregia fama, si Romanos oppresseris, futura est*: ita Edit. Veneta et Vatt. 1. 2; quam quidem lectionem a prioribus editoribus varie corruptam et tentatam Carrio restituit; Gortius *sceleratissumi* pro *scelestissimi* recepit. tres scilicet condiciones proponit auctor, quæ Arsacen dehortari videbantur, ne societatem cum Mithridate faceret. «Probat autem in sequentibus eas condiciones nullas esse; nempe neque pacem habiturum, et hostes opportunos atque scelestissimos esse, et magnam gloriam secuturam, si Romanos oppresserit.» Cort. *mala mea cum tuis bonis misceri.*» Ipse Salustius interpretatur, Jug. c. 73. n. 1: *ne florentes res suas cum Jugurthæ perditis misceret*, opportuna et Plauti sententia a Douza laudata: *bonis tuis rebus meas res irrides malas.*» idem. *Atque ea* ita libri Mscrpt. et Edit. Venet. quod et hoc loco restituendum multisque aliis, ubi vulgo *atqui* legitur. *ira — belli* de bello Tigranis contra Parthos cfr. Plut. Lucull. c. 21: *καὶ τὴν Πάρθων, ὡς ἄλλος οὐδεὶς δύναμιν ἐταπείνωσεν.* et Dio Cass. XXXV. 1. 3. *si vera existumare voles.* ita Vatt. et Venet. non *æstumare* quod adhuc vulgatum est. cfr. Or. Licin. init. Cic. pro Cœlio cap. 1. Si attendere diligenter, existumare vere de omni hac causa volueritis. Cic. ita alibi: si verum quærimus, si verum scire vis; item: perspicere verum, vera judicare, quorum *æstimantes* nihil facunt.» C. obnoxius cfr. supra Jug. 31. Catil. 20. sed falso Cortius eum obnoxium, ex bello culpa contracta, dicit; nam potius ea causa fuit obnoxius, quod magna clade accepta alieni auxilii egebat. *usum dedit bene suadendi* cfr. Liv. 36. 7. Cato ap. Gell. 7. 3. *cupido profunda.* cfr. Jug. 81. et Justin. 38. 6; Tac. h. 4. 74. *qua primo cum* ita Vatt. quod propter euphoniam vulgatæ præferendum. Douza inde novam lectionem confinxit: *ad quæ, ea* etc. — *hortabuntur* — durissime et citra omnem necessitatem. *cum rege Macedonum Philippo bellum sumpsere.* cfr. ad Jug. 20; Tac. Hist. 4. 69: sumi bellum etiam ab ignavis, strenuissimi cujusque periculo geri; *sumere* igitur idem est, quod sponte suscipere, incipere, bello aliquem petere. Cæterum per se patet, quæ de causis bellorum exposuerit Mithridates, eorum fidem non Salustio esse præstandam. Mithridates enim ita loquens inducitur, ut regem olim totius Asiæ potentissimum, nunc cladis acceptæ dolore graviter afflictum verba fecisse facile credideris. Ingeniosus igitur, ut bene Cortius, est ad crimen fingendum Mithridates

et omnia pervestigat, ut inveniat. Quanquam hoc non est diffitendum, multa in hac epistola enarrata multo propius ad verum accedere, quam quæ a ceteris rerum scriptoribus memoriæ prodita sunt. Salustio enim excepto, vix ullus rerum Romanarum auctor a se impetrare potuit, ut senatus Romani fraudulentam amicitiam et cætera dedecora aperiret. *Dum a Carthaginiensibus premebantur* nullus, quantum equidem scio, rerum scriptor, Antiochum jam belli Punici tempore Asiam occupasse tradit. Sed hoc serius factum testis est Liv. l. 33. c. 38. 39. 44. et 32. 8. a. CXCVIII a. Ch. n. imo antea talia ne conari quidem potuit Antiochus, cum et in Parthis debellandis et in Cœlesyria et Palæstina occupanda occupatus fuerit. Liv. 32. 8: *amicitiam simulantes*, fieri potest, ut Romani legati tum temporis Antiocho persuaserint, se hoc amicitiæ dare, quod Asiam ab eo occupari paterentur, sed revera propter virium infirmitatem eum conatu non prohibuerunt. Ceterum fœdus Antiocho cum Philippo fuisse auctor est Livius 31. 14: sed Antiochus Philippo in Romanum bellum averso, multas Asiæ civitates ipsiusque, quæ in Philippi ditione fuerant, dissimulantibus Romanis cepit. Liv. 33. 39. nam et Romanis Antiochus socius et amicus erat. cfr. Liv. 32. 8. et 27: idque Mithridates *concessione Asiæ* dicit. cfr. Liv. 33. 43; et 19: *fracto Philippo.* ita Vatt. 1. 2. *ac mox Philippo — Antiochus* vacuo loco inter utrumque vocem relicto. Ed. Venet. Pr. qua de lectione non opus est fusius disserere; *tracto* quod adhuc in editionibus expressum est, sensu caret; pessime Cortius: sed *tracto* fortasse non mutandum, ut significet, Romanos Philippum tandem ad societatem traxisse ejusque opera vicisse Antiochum. Liv. 39. c. 28: id causæ et consilio Mithridatis magis servire videtur.» *omni cis Taurum agro* cfr. Cic. pro Sext. 26. pro Dejot. c. 13. Liv. 37. 45. *et X millibus talentorum.* quindecim millia habent Liv. 37. 45 et Appian. de reb. Syr. 38. qui hac de re tam diligenter exponunt, ut dubitari non possit, quin ista summa a Romanis postulata fuerit. Sed cum Antiochus non tributum integrum solvisset cfr. Liv. 42. 6: Salustius, solum quod amiserat commemorasse videtur. nam numerum errore librariorum corruptum esse vix credas, cum etiam apud Eutropium 4. 2: idem sit. *Persen.* de secundo bello Macedonico Liv. l. 42—45: Plut. V. Aemil. Pauli Diod. Sic. XXX. Flor. II. 12: *pacto vitam dederant* Livius auctor est. 45. 5: Paulum contendisse, ut rex se suaque omnia in fidem et clementiam populi Romani traderet. *insomniis occidere* i. e. ἀϋπνίᾳ de plurali cfr. supra Catil. 27:

*

falsum igitur quod Lipsius emendavit *insomnia* Ep. Quæst. 4. 14: ac de mortis genere, quo Perseus interiisse dicitur. cfr. Plut. V. Aemil. Pauli c. 37; Diod. Sic. XXXI. p. 14. Ed. Bip. Vellej. Pat. I. 11. *Eumenem — prodidere Antiocho* hoc eo referendum, quod Antiochus aliquot regni Pergameni oppida et castella oppugnavit. cfr. Liv. 32. 8: quas quidem injurias tum temporis bello Macedonico impliciti, defendere non ausi sunt. *cujus amicitiam gloriose ostentant.* cfr. Appian. d. b. Mith. ὅντινα τρόπον ἐκεῖνός τε ἑτέρως κέχρηται φίλοις καὶ ἡμεῖς Εὐμενεῖ καὶ Μασσανάσσῃ quæ in oratione ad Archelaum habita Sulla gloriatur. *post, habitum custodiæ* ita Vatic. I. quam lectionem veram existimo, maxime cum et reliqui libri eandem confirment, quæ enim ex libris Fabri et Briconeti et Edit. Ven. laudantur verba: *posthabitum custodi* ex eodem fonte fluxerunt. Scilicet id significat Mithridates, Romanos Asiam cis Taurum Eumeni non benevolentia concessisse, sed ut has terras ab hostili impetu defenderet. cfr. Liv. 37. 56: *sumptibus et contumeliis ex rege miserrumum servorum effecere.* cfr. Liv. Epit. XLVI. Diod. Sic. I. 31. Ed. Bip. Vol. IX. p. 8. et App. de reb. Syriac. c. XLV. ἀπὸ γάρ τινων προσκρουμάτων ἤδη καὶ οἵδε Ῥωμαίους ὑπερβλέποντο. recte Cortius: «et Romani quidem per omnem ætatem reges atque populos devictos, per amicitiam suam magis fregere, quam hostes illos frangere potuissent.» *simulatoque impio testamento* «de testamento Attali Justin. XXXVI c. IV. qui rem ita narrat, ut facile sit demonstratu, Attalum, cum testamentum faceret, parum animo valuisse. vide ibidem Berneggerum et Flor. II. 20.» id. adde Liv. Epit. 58. *filium ejus Aristonicum* scilicet Eumenis, quem ex pellice Ephesia, citharistæ cujusdam filia, genuerat. cfr. Justinus l. l. unde manifestum est nomen *Attali* temere ab editoribus esse receptum; *ejus* enim pronomen non nisi ad proxime antecedens nomen referri potest. ridiculus est igitur Cortius, qui et Freinshemium *filium Eumenis Aristonicum* emendantem vituperat, et hunc ad Eumenem referri posse statuit. *per triumphum duxere.* «M. Aquillius de illo triumphavit. dubius est Vellejus II. 4. et Eutropius IV. 9: negare videtur sed cum in carcere necatum tradaut, nullus scrupulus remanet.» C. cfr. Justin. 38. 6: *Bithyniam — diripuere* pertinet hoc ad testamentum regis Nicomedis, quo Romanos heredes regni instituerat. vide supra p. 20. et Vellej. II. 4: *cum filius Nysa, quam reginam adpellaverat,* ita Vatt. 1. 2: recte; nam uti externos principes, ita et eorum uxores a Romanis regio nomine ornatas fuisse, mihi quidem ad-

modnm dubium esse videtur. Satis enim erat ad istius filii regiam stirpem comprobandam, quod Nusam non pellicis loco habuerat, sed reginam adpellaverat. nuper Havercampius nummis, quibus Μούσης βασιλίσσης inscriptum erat, omnes editores erroris convincere studuit; sed frustra. unum enim docere omisit, hunc nummum ad regis pellicem utique esse referendum, cum nomen, quod adscriptum est Ὀρσοβάριος plane contraria doceat. cfr. Scipio Maffei Galliæ Antiq. Epp. I. et II. p. 13 et 15. 16. etc. *Nam quid ego me adpellem*, *quem diunctum* ita Vat. 1. *tetrarchiis* hoc loco non ut Cat. 20. rei exornandæ causa additum, sed Galatas intelligit, quos tetrarchis subjectos fuisse satis constat. *per Nicomedem bello lacessiverunt.* hæc non injuria conquestum esse Mithridatem intelligitur ex Justino 38. 5. et Appiano de b. Mithr. 56. et 11. 16: *ea quæ accidere*, *testatum antea Cretenses*: quid fuerit, quod Cortius hoc in loco offenderit nescio, nam testari aliquem aliquid, quamvis haud facile inveneris, tamen analogia satis confirmatur, haud aliter enim dictum quam monere, hortari, aliquem aliquid et id genus alia. *Nicomedem Bithynia expuli* cfr. Appian. d. b. Mithrid. c. 20. *Archelaus exercitu prodito.* Archelaum: apud Orchomenum et Chæroneam proditorem fuisse ex historiarum monumentis probari non potest. Sed hoc Mithridatis iræ tribuendum, qui et clades acceptas et pacem ignominiosam aliena culpa contractam statuit. cfr. App. de b. Mithr. c. 42—45. 54. 55: proditionis autem jam tum insimulatum fuisse etiam Plutarchus auctor est V. Sull. c. 20; 22. 23; Liv. Epit. 82: nam quod postea Romanorum amicus factus est, Plut. Luc. 8. hoc non ejus perfidia sed Mithridatis crudelitate factum. *Ptolemæus pretio in dies bellum prolatans* ita Vatt. 1. 2; cfr. Dio Cass. et Justin. Ingentia munera Lucullo a Ptolemæo missa esse, est apud Plutarchum Luc. 2. et Romanos jam tum de Aegypto occupanda cogitasse, testis est Plutarchus. Plut. Crass. 13. Cato 16: *Cretenses impugnati semel jam* cfr. supra p. 22: *dilata prœlia magis quam pacem datam.* hoc quoque recte a Mithridate dictum cfr. Flor. 3. 5. 12; Appian. d. b. Mithr. 58. Plut. Sulla 22: *bellum cœpi.* — *cepi* vulgo; utrumque recte dicere et bellum capere i. e. sumere, idem quod arma capere, capessere pugnam sive bellum Liv. 25. 25: Sed propter *rursus*, quod antecedit, *cœpi* elegantius est. *Calchedona* Vat. 1. de re cfr. Appian. de b. Mithrid. 71; et Plut. Luc. c. 8. cfr. supra p. 23: *exui classe pulcherruma.* de dictione vide ad Jug. 88. *Cyzicum* cfr.

p. 24. adde Flor. 3. 5. 15. Cic. pro L. Manil. 8; pro Archia 9. *in obsidio* ita Carrionis libri et omnes Venetæ accedunt Vaticani; eodem modo supra Cat. 10. contagium: sicuti alii *oblivium*, *consortium*. cfr. Varro L. L. 4. 16; Fest. s. v. *nullo circum adnitente*. i. e. nullo ex iis, qui circa erant adnitente, noto Græcismo de quo cfr. Vechner Hellenolex. p. 227. sqq. Casaub. ad Sueton. Cæs. 27; cfr. Liv. 1. 4; Flor. 3. 5; Tac. Annal. 2. 11; Quinctil. 1. 5; Curt. 4. 12. 20: Sed hoc notandum tales dictiones haud facile ad aliam particulam transferri. *hiems mari prohibebat*. *hiemps* Vat. 1. cfr. Appian. d. b. Mithridat. 76. Μιθριδάτου δὲ χειμὼν ἐπιγενόμενος ἀφῄρητο καὶ τὴν ἐκ τῆς θαλάττης ἀγοράν. *Ita sine vi hostium regredi coactus*. Vat. 1. 2. multo melius *conatus*. quodsi enim *coactus* dixisset, vel hac voce cladem professus esse videri poterat; etsi *coactus* quoque defendas, quod verbis *sine vi hostium* additis, jam omnem cladis suspicionem removerat; nam prœlium apud Lampsacum consilio prætermisit. *naufragiis apud Parium et Heracleam*. Plut. Lucull. 13. et Appian. d. b. Mithrid. 76. fin. et 78. Μιθριδάτῃ δ' ἐς πόντον ἐσπλέοντι χειμὼν ἐς δὶς ἐπιγίγνεται, καὶ τῶν ἀνδρῶν ἀμφὶ τοὺς μυρίους καὶ νῆες ἀμφὶ τὰς ἑξήκοντα διεφθάρησαν. *restituto deinde apud Caberam exercitu*. cfr. App. 79. Plut. Luc. 15. de variis prœliis et de inopia vide ibid. et c. 17. et App. 80. ἀπορῶν δὲ ἀγορᾶς ἐς Καππαδοκίαν ἔπεμπεν id ipsum regnum Ariobarzanis, a Sulla ei restitutum App. c. 60. *in Armeniam concessi* his verbis turpem fugam tegit qua totus ejus exercitus dispersus est. cfr. Plut. Luc. 17. Appian. 81. *secutique Romani non me sed morem suum omnia regna subvortundi*. vide qnam callide opes suas fractas oratione dissimulet. Nam post prœlium ad Caberam factum, totum regnum Ponti a Lucullo fuisse occupatum nemo est, qui nesciat. *multitudinem artis locis p. p.* «Ceterum studio Mithridates magnum illud Tigranis prœlium, quo opes ejus maxime adtritæ sunt, confundere videtur cum alio priore, quo Muræna Tigranem insequens aspera et arcta convalle longo agmine iter facientem adortus est, et in fugam, multis in angustiis occisis, conjecit.» C. cfr. Plut. Luc. 25. Sed etiam prœlii apud Tigranocerta fere eadem erat ratio; nam ibi quoque ducis Romani id erat consilium, ut paucis in fugam conjectis reliqui exercitus ordines turbarentur cfr. Plut. Luc. 28; Appian. 85. *ab illis ad prædam peteris*. hoc addit, quia jam inde ab eo tempore, quo

Sulla in Asiam pervenerat, Arsaces populi Romani amicitiam coluerat et iterum ad Lucullum legatos fœdus et amicitiam petentes miserat. cfr. Plut. Luc. 30; Appian. 87: *Ceterum consilium est.* locus difficillimus, in quo jam antiqui Grammatici hæsitarunt. Charisio enim auctore p. 177; Asper vetus Salustii interpres *cæterum* aut per *alioquin* aut per *reliquum* reddendum esse statuit. Charis. ipse verba *belli prudentibus* addidit, haud dubie, quia locus ei obscurior esse videbatur; nam hæc omnes Codd. et ipsi Vaticani ignorant; sed idem *parvo labore* omisit, quæ et ipsa multum obscuritatis habent. primum igitur quod lectionis integritatem attinet, hunc locum jam ita scribendum et interpungendum esse censeo. *Cæterum consilium est Tigranis, regno integro, meis militibus, procul ab domo, parvo labore, per nostra corpora, bellum conficere; quo neque vincere, neque vinci sine tuo periculo possumus. — belli prudentibus* omittendum, quod ab omnibus ipsisque Vaticanis Codd. absunt. *quo* ex Vat. 1. scribendum unde vulgatæ lectiones *quomodo*, *quando*, et *cum* quod in Vat. 2. est, ortæ esse videntur. locus paulo impeditior quod cum verbo finito plures ablativi conjunguntur; sed inde nulla corruptelæ suspicio movenda, quod hoc dicendi genus Salustio consentaneum esse jam sæpius docuimus. cfr. ad Cat 7.: *in castris, per laborem, usu.* — totius loci, ut ex extremis verbis manifestum, is finis est, ut Arsaci persuadeat, ei non licere medium agere, quod utriusque partis invidiam et magnum sibi periculum conflaturus esset. Cui quidem sententiæ cetera respondeant necesse est, si quidem bene composita oratio est. Primum igitur *Tigranis consilium* dicit, quod Mithridatis haud liberum erat arbitrium et obnoxium aliorum potius quam sua ipsius consilia sequi decet. *regno integro* ita interpretandum est, ut sui regni opes non atterat. quamvis enim Armeniæ pars a Lucullo occupata esset, tamen longe major etiam tum nullo hostium impetu vastata fuit; imo Lucullus castra hiberno tempore rettulit. *meis militibus*, i. e. quos Mithridates ante prœlium ad Tigranocerta factum paraverat et eo ipso tempore, novo delectu habito, collectos milites ordines servare et statariam pugnam facere docebat. cfr. App. 87: τοὺς δὲ ἐς ἴλας τε καὶ σπείρας ἀγχυτάτου τῆς Ἰταλικῆς συντάξεως καταλέγων, ποντικοῖς ἀνδράσι γυμνάζειν παρεδίδου. *procul ab domo* et *parvo labore*, ad superiora *regno integro* sunt referenda. scilicet hæc Mithridates addidit ut doceret, Armeniæ opes novo belli genere, quod ingressuri erant, neque labefac-

tari, neque atteri, ita ut novum bellum integris viribus geri posset. Nam minis quoque et terrore Arsacis animum commovere velle videtur. jam manifestum est, Tigranem, si eo bello superior discessisset, Arsaci bellum illaturum fuisse; contra si victus fuisset, Romanos potius regnum Parthorum quam Armeniam, procul remotam, bello fuisse petituros. *ad occidentem pergentibus* cfr. Justin. 39. 5: «Jam enim fortuna Romana porrigere se ad Orientalia regna, non contenta Italiæ terminis, cœperat.» *Sine patria et parentibus. et* in Vat. 1. omissum; recte. pessime Cortius: nec imperantes nec parentes fuisse in ista colluvie innuit, i. e. fuisse illos sine republica.» unice vera altera interpretandi ratio, quam ille rejecit, scilicet homines istos, qui ex suis sedibus profugi vel exsules Romam convenerant, obscuro et infimo loco ortos esse; Seneca Ep. 108. Anci pater nullus. Horat. Satir. 1. 6. 10: multos sæpe viros nullis majoribus ortos. Contra nobiles et patricii dicti, qui patrem ciere poterant; sed plebejis hominibus gentem esse negabant. *nisi partum habere* Vat. 1. — sed Ciaceonii conjectura *raptum* vel contra omnes Codd. retinenda. *peste conditos. pesti* fuerunt qui emendarent, ut dictio fere eadem esset ut infra: *perdundæ pecuniæ genitum*» *conditi* populi dicuntur ut collegium Liv. 5. 52. Romanam condere gentem Virg. Aen. 1. 33; Justin. 2. 6: genus hominum. *potentisque* Vat. 1. 2; *excindant* Vat. 1. optime cfr. Aen. 9. 137: *trahi* i. e. diripi Tac. Ann. 15. 1. *Seleucia Seleucea* Vat. 1. haud dubie significatur *Magna* sive Babylonia dicta, a Seleuco Nicatore condita, ad Tigrim fluvium, contra Ctesiphontem. Plin. 6. c. 26: de aliis ejusdem nominis urbibus cfr. Plin. 5. 12. et 23: *inclytis* Vat. 1. *justos dominos volunt.* cfr. Freinsh. ad Flor. 2. 10. 4; Justin. 38. 3. Grut. ad Liv. 45. 29: Cic. ad Attic. 7. 7. *Persidis* non provinciam quæ proprie hoc nomine appellabatur, intelligere videtur, sed *Persidis* pro *Persiæ* dixit, quod major Persici imperii pars Media, Elymais, Babylonia et Bactria Parthis subjecta fuit. eodem modo Mela et Plinius.

-13.- *Curio Vulcanaliorum.* hoc et sequens fragmentum ad eandem rem pertinere vix est, quod dubites, in secundum librum hæc transtulit Debr. neque facile doceas, quomodo hæc IV libro commemorari potuerint, cum post Curionem M. Lucullus Macedoniam provinciam obtinuerit; cujus res gestæ hoc loco erant enarrandæ. v. supra p. 32. -16.- *Dissidere* etc. discordiæ inter Spartacum reliquosque fugitivorum duces his verbis significari videntur. eodem pertinere videtur fr. 19.

- 17.- *Multisque suspicionibus volentia plebi facturus videbatur.* Ad Pompejum hoc refero, quem tribuniciæ potestatis restituendæ arbitrum senatus fecerat, cujusque reditus ex Hispania a plebe vehementer exspectabatur. cfr. Plut. Pomp. c. 21. ejusdem argumenti est infra fragm. 42. *Volentia* i. e. βουλομένῳ ἦν τῷ δήμῳ cfr. Plut. l. l. Bernhardy Gr. Syntax. p. 87. Tac. Annal. 15. 36: hæc atque talia plebi volentia fuere. Hist. 3. 52: Muciano volentia scripsere. Ammian. Marc. 26. 4: *placentia* pro placita. Jug. 93: *gignentia* pro *genita.* Vechner. Hellenolex. p. 78. unde factum, ut Carrio et Palmerius etiam supra Jug. 73. pro *volenti animo — volentia* legi jusserint. - 18. - *Suspectusque fuit.* Ad Antonium, belli Cretici ducem, vel ad Verrem hoc pertinere putaveris. cfr. supra pag. 22. - 20. - *Quam maximis.* describitur iter Luculli contra Tigranem; expressit nostrum locum Plut. V. Luc. c. 24: Λούκουλλος δὲ συντόνως ὁδεύσας ἐπὶ τὸν Εὐφράτην. — paulo infra: *naves codicariæ* sunt πορθμεῖα, σχεδίαι Plut. l. l. cfr. Scheffer. de militia navali IV. 1. ap. Lucan. IV. 417. simile navium genus describitur. Varro ap. Nonium: quod antiqui plures tabulas conjunctas codices dicebant, a quo in Tiberi naves codicarias appellamus. Fest. s. v. Caudicariæ naves ex tabulis crassioribus factæ. *Ariobarzani.* sollemnis forma genitivi, quam Douza recte contra ceteros defendit. quare videndum, num supra quoque in Ep. Mithr. eadem forma reponenda sit. - 21. - *Namque primum.* ad antiquitates Ponti, cujus luculentissima in Salustii historiis erat descriptio, hoc referendum. - 22. - *Qui prætergrediebantur equites cataphracti.* eorum mentio fit apud Plut. V. Luc. c. 26. XV millia fuisse, Lucullus in publicis literis perscripserat. cfr. c. 28. Tigranes, cum Lucullo apud Tigranocerta prœlium commissurus, plurimum fiduciæ in iis reposuit. De armorum genere cfr. præter Plutarchum l. l. qui κόντοις αὐτοὺς χρῆσθαι, κνήμας τε καὶ μήρους μόνα γύμνα τῶν καταφράκτων εἶναι dicit. Veget. 3. 21. Ammian. XVI. 10. XXIV. 2. et 4. XXV. 1. Athen. V. 5. Justin. XLI. 2. Tac. H. 1. 79. Tertullian. de pallio p. 49. Ed. Salmas. Julian. Orat. I. et quæ pag. 73. Spanheim collegit. Heliodor. IX. 431: quæ loca Wassius congessit. cum nostro loco jungenda, quæ infra Inc. 73. leguntur. - 23. - *Quum interim, lumine etiam tum incerto, duæ Galliæ mulieres.* postremas voces defendit Bernegger. ad Justin. Prol. XXXII. Interpp. ad Cæs. B. Gall. 1. 30. Heins. ad Claud. Rapt. Proserp. 1. 17. similia sunt: *Græcia gens, Dardana arma, Arcadia nemora. — Ad menstrua*

solvenda. Turneb. Aversar. 1. interpretatur: sacra solvere, quæ singulis mensibus dabantur. ei suffragatur Plut. V. Crassi 11. ὀφθέντες δ' ὑπὸ δυοῖν γυναικῶν προθυομένων τοῖς πολεμίοις. Sed præterquam quod incertum est, num Plutarchus Salustium secutus sit, non uno loco eum male interpretatus est. nemo enim facile dixerit, cur ad sacrificia offerenda hominum conventum vitare necesse sit. accedit Lucretii et Taciti auctoritas, ille Lib. VI. 796: tempore eo si odorata est, quo menstrua solvit, is Hist. V. 6. de Asphalto: «fugit cruorem vestemque infectam sanguine, quo feminæ per menses exsolvuntur.» de prœlio adversus fugitivos cfr. supra pag. 30. -25.- *Exercitum dimisit.* ad Pompejum hoc referendum esse Debr. videbatur; quem suspicio erat exercitum non dimissurum. Sed Plutarchi auctoritas pugnat, apud quem legitur: προειπὼν ἀφήσειν τὸ στράτευμα μετὰ τὸν θρίαμβον; accedit, quod cum exercitu manum fugitivorum oppressit. rectius igitur ad Metellum hæc retuleris. de constructione cfr. Hirt. de b. Afric. c. 37: parvulam proclivitatem digressus. -26.- *Tetrarchas.* cfr. Plut. Lucull. c. 21. ubi de Clodii ad Tigranem itinere ita exponit: πολλοὺς μὲν ᾠκειώσατο τῶν ὑπούλως ἀκροωμένων τοῦ Αρμενίου δυνάστων. nihilominus tamen non pro certo affirmaverim, et Salustii verba eo pertinere. -27.- *Simul eos et cunctos jam inclinatos.* hæc verba Debr. ad prœlium apud Rhyndacum fluvium illustrandum adhibuit. cfr. Plut. Luc. 11. quod fieri non potest, quod hæc priore libro exposita fuerant. propius ad verum accedere videtur, in pugna ad Tigranocerta commissa tale quid factum, ubi Lucullus loco superiore capto, inde apertum hostium latus invasit. cfr. Plut. Luc. 28. conjecturæ, quibus V. D. hunc locum tentarunt, omnes futiles sunt. -28 et 29.- *Hi locorum pergnari.* fugitivos significari non est dubium; sed alieno loco laudavit Debr. non enim initio tumultus servilis hæc enarrare necesse fuit, quippe de quo tertio libro erat expositum cfr. L. 3. fr. 3. et 26. *ad eam artem* idem quod *ea arte.* Douza *ad eas artes* conjecit, quod in aliis libris est: *ad eas arces.* Ursin. *ab ea arte* sed bene habet *ad* — quod est *secundum.* cfr. Liv. 1. 44. idem scutorum genus commemorat Thuc. 4. 9. Ammian. Marc. 24. 2: obtecti scutis vimine firmissimo textis et crudorum tergorum densitate vestitis. Cæterum Ursinus hoc fragmentum cum similibus verbis, quæ Servius ad Aen. 7. 632 habet, apte conjungit et totum locum ita constituit: *Lucani de vimine facta scuta coriis tegebant, quæ de pecore recens detracta quasi glutino adolescebant.*

-32.- *Reversi* etc. Hoc modo Crixum, fugitivorum ducem, oppressum statuit Debr. cfr. Plut. Cato Min. c. 8. *cum se ibi cibo vinoque læti invitarent.* Nonius explicat: *repleri cibo*; sed bene Cortius docuit: invitare vino eandem esse verborum structuram, ut supra: instruere pugnæ. -35.- *Ubi se laniata navigia fundo emergunt.* pertinet hoc haud dubie ad naturam freti Siculi illustrandam. Cum enim Salustius enarrasset, fugitivos piratarum opera in Siciliam trajicere voluisse, de natura hujus loci, de Scylla et Charybdi egisse videtur. cfr. infra fr. 38. inc. 67. 97. 118. 127. 202. 220. *se emergere* occurrit etiam Cic. de Harusp. Resp. 25. cfr. Interpp. ad Sil. Italic. 7. 413. 12. 438. adde Gifan. ad Lucret. p. 338. Gronov. ad Liv. 36. 7. et ad Cæs. B. Civ. II. 14. -37.- Recte hoc ad Romanos a Cretensibus victos spectare Debr. judicat cfr. supra p. 22. *improbo patibulo,* sana lectio: improbum enim patibulum, quia pœna fuit improborum, ut bene Cort. epitheton additum, ut pœnæ ignominia eo clarior esset. Conjecturæ V. D. *in prora, in proris, in puppi, improbe* locum magis obscurant quam illustrant. -40.- *Naphtas* cum hoc bituminis genus inprimis in Mesopotamia nascatur cfr. Plin. H. N. 2. 105. Ammian. 23. 6. Salustium ejus mentionem fecisse putaverim, cum Nisibin urbem a Lucullo oppugnatam captamque diceret. Sed vel hoc testimonio est, nihil in historiis ab eo fuisse silentio prætermissum, quod ad loci cujusdam ingenium illustrandum faceret. -41.- Cfr. supra 10. -42.- Cfr. supra 17. et Orat. Licin. p. 235.

Lib. V.

«Hoc libro exposuit res gestas IV. annorum ab U. C. 683 ad 686. in quos incidit bellum piraticum et desertio exercitus Luculli.» Auson. Popma. minus recte hoc ab Ausonio dictum; videntur potius res inde ab anno 686—688 hoc libro enarratæ fuisse. -1.- *At Lucullus.* hoc anno 687 factum. Lucullus enim Marcii auxilium contra Mithridatem imploravit, sed frustra. cfr. Dio Cass. 35. c. 15. Plut. V. Luculli c. 25 et supra p. 40. De ablativo abs. *audito* cfr. quæ Cortius congessit exempla Liv. 31. 39; Cic. Offic. II. 12; Curt. 6. 5. 21; Cæs. B. Gall. 7. 52; Sil. 14. 97; et Drakenborch. ad h. l. et Periz. ad Dict. Cret. III. V. Dissert. S. XXXIX. et Dictys VI. 3. et supra ad Catil. 41. Tacit. Ann. 2. 9. et 60; 1. 75; 16. 33;

Hist. 4. 17; Ammian. 20. 4. -2.- *Legiones Valerianæ.* de iis cfr. Plut. Sulla 23. 25. Luc. 7. 34. 35. Appian. de b. Mithrid. 51. 52. 59. 60. *consuli* Acilius Glabrio est. cfr. supra p. 39. de seditione militum Plut. Luc. 34. 35. *ἀπέλιπον τὰς τάξεις ὡς ἀφειμένοι δόγματι τῆς ϛρατείας καὶ μηκέτι τῷ Λουκούλλῳ προσῆκον ἄρχειν.* Ad sensum explendum Douza bene addidit: militiam detrectavere. -3.- *Regem adversabatur.* Zarbienum intelligit Debr. cfr. Plut. Luc. 21. 29. -4.- *Ceteri negotia sequebantur.* his verbis confirmatur lectio fragmenti 15. lib. 4. pertinet hoc quoque ad Legiones Valerianas. cfr. Tac. Hist. 1. 46. -5.- *Et uxori ejus frater erat.* scil. Clodius cfr. Plut. Luc. 21. ἦν δ' ὁ Κλώδιος ἀδελφὸς τῆς τότε Λουκούλλῳ συνοικούσης. cfr. supra I. 33. -6. 7. 8. 9.- Hæc quatuor fragmenta ex Catuli oratione excerpta judicat Debr. quam contra legem Maniliam habuerit cfr. supra p. 39. de tertio non est dubium. cfr. Vellej. Paterc. II. 32. Cic. pro lege Man. c. 20: «si quid eo factum esset.» Val. Max. 8. 15. 9. Plut. Pomp. 25. ceterum de dictione: *si quid humani accidisset* cfr. Munker. ad Hygin. CIX. Scalig. in Tib. III. p. 198. in primo fr. pro *sæpe* fuerunt, qui *sed te* emendarent, satis concinne. in aliis libris *spe* est. etiam hoc in Pompejum dici poterat, qui Lucullo gloriam Mithridatis devicti invidebat. neque fr. 7. a Pompeji moribus abhorret, si locum recte intelligo: scilicet insimulat Pompejum, eum festinare ad ingentia præmia quærenda, quo gratiam sibi pararet. pro *gratiæ* in vetere codice *Græciæ* scriptum teste Carrione, quod minus etiam quadrat. Sed fr. 9. a Catulo dici non potuit, sed Pompeji verba esse putaverim, cum die postero, quam rogatio Manilia perlata fuit, in urbem venit et concionem habuit. cfr. Plut. Pomp. 26. de re cfr. ib. c. 8: *ἀποπηδήσας τοῦ ἵππου — καὶ τἄλλα, δ' ἦν ὁμολογοῦντα ταῖς πρώταις φιλοφροσύναις, ὑπεξανιϛαμένου τε προσιόντι τῷ Πομπηΐῳ καὶ τῆς κεφαλῆς ἀπάγοντος τὸ ἱμάτιον.* Servius ad Virg. Aen. XI. 500. «quatuor erant apud Romanos, quæ ad honorificentiam pertinebant: equo desilire, caput aperire, via decedere, assurgere: hoc etiam præcones magistratus clamare dicebantur.» *equo descendere* cfr. Seneca Ep. 64. Plaut. Trin. II. 3. 80. Val. Max. 2. 2. 14. *adsurgere de sella* Sueton. Cæs. 78; ibique interpp. Barth. ad Stat. 2. 60; Demster. ad Claudian. Rapt. II. 315. *caput aperire* «Romani enim, etsi nullus petasi, causiæ, pilei aut alius tegminis nisi extra urbem in peregrinatione aut in morbo usus esset; propter ventum tamen, æstum, sacrificia aliasve causas caput superiore

togæ parte ad cervicem, quæ nempe in sinistrum humerum, dextro exserto, rejiciebatur, operire solebant. Plut. Quæst. Rom. c. 10. Romani si cui obvii facti sunt, cui honos habendus *κἂν τύχωσιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντες ἱμάτιον, ἀποκαλύπτονται.* Monuit de his et similibus moribus Lips. I. Elect. c. 19. ubi simul observat, pertinere hæc Salustii verba ad quandam orationem Pompeji, quem Sulla ita honoraverit.» Cort.

FRAGMENTA INCERTORUM LIBRORUM.

-1.- *Ne inrumiendi.* quomodo hunc locum V. D. emendaverint, vide ap. Fest. Edit. Dacierii. rettulit hoc Debr. ad pontem sublicium eo tempore restitutum. cfr. supra p. 9. in nonnullis Festi exemplaribus nota lib. IV. vel V. additur, sed totus locus corruptus est. -2.- *Cujus duas insulas* intelliguntur insulæ fortunatæ, de quibus cfr. fr. inc. 135. 213. 214; Plin. 6. 32; Mela 3. 10; Plut. Sertor. 8. *αἱ δύο μέν εἰσι, λεπτῷ παντάπασι πορθμῷ διαιρούμεναι, μυρίους δ' ἀπέχουσαι Λιβύης ςαδίους, καὶ ὀνομάζονται Μακάρων.* hæc ex libro primo excerpta. *sitas* pro *satis*, quæ Carrionis est emendatio, citra necessitatem a me recepta est. -3.- *Serum bellum in angustiis futurum. serum* grammatici *grave* explicant, sed potius *frustra* est. cfr. Philargyr. ad Georg. 4. 144; Serv. ad Aen. 12. 864. eadem notio in notissimo proverbio est: *sero sapiunt Phryges.* -4.- *Illi tertio mense.* parum recte hujus libri numerum notavit C. Fronto, nam haud dubie ad tertium librum pertinet, ubi Luculli iter in Pontum descriptum erat. Plut. Luc. 14. -6.- *Pompejus oris improbi, animo inverecundo.* parum hæc consentiunt cum reliquorum scriptorum testimoniis, qui os probum Pompeji laudibus celebrant. cfr. Plin. H. N. 7. 12. et 37. 2. et Seneca Ep. XI: nihil erat mollius ore Pompeji, nunquam non coram pluribus erubuit: utique in concionibus cfr. interpp. ad Sueton. de claris Gramm. c. 10. Salmas. ad Spartian. Pescen. Nigr. c. VI. recte etiam animadvertunt, illis verecundum os tribui, quibus rubeat. cfr. Plin. Epp. 1. 14: «est illi facies liberalis, multo sanguine, multo rubore suffusus» hinc verecundus color apud Horatium. Quam ob rem Douza emendavit: *oris probi, animo inverecundo* satis acute. recte enim animadvertit, vix fieri potuisse, ut Salustius contra communem scripto-

rum consensum ejus os improbum dixerit, sed talem oppositionem rerum, quæ vulgo pares existimentur, et novam et Salustio dignam. quare nescio, an ita emendandum sit, maxime cum lectio *animo inverecundo* in bonis libris sit. -7.- *Simulans sibi alvum purgari.* cfr. Plut. Mar. 30. πρόφασιν λέγων πρὸς ἀμφοτέρους κοιλίας διάῤῥοιαν, quæ hoc loco Mario crimini datur fœda malitia; eandem mortis moram quæsivisse dicitur Carbo, cum Pompeji jussu ad mortem duceretur. cfr. Plut. Pomp. 10. utrius nomini Salustius hanc turpitudinis notam inusserit, incertum; sed propter fr. 52. potius ad Carbonem retulerim, neque putaverim Salustium tam fuse de Saturnini seditione egisse, cum hæc digressionibus essent enarranda. Debr. ridiculus, qui iisdem verbis utriusque ignominiam a Salustio notatam statuit. -10.- *Inter arma — famas petit* cfr. ad Catil. c. 15. hæc lib. 1. in Catuli laudem dicta fuisse Debross. statuit. -11.- *Haud impigre, neque inultus occiditur.* locus videtur esse corruptus, alterum enim membrum cum altero pugnat; sed sine codicibus medelam adhibere dubitaverim, maxime cum, quo hæc referenda sint, parum certum sit. Spartaci enim acriter pugnantis mortem significari mihi quidem non persuasum est. -12.- *Festinantibus* etc. propter mentionem *inopiæ* injectam hæc ad tumultum C. Aurelio Cotta Cos. Romæ ortum pertinere verisimile est. -14.- *Exercitum argento fecit.* «h. e. comparavit, sive, ut Seneca, pecunia paravit. Sic ipse Cicero pecuniam facere; V. Verr. c. XXX: si pridie domo tua profugisset, si aliquam manum contra populum Rom. facere potuisset V. Phil. c. 16: princeps fuit exercitus faciendi et præsidii comparandi. Flor. III. c. XIX. n. 6: mox jure belli refractis ergastulis sexaginta amplius millium fecit exercitum.» Cort. -16.- *Ibi triennio frustra trito.* hæc ad Servilium Proc. Ciliciæ referre licet, qui Eutropio teste tres deinceps annos bellum contra piratas gessit. cfr. supra pag. 8. et 9. 20. n.

Oratio Cai Cottæ ad populum Rom. ita Vat. 1. *Oratio Cottæ* Vat. 2. hanc Orationem ad III. librum pertinere, nullum est dubium; quippe quod jam Codd. et Edit. Princ. Veneta doceant, ubi ante orationem M. Licinii scripta est. Accedit ipsius nominis testimonium: Cajo enim Cotta Cos. seditiones domesticæ ortæ sunt, de quibus vide supra p. 16. a M. enim Cottæ persona, qui leges a fratre in populi gratiam latas abrogavit, talis oratio plane aliena fuit; eô enim anno patres populo non blandiebantur, sed potius in homines populares sæviebant. cfr. Orat. Licin. p. 254. et nostros Comm. supra p.

20. de C. Aurelio Cotta cfr. Cic. de Or. III. 3: «paucis diebus post mortem Crassi depulsus per invidiam tribunatu, non multis ab eo tempore mensibus ejectus est e civitate.» ejus reditus commemoratur Cic. Brut. 90. eundem in libro de Oratore loquentem inductum esse, satis constat. Rutiliæ filium fuisse patet ex Cic. Epp. ad Att. 12. 20. homo dissertissimus nostræ civitatis dicitur pro Cæcina c. 33. perperam Ernestius in Cl. Cic. hæc loca ad duas diversas personas rettulit. *multa mihi pericula.* significare videtur exilium. *alia — partim* vide ad Catil. 2. *reppuli* Vatt. 1. 2. *deorum auxiliis et virtute mea* «hæc solemni more conjunguntur vide ad Jug. 14: virtute ac diis volentibus.» Cort. adde Catil. 52. p. 64. et Comm. ad h. l. *in que is omnibus* Vat. 2. *neque animus negotio defuit, neque decretis labos* opposita; simili fere ratione ut Catil. 1. fin. animus enim in universum dictus, et θῦμον et νοῦν complectitur, haud aliter supra *ingenium* Orat. Phil. p. 222. fin. apud Plautum sæpius *meo animo* idem quod mea sententia, meo judicio. cfr. Curcul. 4. 2. 19. et sæpius alibi. *negotio* i. e. rei alicui suscipiendæ, inest enim in hac voce molestiæ notio. *decretis* i. e. ubi consulueris. *labos* «functio quædam vel animi vel corporis gravioris operis et muneris.» Cic. Tusc. Disp. 2. 15. *mutabant.* hoc pro verbo neutro usurpari multa exempla a Cortio ad Jug. 39. congesta docent. «cfr. Cat. 22; Gell. 13. 3; Lucret. 1. 788; Liv. 3. 10;» et sæpius apud eundem; adde Virg. Aen. 1. 104. et interpp. ad hunc locum et Vechner. Hellenolex. pag. 70. sq. *senecta jam ætate.* male et contra libros ita in mea editione expressum. *acta* enim *ætate* constans omnium librorum est lectio, quam exemplis confirmare non opus est. vide Jugurth. 6. *parricida vestri* vide quæ animadvertimus ad Catil. 31. *vestri* h. l. omnes Codd. cum in simili verborum structura Cat. 33. *vestrum* genuinam lectionem esse docuerimus. Sed h. l. non singulos plebejos homines, sed totum populum intelligit, parricidii enim crimen non in privatis hominibus lædendis, sed in læsa populi majestate positum est. cfr. Cic. Verr. 5. 66. *bis genitus* recte Cortius «bis geniti in rep. dicebantur, qui post aliquam calamitatem singulares honores, aut ejecti ex rep. eandem recipiebant. Sic Cicero reditum suum παλιγγενεσίαν vocat ad Att. 6. 6. et exules quidam mori et mortui dicebantur vide Græv. ad Cic. pro Quinct. c. 13. Sic: diem natalem post Red. in sen. c. 11. adde Gronov. Diatrib. Stat. c. 12;» qui quidem Græcum δευτερόποτμον confert. Cottam ex exilio revocatum fuisse, testis est Cic. Brut. 90. qui.

eum post rempublicam a Sulla receptam rediisse dicit. *Penatis* (ita ex Vatt. emendandum) — *vilia habeo*; jam per singula exprimit, quæ parricidii crimine continentur. *quin omnia* etc. ita Vatic. 1. quæ lectio haud dubie recipienda; quamvis enim *cum* eo defenderis, quod sæpius indicativum regit, ubi vis particulæ fere eadem quæ in quoniam est, cfr. Grotefend Comm. zu Mat. etc. p. 271. et quod ex usu linguæ priscæ in universum *cum* sæpius indicativo jungitur, (vide innumera loca ap. Plaut.) *quin* tamen orationi multo majorem vim addit. eandem lectionem ex suis libris Ciacconius, Ursinus, Carrio laudarunt. *callidam facundiam* immerito V. D. *caninam* legi jusserunt, quod hoc in fr. laudatur. sensum loci bene expressit Tac. Agric. 12: calliditatem fori non exercuit. *Quis victus cum illa simul.* videtur Cotta causam nobilium contra Saturnini et Sulpicii insaniam defendisse, quibus sæpius opponitur. cfr. Cic. Brut. 57. 59. 63. *jura naturæ — jure* Vat. 2. Sed illud melius. cfr. Liv. 34. 57: ipsius jus atque arbitrium esse; ita jus belli, regni, consulis, populi jus, sæpissime; *dono datur atque accipitur.* cfr. Jug. 85. p. 175. ubi eadem leguntur. *impeditissima rep.* cfr. Cic. in Pison. 1: impedita reipublicæ tempora. Græce est ἄπορος. *Namque Imperatores — poscunt* ex his verbis intelligitur, paulo ante epistolam a Pompejo ad senatum missam hanc orationem habitam fuisse. Nam Lucullo et M. Cotta Coss. Pompeji precibus satisfactum est. *Sertorii per montis fuga* ita Vatt. 1. 2. contemtim hæc dicta de belli gerendi ratione, qua Sertorius Romanos duces fatigabat; idem latrocinium dicebant. *manu certare* idem quod Jug. 57: prœlium in manibus facere. cfr. Liv. 2. 30: ad manum venire et 2. 46: pugna jam in manus, jam ad gladios venerat. *utilia parare* i. e. res ad bellum necessarias, commeatum etc. vide Jug. 86. *Asia* scilicet provincia Romana, quæ hoc nomine appellabatur; de ejus finibus cfr. Appian. de b. Mithr. c. 68. *exercitus — aluntur* et legiones Valerianæ per totum hoc tempus castra stativa in Asia habuerant, et aliæ copiæ a Sulla ibi relictæ fuerant. cfr. Plut. Luc. 7. Sulla 25. *Macedonia* vide supra pag. 19. *marituma* infesta erant piratarum incursionibus cfr. loca pag. 41. laudata. *quum interim.* vulgo hæ particulæ ita usurpantur, ut diversis orationis membris præpositæ, plures res uno eodemque tempore gestas esse, evidentius doceant. Sed vis causalis quæ in particula *cum* est, non perit, et multis in locis manifesta est; exempla vide ap. Horat. Tursel. p. 229 sq. Contra ubi componuntur, (ut

h. l.) in *cum* vis temporalis prævalet, quia, adjecta particula, temporis momentum accuratius definitur; sed ubi, mutato ordine, *interim* priorem locum obtinet, *cum* explicationis causa additur. cfr. Jug. 12. *quum Hiempsal interim*. Jam quod fuerunt, qui nescio quam vim oppositionis in particula *interim* quærerent, ii ejusmodi locis in errorem inducti videntur, ubi *tamen interim* conjuncta sunt. cfr. Jug. c. 39. 54. nam Ciceronis locus qui laudatur pro Rosc. Amer. 29. *interim mihi videris* etc. aperte temporis significationem habet. *vectigalia — incerta* — partim enim a piratis intercepta, partim quod provinciæ bello vastabantur, tributa solvi non poterant. *partem sumptuum sustinent* i. e. suggerunt, suppeditant, præbent. pro *sustinent*; *ita* Havercamp. conjecit: *sustinentia*. perperam. *quæ commeatus tuebatur* hanc lectionem nostri Vaticani confirmant. etiam Edit. Pr. *quæ commeatus convehebatur* Ciacconius et Ursinus ex suis libris laudant. ceterum falsus est Cortius, qui *tuebatur* pro *tueretur* vel *tueatur* positum statuit. Nam Imperf. indicativi propriam vim habet et sensus loci est is: classis, quæ nunc est, minor quam quæ antea commeatus tuebatur. *classe navigare*. usitatius est: classis navigat. Sed cum *navigare*, nullo casu addito, rebus maritimis operam dare, significet cfr. Cic. Verr. 5. 27. «homines a navigando rebusque maritimis remotissimi,» ablativus *minore classe* commode adjicitur, ut rei navalis condicio accuratius describatur. cfr. Virg. Aen. 1. 751: ingeminant plausu Tyrii — *vobis reque publica* ita libri Fabri et Bric. Sed ceteri libri non addicunt. *nobis vobisque re p.* Ed. Princ. *Agite, uti monet ira, suppl.* hanc lectionem nostri Vatt. confirmant; accedit Edit. Princ. sensus manifestus; locus in ceteris libris et editionibus multifarie corruptus; in Ciacconii et Ursini libris, *agite ut monet ira, et* — vulgata: *agite ut lubet, et ita*. unde Carrio conjecit *a. uti jubet ira*, sed præclara optimorum librorum lectio nullum dat locum conjecturis. *neque mox ingenio corporis* ita Vat. 1. 2. Edit. Pr. et omnes Codd. credo. unde alii *ingenuo corpori* emendarunt, Cortius *ingenui corporis* et *vita corporis* conjungi vult. Sed quam in hac verborum compositione sibi invenire visus est elegantiam, eam nullam esse manifestum est, cum maxime accedat contorta verborum structura. præterea recte in *mox* offenderunt interpretes; neque altera lectio satis expedita. duplex enim dativus minus concinnus; neque in tam paucis verbis *vitæ* per epexegesin additum esse putaveris; sensum quod attinet, his verbis ea confirmantur, quæ supra dixerat, se

16

mortem non deprecari, quippe quam vel *honestam* esse doceat; jam quod corpus *ingenuum* est, id nullam vim sententiæ addit, sed, si corpus jam infirmum et confectum erat, magis expetenda pro patria mors. vita enim ærumnosa æternum decus mutavit. cfr. Jug. *moriturum potius* quam — *incertæ ac forsitan post paulo morbo interituræ vitæ parceret.* Itaque vitium latere putaverim locusque conjectura videtur esse sanandus. Mihi hæc succurrebant. *Neque, morbis ægro corpore* etc. quæ conjectura eo confirmari videtur, quod Cicero Brut. 55. laterum infirmitatem et virium imbecillitatem in Cotta notat; penes intelligentes sit judicium. certe *corpori finem facere* barbare dictum, neque quod *vitæ* adjectum est, eo structura fit concinnior. *Adsum en! Cn. Cotta,* pro *Cn.* emendandum *C.* illud scripturæ mendum est. «en postponitur, ut alibi *ecce, sane, mehercule* aliæque particulæ. confirmavi ad Catil. c. LII. n. 35. Liv. 3. c. 17; primus en ego consul quantum mortalis deum possum, te ac tua vestigia sequar.» C. *voveo dedoque* cfr. Flor. 1. 14. et 17. Cic. pro Rab. Post. 1. adde Brisson. Form. 1. p. 108. et 109.» id. *fortunæ et maris* — quæ antea in editionibus expressa erat lectio, ea nullius libri auctoritate confirmata, soli grammaticorum socordiæ debetur. *belli ab aliis acti* — ita sæpius Sal. *agere* de rebus bellicis. cfr. Jug. 53. et 30. Sed non eadem sunt; bellum enim sive res geri dicitur, ubi nulla neque studii neque voluntatis significatione, simpliciter res aliqua suscepta et perfecta dicitur; et *res gestæ* nihil aliud est quam res facta, nisi quod ad bellum potissimum refertur; *agere* autem homines consilio, sive negotio intentos ostendit; quare recte Salustius, ubi de militum sermonibus: *acta edocent atque audiunt*, et c. 30. *res gestas et quomodo actæ forent* militum enim acta sunt, dux bellum gerit. Cotta h. l. bellum dicit actum, quod vitia ducum significat, qui imprudenter agendo bellum male gesserunt. igitur *bellum* et *pax* ut vita agitur; eodem modo differunt, agere et gerere personam, agere et se gerere regem. Sed seriores scriptores hæc confundunt cfr. Sueton. Claud. 25. Apud Tacitum in dictionibus, *amicum, principem* agere, simulationis significatio inesse videtur. *Per vos igitur Quirites — igitur* quod antea receperam, jam delendum esse censeo. de est enim in omnibus libris et a librariis adjectum esse videtur, qui etiam *precor* addiderant, quasi his omissis nimis aspera esset verborum structura. cfr. Jug. 14. extr. et Cat. 33. *nequiquam.* Vat. 1. *Aspera aut fessa bellis* i. e. infesta vel bello-

rum diuturnitate fatigata, attrita. proprie enim loca salebrosa et mare tumidum sive procellis agitatum *asperum* dicitur cfr. Virg. Aen. 6. 351. 8. 229; Liv. 37. 16. 38. 17. Sed cum bellis non solum mores hominum exasperentur, cfr. Liv. l. l. et 42. 16: sed ipsorum etiam locorum facies mutetur et asperior fiat, et ipsa bella aspera dicantur cfr. Jug. 48. terræ quoque bello vexatæ bene asperæ dicuntur. Cæterum de dicendi genere, quo usus est Cotta. cfr. Cic. Brut. c. 55: quo ex loco intelliges, vel hanc orationem ad ejus ingenium exprimendum summa cum arte esse compositam.

- 18. - *Germani intectum rhenonibus corpus tegunt.* etc. «rhenones sunt velamina humerorum, et pectoris usque ad umbilicum atque intortis villis adeo hispida, ut imbres respuant. hæc Isid. cfr. Voss. ad Cæs. B. Gall. 6. 21; Duker. ad Flor. 1. 17. 4.» C. adde Tacit. Germ. 17. et interpp. ad h. l. etiam Varro hujus tegumenti mentionem facit L. L. 4. 35. cfr. etiam infra fr. inc. 187. Sed mihi vitii aliquid h. in loco subesse videtur; quod non eo tollitur, quod *intecti* conjectum est, sed haud dubie alius vestimenti nomen adjiciendum est. nam ejusdem vocis repetitio nihil offensionis habere mihi videtur. Cæterum quo in loco Salustius de Germanorum moribus exposuerit, non facile dixeris. Cum multi Germani in Mithridatis exercitu stipendia facerent, cfr. Appian. de b. Mith. c. 71. (ubi expressis verbis Bastarni commemorantur.) vel eo loco hæc commemorari poterant, vel in Ponti Euxini situ et accolarum moribus illustrandis. Debros. hanc descriptionem ad Curionis expeditiones bellicas pertinere judicat. cfr. Hist. R. R. L. II. p. 640. idem hoc fragmentum ita explicuit. «Les — habitans — sont presque nuds, et ne font, comme les Germains, que jetter pour tout habillement, sur leurs corps, une espèce de pelisse, qu'ils apellent rhenon.» - 19. - *Unde pons in oppidum pertinens explicatur.* «Hoc pertinere arbitror fragmentum ad Festum de ponte sublicio lib. IV. hist.» Sed ita haud facile explices, quid sit *pontem explicare.* Quod enim ædificia explicari dicuntur. cfr. Cic. ad Att. 4. 16. hoc minus in pontem quadrat. Quare hæc verba potius ad belli machinam a Mithridate ad Cyzicum oppugnandum exstructam spectare putaverim ἐξ οὗ γέφυρα, ὅποτε προσπελάσειαν ἐς τὸ τεῖχον, ὑπὸ μηχανῆς ἐξήλλετο. cfr. Appian. de b. Mithr. 75: facit mecum Debr. uno loco, sed altero pontem intelligit, qui Cyzicum urbem cum continenti conjungat. Sed *explicare* nonnisi de machina bellica

*

recte dicitur, quæ ap. Vegetium 4. 21. Vitruv. 10. ult. Lips. Poliorcet. 1. 6: sambuca vel enostra dicitur, quippe quæ complicata, cum turris propius ad urbem acta esset, funibus extensis explicaretur et protenderetur. -21.- *Et Marius victus duplicaverat bellum.* ita supra in Or. Cottæ: *curam duplicat.* imitatus est Tacit. Hist. 4. 54: audita deinde Vitellii mors duplicaverat bellum. hoc ad Marium juvenem pertinet, quo ad Sacriportum victo. cfr. Liv. Epit. 87. Flor. 3. 21. fin. Vellej. 2. 26: Aurel. Victor. de Vir. illustr. c. 68. bellum non quidem atrocius fuit, sed latins sparsum est et plures exercitus contra Sullanos duces missi. cfr. Appian. de b. Civ. I. 89—93. Plut. Sulla 28. 29. Ceterum hæc pugna mihi nondum satis illustrata esse videtur. Plutarchus enim l. l. περὶ Σίγνιον prœlium commissum esse narrat; Appianus autem ad Ἱερὸν quidem λιμένα Marium in aciem eduxisse dicit, sed hunc locum non procul urbe Præneste remotum fuisse manifestum est, cfr. Mannert. Geogr. It. p. 645. ita, ut qui locum in quarta urbis regione intelligunt, egregie fallantur. Nam postea demum urbs a Sulla expugnata est. cfr. Plut. l. l. ceterum ad eandem rem referendum frag. 1. 61. *apud Præneste locatus.* -22.- *Atque eos incur.* cfr. Tac. Annal. 2. 16 17. 1. 51; et Dictys. II. 3. Veget. I. 9. -23.- *In hunc modum* his verbis Prisc. statuit, Salustium Græca: εἰς ταύτην πρόθεσιν expressisse. Sed hoc potius *in hanc sententiam* est. simile est Ciceronianum *hæc in hanc partem scripsit* ad Att. 16. 1: ceterum, quod satis notum, differunt hæc: *hoc modo* enim ipsa auctoris verba significat, *hunc in modum* tantummodo similitudinem quandam designat. - 24.- *Inde ortus sermo* etc. *Satin salve* solemnis formula salutantium. cfr. exempla ap. Plautum et Brisson. de Formm. p. 745. Edit. Francof. perversa Charisii et Diomedis de hac formula judicia vide ap. Putsch. 3. 225. 340. de scriptura jam omnibus persuasum est, *salve* unice verum esse; *agerentur* quod pro *augerentur* in aliquot Codd. est, Cortius meliorem lectionem habuit; immemor credo similis loci Sal. Cat. 6. *res — agris — aucta* melius haud dubie *agerent* quod idem conjecit, sed ne hoc quidem necessarium. Cæterum hoc fr. ad Luculli et Pompeji conventum retulerim, quippe quæ res memorabilior, quam quæ a Salustio omitti posset; accedit quod Plutarchus multis verbis hanc rem celebravit V. Pomp. 31. Luc. 36. προσεῖπον ἀλλήλους φιλοφρόνως καὶ συνήσθησαν ἐπὶ τοῖς κατωρθωμένοις ἑκατέρω. Dixerit aliquis, hæc eadem dici potuisse, ubi Metellus primum post pugnam Su-

cronensem Pompejum convenerit. cfr. Plut. Pomp. 19. idque Debr. statuit, sed hæc res haud ita magni momenti est. -25.- *Quo cupidius* etc. cfr. Jug. 60. initio. -26.- *Ventis per cava terræ citatis.* videtur hoc spectare ad terræ motum, de quo supra expositum est. p. 14. 15. et fragm. IV. 33. *citatis ventis* eodem sensu dictum, quo notissima formula: citatis equis. idem a Seneca Quæst. N. 1. dicitur. ventis in abdito tumultuantibus. Ceterum hanc multorum fuisse opinionem, ut terræ motus ventorum causam putarent, Servius, Appulejus et Isidorus monuerunt. De dictione *tumulique sedere* Cortius Danielem Heinsium et Drakenborch. ad Liv. VI. 647. conferri jubet. -27.- *Ubi multi nefanda casu super* etc. Sed plurimi libri *nefande* atque *multa*, quæ lectio potior esse videtur. præterea *casus* vulgo scribebatur. jam inter antiquos grammaticos, controversia *super* h. l. adverbium an præpositio sit? prius confirmare videtur Sulpicius Hist. Sacr. II. 30: «quin omnia nefanda insuper ausi, ne humanis quidem corporibus pepercerunt.» Equidem tamen Prisciano adsentior, et *casus* exitium explico et *casum* emendo; quod quantum equidem scio, *super* cum abl. nunquam simili quo *præter* sensu inveniatur, nam ap. Virg. Aen. II. 349. *super his* perperam nonnulli ita explicant; *super* enim apud Tacitum non modo pronominibus sed etiam aliis verbis postponitur cfr. Hist. 3. 26. 3. 19; Ann. 6. 35. 3. 46; 16. 33: historicam quod attinet interpretationem, hoc ad Calaguris obsidionem referendum esse videtur. cfr. supra p. 29. Contra Debr. hoc in Heracleæ urbis expugnatione illustranda adhibet et ita interpretatur «en un mot ils commirent et souffrirent mille excès plus horribles encore, que ne le comportoit la conjoncture même de cette affreuse catastrophe.» cfr. H. R. R. L. IV. 389. -28.- *Saguntium.* pro Saguntinorum dictum esse statuit Charisius; quod fieri posse non negaverim, sed exempla hujus terminationis desidero. Nam neque *Aruns* neque *Taguns* recte conferas, quod non gentilia sunt. cfr. incert 119. hæc haud dubie eo loco memorata, ubi Salutius de prœlio Saguntino, exposuit. cfr. p. 17. -29.- *Tota autem insula* — si hariolari licet, hæc ad desertam insulam haud procul Lemno sitam retulerim, ubi Mithridatis classis a Lucullo deprehensa est. cfr. supra p. 24. 25; et Appian. 77. Ουαρίων δὲ καὶ Ἀλέξανδρον καὶ Διονύσιον περὶ Λῆμνον ἐν ἐρήμῃ νήσῳ καταλαβών — ex eodem loco manifestum fit, Salustium de hujus insulæ antiquitatibus accuratius exposuisse. -31.- *Pro omni bello* h. l. *pro omine belli* emendandum esse videtur. -32.- *Tan-*

tum antiquitatis. «Servius interpretatur amorem et charitatem; uti alibi *nihil antiquius ducere.* Sed recte vidit Jo. Fr. Gronov. ad Liv. I. 32. Subesse figuram ἓν διὰ δυοῖν et dictum pro antiquæ et primæ curæ; eum adi.» C. Quid hæc sibi velint, non intelligo. Substantivo enim aliam significationem quam adjectivo inesse non posse per se patet. Sed hæc communis omnium populorum est opinio, priscos homines probiores, sanctiores, modestiores et frugaliores fuisse. Antiquitas igitur omnes illas virtutes complectitur, quibus antiquos homines excelluisse putabant. cfr. Cic. pro Plancio 18. pro Rab. Post. c. 10. Plin. Epp. 5. 15. et *antiquum* proprie est antiquo homine dignum, ergo præstans; ita antiqua virtus, officium, fides, victoria; inde paulo deflexit usus loquendi, quod antiqua dicebantur, quæ majore veneratione, studio, cura digna habebantur, ita Cic. ad Att. 10. 8: *antiquissima cura* et Phil. 13. 3: præcepit, ne quid vita existimem antiquius et sæpius ap. Liv.: *nihil ei fuit antiquius.* nostro igitur loco eadem substantivo significatio, et studium atque officium exprimit; similis sed non plane idem Ciceronis est locus supra laudatus pro Plancio 18. «plena sunt officii, plena observantiæ plena etiam antiquitatis; ibi enim *antiquitas* in universum pro antiqua consuetudine dictum, sed quam laude dignam orator existimat. quem huic fr. locum assignem nescio. potuit commemorari in causis belli civilis enarrandis, ubi ejus temporis perversitatem cum priscæ ætatis innocentia comparabat. -34.- Hoc quoque ad bellum sociale retulerim, quod parum prospere gestum notavit Salustius. -35.- *Non repugnantibus modo, sed ne deditis quidem A. B. C. M.* his literis Debr. hæc verba substituit: *atrocis belli clades metuentibus* et ad Scipionis milites pertinere statuit, qui vel precibus compulsi, vel fraude inducti, vel largitione corrupti, in Sullæ partes transierunt cfr. Plut. Sulla c. 28. Appian. de bellis Civ. I. 85. hæc omnia jure incerta dixeris, sed in his latius progredi non licet, quam ut probabilia sequamur cfr. infra 42. -36.- *In silva Sila fuerunt.* scil. fugitivi, eos enim significari nullum est dubium. Spartacum enim in Lucaniam se recepisse supra docuimus. cfr. supra p. 29; de silva Sila cfr. Mannert. Geograph. Italiæ. II. p. 198. -41.- Hoc ad Sardiniæ descriptionem spectat, quippe cujus insulæ situm a Salustio illustratum fuisse, supra docuimus. -43.- Hoc cum fragmento 8. et 9. libri primi jungendum. -44. *M. Atilius.* cfr. supra p. 27. et 28. -45.- De Mithridate vel Tigrane hoc dici potuit cfr. Plut. Lucull.

c. 11. 15. 25. App. de b. Mithr. c. 84. -47.- *Curubis* urbs Africæ cfr. Plin. 5. 4; apud Ptolemæum Κουοϱβιν quod Colerus corruptum habuit pro κοϱουβίν De Pompeji expeditione in Africam contra Domitium vel de fuga Sertorii in Africam hoc dictum. cfr. Plut. Sert. c. 9. Pomp. 11. 12. 13. -48.- *Tharros* ad hanc Sardinie urbem Lepidum ægrotum appulisse Debr. statuit cfr. Hist. R. R. II. 497. ap. Mannert. Geogr. It. II. p. 485. Tarras. -49. -*Camisos* castellum in finibus Armeniæ fuisse auctor est. Strabo XIV. p. 660. Ed. Alm. -51.- *Primam* etc. de Japidia cfr. Strabo VII. p. 314. 315. Ed. Alm. ad bellum a Curione in Macedonia gestum hoc refert Debr. -52.- *Carbo.* cfr. Plut. Pomp. 10. App. de b. Civ. I. 92. -54.- *Crebritute fluctuum* etc. Aut tempestas, qua Mithridates naufragium fecit, aut Sertorii pugna navalis, mari tempestuoso cum prætore Annio commissa, his verbis describi videtur. cfr. fr. 1. 50. -55.- *Mithrid. corpore ingenti* potuit hoc initio belli Mithridatici commemorari, vel in eo prœlio enarrando, ubi Mithridates vulneratus est. cfr. Appian. de b. Mithr. c. 88. -56.- *Tyrannumque et Cinnam adpellantes.* hæc optime Pompeji Strabonis personæ conveniunt, qui in discordiis civilibus medium egit et rempublicam in summum pæne discrimen adduxit. cfr. App. de b. Civ. I. 63. 66. 68. Plut. Pomp. 1. eundem Ascon. Ped. in Cornel. p. 140. hominem diis nobilitatique invisum dicit. igitur hæc in bello sociali enarrando legebantur, lib. 1. -57.- *Nomenque Danubium* etc. hæc aut ad Curionis Proc. expeditiones bellicas pertinent, aut in Ponti Euxini descriptione memorata sunt. - 58. - *Cui nisi pariter obviam iretur.* Recte mihi statuisse videtur Debr., quod prava Lepidi consilia his verbis significari putavit. -59.- *Septimium* etc. cfr. supra pàg. 9. Liv. Epit. XXV. Debr. Hist. R. R. Lib. I. 358. sqq. cfr. supra ad fragm. 1. 24. -62.- *Pompejus* cfr. supra n. 16. -65.- *Magna gloria* etc. scil. Sertorius. cfr. Plut. V. Sert. 3. qui et hoc loco et alias Salustium secutus esse videtur. ὑπὸ Δειδίῳ ϛϱατηγῷ χιλίαϱχος ἐπ' Ἰβηϱίαις *paratu militum* cfr. id. c. 4. τοῦ γὰϱ Μαϱσικοῦ πολέμου συνιϛαμένου ϛϱατιώτας τε πϱοσαχθὲν αὐτῷ καταλέγειν, καὶ ὁπλαποιεῖϛθαι. *dehonestamentó corporis lœtabatur* ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ καλλωπιζόμενος ἀεὶ διετέλει. Ceterum innumeras lectionis varietates vide apud A. Gellium edit. Lion, ex quibus paucas notasse sufficiet. *magno usui* conjecit J. Gronov. sed quamvis dativus multo concinnior, sit, ne ablativi cumulentur, tamen hac mutatione non opus est, cum antiquior dativi terminatio *u* fuerit. cfr.

Priscian. p. 778. Burman. ad Propert. p. 119: multaque exempla apud Plautum et Lucretium. e. gr. Asin. 2. 2. 50. *usu* Lucret. 3. 984: imo Cæsarem, Virgilium ipsumque Ciceronem hac forma sæpius usos jam diu notarunt Grammatici. Igitur dativum esse et ipse putaverim, sed antiquiorem formam retinendam esse censeo, quæ haud dubie etiam multis aliis locis est restituenda. *curata* quod sæpius ap. Salustium in re militari usurpatur, non debebant in dubium vocare interpretes. *paratu* cfr. Tac. Hist. 2. 84. 95. Agr. 25. *scriptorum* Lips. Quæst. Epist. 4. 14: *proscriptorum* conjecit, acute quidem, sed citra necessitatem; nam plures scriptores fuisse, qui hujus temporis rès illustrarent, ipse Salustius docet Jug. 95. fortasse Sullam ipsum et Sisennam innuit auctor. *minus celebrata* Havercampii est scriptura, quæ particula propter finem postremæ vocis facile omitti poterat. *quœ eminus facie sua ostentabat.* pessima hæc lectio; quasi, quæ Sertorius præclara facinora perpetraverat, hæc ejus oris adspectu jam e longinquo divinari potuissent; sed *faciem ostentare* dicuntur, qui ea gloriantur et se jactant; *quia reliqua glorisus retinebat. gloriosius* Haverc. conjecit. hæc Debr. ita interpretatur: «et regrettoit peu ce qu'il avoit perdu, au prix de ce qui lui en revenoit.» hoc est verbis tegere ignorantiam. vertit enim quasi legisset *redimebat.* sed quænam sunt *reliqua?* num membra? an in universum dictum, decus, honor, laus? sed appositum *gloriosus* ne hoc quidem patitur. itaque huic loco medela adhibenda: pro *retinebat* emendo *agebat*; *reliqua* ut *cœtera* h. l. accusativum græcum, quem dicunt, esse statuo. ita *reliquum* apud Plautum occurrit Truc. Prolog. 15. cfr. infra fr. 180. jam igitur omnia manifesta: Sertorius cicatrices et effossum oculum non pudori habebat, quia reliqua ejus vita erat laudis plenissima. -66.- *Primos Cretenses.* hoc haud dubie ad bellum Creticum pertinet ab Antonio motum cfr. supra pag. 22. *Curetes* de his cfr. Hock. Kreta. Bd. 1. ceterum ante hanc vocem major interpunctio tollenda. *vetustatem* i. e. antiquitatem, priscos homines qui omnia in majus celebrabant, vel, uti Livii verbis utar, divina humanis immiscent. -67.- *Italiœ Siciliam* cfr. supra Lib. IV. 38. Inc. 98. 195. 220. quæ omnia haud dubie sunt conjungenda et eo loco dicta erant, ubi de consilio fugitivorum in Siciliam trajiciendi exposuit lib. IV. cfr. supra p. 30. *tam curvum sit.* ita emendandum: *tum* per incuriam a librariis expressum est. de re ipsa cfr. Barth. ad Claud. Rapt. Pros. I. 140. Interpp. ad Sil. 14. 15. -68.- *Pompejus.* hoc quoque fine Lib. IV. positum erat. cfr.

supra pag. 29. -70.- *Et in prœliis actu promptus* i. e. manu fortis, manu promptus. cfr. supra ad Orat. Cottæ fin. *prœlia agere* etiam ap. Livium. 22. 9. *astu* quod Carrio emendavit, mihi quidem multo minus aptum esse videtur. Quamvis enim *promptus consilio* bene dictum sit, ita, ut etiam astu promptus dici potuerit, *astus* tamen minus in prœliis quam in acie instruenda perspicitur. -71.- *Pactione amisso Publio legato* ita emendandum, quod jam apud Havercampium expressum est. intelligendus est Publius Clodius, quem Luculli legatum in bello Mithridatico fuisse jam supra docuimus; *amisso*, Donato teste, pro *dimisso* dictum; *dimissum* eum putaverim ob seditiones in exercitu motas; qua pactione incertum. -72.- *Ipsum mare Ponticum dulcius quam cætera*. cfr. Isidor. 13. 16. quod caput fere totum ex Salustio petitum esse Ursinus statuit. quod absurdum. adde Ammianum XXII. 8—10; Mela 1. 19; Plin. 9. 15. Grammatici in comparativo hæsitarunt, quod Sal. mare dulcius dixerit, cum neutrum dulce sit. Quod scilicet negligentius dictum esse statuerunt, cum proprie minus amarum esset dicendum. cfr. Arrianus Periplus Fol. 3. init. Ed. Stuk. πᾶς πόντος πολύ τε γλυκυτέρου τοῦ ὕδατός ἐςιν, ἤπερ ἡ ἔξω θάλασσα. Cæterum Avienum Festum in descriptione Ponti Salustium esse secutum, ipse profitetur cfr. supra Comm. P. I. p. 22. Sed in Arriani libro haud dubie multa insunt, quæ etiam ap. Salustium legebantur; testimonio sunt cum alia multa, tum mentio insulæ Achillis injecta; de qua multa apud Arrianum; multa quoque Ammianus Marcellinus ex Salustio hausisse videtur. cfr. Lib. XXII. 8. Cæterum quod Wernsdorfius conjecit (Poët. Latin. Minor. Tom. V. P. II. p. 661.) Salustium peculiarem librum de Situ Ponti scripsisse, hoc falsum est. Nam laudant quidem aliquoties vetusti Grammatici Salustium *de situ Ponti*, vel *de Ponto* cfr. Serv. ad Aen. 3. 533. Schol. ad Horat. Od. 1. 17. 18. Non. Marc. XII. 24. sed ita solent antiqui Grammatici. cfr. varii tituli Oration. Verrin. imo ex ipso Salustio etiam Celtiberiæ descriptionem laudant. cfr. Donat. ad Terent. Adelph. 3. 2. 16. Ceterum quo in loco Salustius de Ponto egerit, ab antiquis grammaticis non notatum est. Optime hæc digressio intexi potuit, ubi de Mithridatis fuga in Chersonesum Tauricam auctor exposuit. Sed cum parum probabile sit, belli finem in Salustii historiis fuisse scriptum, hæc potius belli initio enarrata fuisse putaverim. Ibi enim in Mithridatis opibus explicandis commode fieri potuit, quod rex ille omnes fere gentes, quæ

has terras incolebant, amicitiæ fœdere secum conjunxerat. cfr. Appian. de b. Mithrid. c. 15. Cum enim hæ terræ tum primum a Romanis accuratius cognitæ essent, situs locorum et natura regionum erat illustranda; et cum Salustius, ut jam supra animadversum est, in res geographicas studiosius inquirat, non solum regnum Ponti, sed etiam ceteras gentes, quæ tum Pontum Euxinum accolebant, luculenter, ut videtur, descripsit. Ne fabulosa quidem eum aspernatum esse inde intelligitur, quod Jasonis mentionem fecit cfr. supra l. 4. 21; inc. 82. 99. 100. 124. 126. 172. 174. 189. 215. 216. 217. alia, quæ a Debrossio eo referuntur, aut incerta aut plane aliena sunt. - 73. - *Equis paria operimenta.* videtur hoc ad currus falcatos pertinere, de quibus Salustium egisse et hoc genus armorum descripsisse antiqui grammatici animadvertunt. vide infra fragm. 209. apud Plut. Lucullum c. 7. in apparatu bellico Mithridatis describendo commemorantur τέθριπποι δρεπανηφόροι. equites cataphractos idem c. 26. inter Tigranis copias enumerat. vide supra 4. 22. - 74. - *Rebus supra votum fluentibus. fluere* dicuntur res ut *cedere*, procedere, προχωρεῖν. Cic. de Offic. 1. 26: res prosperæ et ad voluntatem nostram fluentes. ad Pompejum hoc referunt, sed talibus fragmentis certum quendam locum assignare vix licet. - 75. - *Aenum et Maroneam et viam militarem.* Aenos sita contra Chersonesum Thracicam ad ostia Hebri fluminis; nec procul remota Maronea. cfr. Plin. L. IV. c. 11. et Salmas. ad Solin. p. 161. et 164. hæc oppida commemorasse videtur Salustius in bellis, quæ per totum hoc temporis spatium contra Thraces gerebantur. via militaris jam ab eo inde tempore per Thraciam munita fuerat, cum primum Romani in Asiam trajecerunt. cfr. Liv. 37. 7. 32. 38. 40. 41. cfr. Strabo Geograph. p. 319. 331. Ed. Almelov. - 78. - *Ut tanta* etc. ad Sertorii exercitum hoc pertinere Debr. judicat. recte, si quid video; cfr. supra pag. 17. Frontin. 2. 1. 3. - 79. - *In ore gentibus agens.* Hæc Pompeji personæ conveniunt; ridiculus est Debr. qui Catuli exercitum intelligit et verba, *populo civitati*, quæ pro genuinis habebat, his adjuncta esse voluit. - 81. - *Hunc igitur redarguit Tarquinius. Tarquitius* Carrio conjecit. quæ quidem conjectura recipienda esse videtur, primum quod admodum verisimile est, hæc ad eundem qui, supra Lib. 3. fragm. 43. laudatur, pertinere; tum quod hujus nominis scriptura et nummis et Codd. auctoritate satis confirmata est. acute Debr. hæc verba ita interpretatur, ut jurgium in epulis a Perperna instructis ex composito a conjuratis cœptum esse statuat.

-82.- *Dein campi Themiscyrii.* cfr. supra ad fr. 72. Strabo. Ed. Alm. p. 52. 554. 556. 126. 503. 547. -83.- cfr. supra Lib. 3. fr. 30. Nam de Oppio hæc dicta esse nullum est dubium; apud Servium perperam *Appio* scriptum. Sed bene de his verbis Carrio: «quanquam explicatio potius verborum Salustii quam ipsa Salustianæ orationis verba esse videntur.» -84.- *Et Metello procul agente longa spes auxiliorum.* hæc in Cinnano tumultu illustrando habet Debr. Satis enim constat, quo tempore Cinna exercitum contra urbem duxit, Cæcilium Metellum in reliquiis belli socialis persequendis occupatum, in Samnio castra habuisse cfr. Appian. de b. Civ. I. 68. -85.- *More equestris prœlii sumptis tergis atque redditis* etc. cfr. Jug. 59: «non ut equestri prœlio solet, sequi dein cedere;» jam *terga dare*, præbere vel *reddere* ut h. l. τὰ νῶτα δεῖξαι pro *fugere*, *refugere* dici, in vulgus notum; sed *t. sumere* pro insequi apud nullum unquam scriptorem me legisse memini; hanc igitur dictionem a Salustio κατ' ἀναλογίαν antecedentis fictam esse putaverim; *nuda terga invadere* Liv. et Tacitus dixerunt; Liv. 1. 27. Ann. 2. 17. h. 4. 66. -87.- *Multos tamen ab adulescentia.* ad Cethegi mores illustrandos hoc pertinere statuit Debr. cfr. supra pag. 70. -88.- *Cosa.* Salustium singulari numero dixisse auctor est Servius. de hoc oppido ita Rutilius Itiner. I. 295. sq. Inter castrorum vestigia sermo retexit, Sardoam Lepido præcipitante fugam, litore namque Cosæ cognatos depulit hostes, virtutem Catuli Roma secuta ducis. -90.- *Fessus in Pamphyliam.* Cum nullo fere loco nisi in bello piratico describendo hujus loci mentio fieri posset, facile putaveris, hoc fr. eo pertinere. Sed num Servilius an piratarum dux significetur, incertum. *Fessus* Serv. explicat: egens consilii; nam corpore fatigatum dicimus, animo fessum. -91.- *Profectus quidam Ligus ad requisita naturæ.* cfr. Ammian. XXXIII. c. ult. «super his nec stando mingens, nec ad requisita naturæ secedens facile visitur Persa: ita observantius hæc aliaque pudenda declinant.» Wasse. cfr. Spartian Carac. VI. Hieron. adv. Jovinian. I. ceterum hoc loquendi genus Quinctilianus periphrasim vel circuitum loquendi dicit, quæ nonnunquam habeant necessitatem, quotiens dictu deformia operiantur. scilicet *requiri* dicuntur etiam, quæ necessaria sunt cfr. Cic. pro Man. 22. Cæterum scite hæc Debr. cum fr. 3. 36. conjungit et a Ligure illo transitum saltus asperrimi inventum judicat. quæ quidem conjectura eo firmatur, quod verba iis, quæ in Jugurtha c. 93. leguntur, sunt simillima. -92.- *Apud*

*

latera certos collocaverat. recte Servius explicat *firmos.* ita passim apud Ciceronem ceterosque auctores. -94.- *Hispaniam sibi antiquam patriam esse.* Sertorii verba, quibus Hispanorum sibi conciliaret animos. bene enim Servius hæc ad laudem non ad veritatem dicta esse monuit et 3. 297. addit provinciam pro patria positam esse, scilicet quia Sertorius ante in Hispania stipendia fecerat. cfr. supra fr. 65. -95.- *Lyciæ Pisidiæque agros despectantem.* montem aliquem significari putaverim. ad Castellum Olympi hæc refert Debr. bene Servius: «rei insensibili dat Salustius sensum.» -96.- *Sorte ductos fusti necat* verba *furti negati* quæ antea legebantur, emendavit Petrus Pithœus; sed *eductos* quod Douza conjecit, non necessarium; nam *sorte ductus* non minus usitatum. cfr. Tac. Annal. 6. 2. et 3. 21. ubi Salustiana verbo tenus expressit. de hoc more cfr. Polyb. 6. 35. hoc de severa Crassi disciplina dictum esse, jam Douza conjecit et per se patet. cfr. pag. 29. -97.- cfr. supra fr. 67. -99.- cfr. fr. 72: notandum apud Tacitum, ubi de situ Byzantii agit, vim piscium *in* Pontum erumpentem diei, quod quidem et ipsum fieri solet, quod pisces ad ova parienda huc et illuc migrare solent; imo hoc probabilius, quod pisces marini dulcem aquam quærunt. cfr. Stuk. Comment. in Arrian. Peripl. pag. 19. Sed mihi quidem manifestum est, hæc ad exemplum Salustiani loci a Tacito scripta esse. -100.- *Igitur introrsus prima Asiæ Bithynia est.* Admodum verisimile est, inde descriptionem terrarum, quæ Pontum circumjacent, incepisse Salustium; multa quæ ad Bithyniam spectant. Isidorus 14. 3. med. ex Salustio hausisse videtur, sed, quæ ejus est ratio, non integra auctoris verba laudavit, sed alia mutavit, alia addidit, alia omisit. -101.- *Mithridates* etc. hæc quoque confirmant, Salustium in Mithridatico bello enarrando inde a primis regis annis res ab eo gestas exposuisse, ut omnia magis aperta et illustria forent. cfr. Justin. 38. 1.

-102.- *Exercitum more majorum.* Cum *vertere* quod vulgo addunt, non ab ipso Salustio profectum videatur, hæc in fragmentis laudare non attinet; nam eadem verba in Jugurtha leguntur. c. 55. -103.- *Creta* etc. cfr. supra 66. et infra fr. 199. -104.- *Se regibus devovent.* Ad Hispanos hoc pertinere recte judicat Carrio cfr. Val. Max. II. 6. 11: «Celtiberi etiam nefas esse ducebant prœlio superesse, cum is occidisset, pro cujus salute spiritum devoverant.» cfr. Plut. Sertor. 14. eundem morem Gallorum et Germanorum fuisse satis constat, cfr. Cæs. B. Gall.

3. 22. Tac. Germ. 14. et interpp. ad hæc loca; *vitam refutare* dictum ut v. aspernari, recusare; sed, ni fallor, alibi non occurrit. -105.- *Dum inferior omni via grassaretur* i. e. cum viribus infirmior omnia tentaret; hæc de Sertorio dicta judicat Debr. *vi* quod Douza conjecit cum propter alia, tum propter appositum *omni* rejiciendum est. *via grassari* apud Livium sæpius legitur. cfr. 2. 12 et 27. *inferior* i. e. opibus, potentia. -106.- *Narbone concilia Gallorum.* cfr. supra pag. 13. n. -108.- *Ad Jovis mandem nostra. templum* intelligit Donat. Sed Douza, qui his sensum inesse negabat, *id Jovi mandem nostro* legi jussit. Sed in talibus fragmentis neque conjecturis, nèque interpretationi locus est. -109.- *Morbi graves ob inediam insolita vescentibus* recte Douza statuit, de exercitu Mithridatis agi, qui cum Cyzicum obsideret, summa inopia laborabat. cfr. Plut. V. Luc. c. 11. ταχὺ δὲ ἐξεῤῥύη τὸ φιλότιμον αὐτοῦ καὶ φιλόνεικον, ἐν αἰσθήσει γενομένου τῶν ἀποριῶν, αἷς οἱ στρατιῶται συνείχοντο, καὶ τῶν ἀνθρωποφαγιῶν. Appian. de b. Mithrid. 72. -110.- *Atque ea cogentes non coactos scelestos magis quam miseros distringi.* locus non integer esse videtur aut verba ita sunt abrupta, ut recte explicari vix possint. Debr. hæc ad Romanos captivos spectare judicat, qui a fugitivis coacti gladiis depugnabant; ejus interpretatio hæc est: «furent ainsi contraints; non pour aucun crime, qui leurs eût fait meriter d'être livrés à la mort en spectacle public, mais par le seul malheur de leurs situation, à se déchirer et à s'entr'egorger eux-mêmes.» Sed *distringi* pro *ferro lacerare* exemplis erat illustrandum; nam *distringi* proprie est aliquem diductis atque distentis manibus pedibusque constringere. cfr. Sen. de V. B.: «alii alligati sunt, alii adstricti, alii districti quoque.» hæc igitur vernacula ita explicare licuit: «dazu nöthigend nicht genöthigt, verbrecherisch mehr als bedaurungswürdig, wurden sie mit ausgespannten Gliedern gefesselt.» hæc in captivos dici poterant et inprimis in fugitivos, qui post ultimum prœlium a Crasso cruci affigebantur. -111.- *Graviori bello, qui prohibituri venerant, socii frigere.* apta et concinna Ciacconii conjectura *fregere.* Sed tum etiam *socios* emendandum est; neque Debr. interpretatio rejicienda, qui hæc ad Fimbrianas legiones pertinere judicat; quippe quæ a Sulla in Asia relictæ, primum Muræna duce et postea sociis magis oneri quam præsidio fuerunt. neque *bello frigere* dici posse putaverim; nam bello exorto potius calent et flagrant omnia, ipsumque bellum sæpissime ardere

dicitur. quare locus haud dubie corruptus et conjectura tam parum a vulgata recedit, ut equidem eam recipere non dubitem.

-112.- *Nam quidem a Pyrrho, Hannibale, et æquor et terra.* «locus haud dubie mancus est, et nullum sensum admittit. Suspicor autem Salustium narrasse, quod adulatores Mithridatis ipsum Pyrrho, Sertorium Hannibali æquipararunt, quibus populus Romanus tanto minus resistere possit, quod *æquore* et *terra* urgeretur. itaque ad IV. Histor. retulerim.» C. cfr. Plut. Sertor. c. 23. Nam quod alii conjecerunt, hæc ex Oratione Lepidi esse excerpta, id parum probabile est; vix enim explices, unde verba *æquor et terra* orta fuerint. -113.- *Neque est offensus dominationem Sullæ.* ita apud Donat. Ed. Westerhof. legitur. Sed vix Latinum est. itaque alii *dominationum*, alii *defensus dominationum* emendant. Sed quamvis dominationes plurali numero occurrat, cfr. Tac. 3. 26. 13. 1. hic tamen locum non habet. multoque minus *defensus* et *offensus* cum genitivo conjungenda sunt, nisi forte *offensus* pro antiqua subst. forma habes. Igitur sola ferri posse videtur, quæ apud Debrossium est lectio: *neque est defessus dominationem Sulla.* Ut enim apud Plautum Epid. 5. 2. 55: defessus reperire et quærere; apud Lucret. 5. 11. 44. def. colere, et fastidire aliquid dicitur, ita etiam def. cum accus. hac analogia defenderis. -117.- *Tergis vinciebant.* ad Cretenses hoc referunt, qui Romanos captivos variis cruciatibus afficiebant. -118.- *Charybdis* cfr. supra 67. Strabo Rer. Geogr. p. 268. Ed. Alm. qui Salustiana expressit. adde Sal. fr. 4. 35. -120.- *Ap. Corduennos* Γορδυηνεῖς intelligit, quorum rex fœdere cum Lucullo juncto, benevolentiæ in Romanos pœnas morte dederat. cfr. Plut. Luc. 29. *amomum* cfr. Plin. 12. 13. 16. 22. Virg. Eclog. 4. 25. et interpp. ad h. l. *leves odores* i. e. grati cfr. Dioscorid. 1. 14. ubi amomum εὐῶδες ἱκανῶς dictum; oppositum βαρύοσμον, gravis odos Lucret. 6. 803. Virg. Georg. 4. 49. -121.- *Quem trans stagnum omnis usque flumen* verba abrupta, ex quibus sensum vix elicias. -124.- *Namque omnium ferocissumi* etc. hæc quoque haud dubie in descriptione Ponti legebantur. cfr. Strabo Rer. Geogr. 308. 311. et Arrian. in Periplo; Schol. ad Juv. 5. 15. -126.- *Triplici fluctu* «græce τρικυμία. cfr. Hesych. s. v. et Fest. s. v. *decumanus*, quo nomine magni fluctus dicebantur. hoc quoque fr. ad Charybdim pertinere videtur; de qua Virgilius: ter gurgite vastos sorbet in abruptum fluctus.» C. -129.- *Sane bonus ea tempestate contra pericula et ambitionem.* Catuli mores his verbis des-

eribi, bene animadvertit Debr. nullius enim hominis personæ, qui eo tempore opibus florebant, melius conveniunt. -130.- *Simul immanis hominum vis ex locis invasere patentes tum et pacis modo effusas.* post *locis* aliquid videtur esse ommissum, *superioribus*, *asperis*, *occultis*. pro *patentis* emendaverim *palantes*, quod sequentia ad homines pertinere videntur cfr. Tac. Hist. 4. 15: vagos et pacis modo effusos lixas; dicuntur sane ap. eundem loci *effusi et patentes* cfr. Germ. c. 30. ita ut vulgatæ lectionis auctoritatem eo defendi posse putaveris, sed quæ addita sunt *tum et pacis modo* alia docent. igitur absurdum est, quod Debr. hæc ad Cyzicenos refert, qui obsidione liberati, loca ab hostibus relicta spectatum exierint. -131.- *Genua patrum advolvuntur*. cfr. Tac. Ann. 6. 49. -132.- *Perrexere in Hispaniam an Sardiniam.* hoc pertinere putaverim ad reliquias belli Lepidani, qui aut Hispaniam aut Sardiniam fuga petiverant. *an* notandum h. l. inservit dubitationi et eo ab *aut* et *vel* differt, quod res non opponuntur, sed id solum significat loquentem esse dubium neque ita multum curare, ut veritatem cognoscat. -133.- *Quæ magalia sunt circumjecta civitati, suburbana ædificia* duæ postremæ voces pro glossa habendæ; quamvis enim *magalia* non ubique hac significatione ponantur, tamen h. l. Salustius hac voce usus esse videtur, ut casas istas stramentarias significaret, quæ a militibus hibernorum causa ædificabantur. recte hæc Cortius ad Sertorii consilium refert quod milites non in urbibus sed in suburbanis hiberna transigere coegerit. cfr. Plut. Sert. c. 6. τοὺς γὰρ ϛρατιώτας ἠνάγκασεν ἐν τοῖς προαϛείοις χειμάδια πήγνυϛθαι κ. τ. λ. -134.- *Et onere turrium incertis navibus.* hæc pertinent ad obsidionem Cyzici; et Mithridatis naves sunt intelligendæ. cfr. Appian. de b. Mithrid. c. 73. 74.

-135.- *Traditur fugam in longinqua Oceani agitavisse* scil. Sertorius. cfr. Plut. Sertor. 9. initio. -136.- *Ad mutandum modo in melius servitium* ad gladiatores hoc referunt, qui ex ergastulis evaserant. -137.- *Magna vis hominum convenerat agris pulsa aut civitate ejecta.* significari videntur Lepidi socii, qui magnam partem ex proscriptis constabant. -138.- *Cum muros* etc. Ad Cyzici obsidionem hoc spectare judicat Debr. -139.- *Quippe vasta Italia* etc. etiam hoc ad Sullanam proscriptionem pertinere videtur. -140.- *Hi sunt, qui secundum pocula* etc. locus haud dubie corruptus est. vitium in *secundum* latere videtur. Debr. hunc locum adhibuit ad luxuriam Romanorum illustran-

dam. Sed verborum ambagibus nihil aliud quam inscientiam texit. -141.- *In secunda* etc. quo hæc referenda sint, nescio. -143.- *Exuant armis equisque* hoc bene convenit Spartaco, fugitivos armis equisque se instruere jubenti. -145.- *Lusitaniæ gravem civitatem.* Eboram urbem intelligit Debr. *gravis* dicitur civitas, quæ magnæ est auctoritatis ap. cæteras. -146.- *Ex parte cohortium — præcipere* i. e. præoccupare. — *instructa.* castra vel tale quid intelligendum. ita apud Liv. 26. 6: porta ballistis scorpionibusque instructa. Sed cum locus haud dubie abruptus sit, neque singula accurate explicari possunt, neque quo totum fragmentum referendum sit, facile constituas, præclara igitur videtur Putschii conjectura: *ex parte cohortium præcipue instructa stationes* etc. quæ si vera est, hoc ad Spartacum rettuleris, qui ex cohortibus melius armatis stationes disposuit. -147.- *Bellum quibus posset conditionibus desineret* Debr. hæc ad Metellum contra Samnites bellum gerentem, et ad Archelaum, Mithridatis ducem, rettulit. Equidem de Metello dictum putaverim cfr. Appian. de b. Civil. 1. 68: Καικίλιον δὲ Μέτελλον — ἐκέλευον ὅπη δύναιτο εὐπρεπῶς διαλυσάμενον, ἐπικουρεῖν τῇ πατρίδι πολιορκουμένῃ· iisdem ferrè verbis idem de b. Mithrid. c. 54: ἐπέστελλεν Αρχελάῳ διαλύσεις ὡς δύναιτο εὐπρεπῶς ἐργάσασθαι. Nihilo minus tamen absurdum est statuere, utroque loco eadem verba a Salustio esse posita. -148.- *In quis longissumo æv.* etc. hoc ad Quintium tr. pl. retulerim, cujus de malignitate, insolentia atque superbia multa apud Ciceronem Or. pro A. Cluentio c. 39. sqq. ad verba *in quis* supple: *orationibus.* jam nullis quidem scriptorum testimoniis confirmatur, eum ad summam pervenisse senectutem, sed quinquaginta annos natum eum Cicero dicit l. l. -150.- *At Sertorius vacuus.* vide supra p. 16. nullis curis distentus; in bello gerendo non occupatus. cfr. Tac. Agric. 37. oppos. negotiosus. -151.- *Sin vis obsistat.* Obsessorum hæc verba; igitur de fugitivis, a Crasso operibus clausis, vel de Calaguritanis, vel de Heracleensibus, vel de Amisenis hoc dictum fuisse videtur. -152.- *Consedit* etc. *virgulta* adjective ut apud Sil. Italic. 12. 354. ubi alii legunt *occulta.* ceterum non minus incerta interpretatio. Nam omnibus fere locis et exercitibus hæc conveniunt. -153.- *Paululum requietis militibus. requietus* passim ap. scriptores latinos ut juratus, cœnatus etc. usurpatur; imo sæpius adjectivi loco ponitur. cfr. Forcellin. s. v. -154.- *Qui nullo certo exsilio vagabantur.* puta Lepidi, Sertorii vel

Perperna socios, quibus se comites proscripti addiderant. *exsilium* pro loco dictum, quo aliquis, patria profugus, sedem fortunarum suarum confert. cfr. Virg. Aen. 3. 4. -155.- *Nubes fœdavere lumen* i. e. obscuravere; fœdari enim omnia dicuntur, quorum nativa integritas perit. cfr. Tac. Hist. 4. 58. idem Germ. 46. Claudian. de Cons. Honor. VI. vs. 538. aër assiduo noctem fœdaverat imbre. Cic. Tusc. 2. 10. qui me perenni virum fœdavit miseria. eodem modo *corrumpi* dicitur et græcum *μιαίνειν* cfr. Tac. Germ. 23. et Passov. ad h. l. -157.- *Geryonis* mentio in antiquitatibus Sardiniæ illustrandis facta fuerat. cfr. Justin. 44. 4. Plin. 4. 22. Serv. ad Aen. 7. 662. -158.- *Quæ causa fuerat* etc. ad lib. 1. et ad Gracchanas quidem seditiones hoc pertinere judicat. Debr. -159.- *Radicem montis excessit.* de accus. cfr. supra *degredi*, *egredi*, *evadere*, eadem ratione constructum et multa ap. Livium loca v. c. urbem excedere Liv. 2. 37. 23. 1. 24. 3. etsi fuerunt, qui, cum Codd. variarent, multis locis ablativum reponerent. qui frustra sunt. iis enim locis ubi *excedere* idem est, quod progredi ultra certum quendam terminum, accusativus solemnis est. -160.- *Ut res magis — gererentur* etc i. e. ne vana verba forent. novum hoc zeugmatis genus; sed eo minus durum, quod *verba habere*, *facere* passim dicitur, et *gerere* et *facere* sæpius confunduntur. *in muris locaverant.* alii legunt: *in muros.* falso. quamvis enim *ponere in* aliquoties cum accus. jungatur, eadem tamen verbi *locare* structura exemplis firmari non potest. quæ etiamsi invenirentur, a nostro tamen loco esset aliena hæc dicendi ratio, ubi non *admovere muris* dicendum erat, sed potius intelliguntur, qui in muris consisterent et hostes propulsarent. Recte enim Debr. Cyzicenos intelligit, qui, cum Mithridates captivos illorum cives in machinis et turribus alligandos curasset, ut animi oppidanorum suorum misericordia frangerentur, patriæ amori suorum caritatem posthabuerunt. cfr. App. de b. Mithrid. c. 73. -161.- *Imbecilla est fortitudo, dum pendet.* i. e. incerta, animi inconstans, suspensa est. altera lectio *incerta* præterquam quod non Codd. testimonio firmatur, vel eo rejicienda, quod hæc tautologia est. nam suspensum, incertum esse et pendere animi, similia, ne dicam, eadem sunt. cfr. Cic. contra Rullum c. 25. qui huic fragmento locus assignandus sit, incertum. Debr. hæc ex Spartaci oratione excerpta statuit. -162.- *Scythæ Nomades tenent, quibus plaustra sedes s.* intellige vel Sarmatiam vel Mœsiam inferiorem; haud dubie hæc in descriptione Ponti legebantur. -163.- *Luxo pede*

i. e. «soluto, ab antiquo *luo*, unde diluere apud A. Gellium XII. c. 1. et eluere ap. Cic. Læl. c. 22. pro dissolvere. Varro de L. L. IV. Usitatius luxatus ex eodem fonte, quo inter alios utitur Seneca Ep. 104. Sed similiter noster *excitus*, *claudit*, aliaque usurpat, et Gell. 11. 7. antiquum *eructum* pro eructatum.» Cort. Debr. vulnus intelligit Mithridati ab exsule Romano in prœlio contra Fabium illatum. cfr. supra pag. 37. Plut. Luc. 35. Appian. de b. Mithr. 90. Dion. Cass. 35. 8—10. -164.- *Maurique vanum genus* etc. hæc in primo libro narrata existimo, ubi de Sertorii expeditione in Africam egit. Mythica enim vel eo loco a Salustio fuisse narrata, probabile est propter Antæi sepulcrum a Plutarcho memoratum. cfr. Vit. Sertor. c. 9. -165.- *Et Perpernam forte cognoscit mulio redemptoris.* cfr. Horat. Epp. 2. 2. 72. Festinat calidus mulis gerulisque redemptor et interpp. ad h. l. hæc de Perperna in fuga ab Hispanis deprehenso, intellige cfr. Appian. de b. Civ. I. 115. Plut. Sertor. 27. -166.- *Mor Trequi* initium fragmenti corruptum, et veram lectionem restituere eo difficilius, quod Debrossio auctore in eo describendo librarii quam maxime variarunt. primum igitur hoc satis certum, hæc ad initium belli gladiatorii pertinere, quod in æstatem anni 681. incidit. Tum ex toto fr. facile colligas alteram Varinii cladem his verbis significari, quæ tanta fuit, ut ipsius equus a Spartaco caperetur. cfr. App. de b. Civ. 116. et supra pag. 26. Tertio nullum est dubium, *commiserant* in *miserat* esse mutandum; aliter enim subjectum nihil habet, quo referatur. nisi forte statuis, tot verba deleta esse, ut et prædicatum, quod ad *Varinius* pertinet, et subjectum sequentis verbi omissum sit. qua de re statui vix potest, nisi spatium lacunæ accuratius exploratum fuerit, Debr. Hist. R. R. 3. p. 160. Thoranium Romam a Varinio missum statuit, qui de fugitivorum opibus præsens exponeret. Cæterum hoc fr. et 169. 171. sequenti postponit.

-167.- *Ingre tante* etc. hujus quoque fragmenti initinm ita depravatum, ut, nisi iterum folia Mscripti accuratius examinentur, nihil certi ex verbis conjicias. urbem aliquam captam hoc fragmento illustrari manifestum est. Num autem Nola, an Metapontum, an Nuceria, an Thurii intelligendi sint, neque ex hoc loco, neque ex ceteris rerum scriptoribus ad liquidum perduci potest. quippe quas urbes omnes terribili strage vastatas esse Florus auctor est. 3. 20. Neque in verbis certa significatio inest, urbem non ad internecionem fuisse deletam, quæ Debrossii est

interpretatio. cfr. Hist. R. R. 3. p. 146. sqq. cum nostro fragmento jungenda esse videntur, quæ supra fr. 3. - 26. leguntur. Ex Lectt. Var. *illudebant* addiderim. contra Debr. mutila verba ita explenda censet: *ingressi tanta feritate debacchantur. vulnus perversum* dicitur, quod fœdum, deforme et contra jus fasque infertur; quo corpus laceratur potius quam interficitur; *ex loco servi* quibus eo in loco domicilium erat. Non enim locus pro urbe dictum, sed in universum. regionem, ubi urbs sita fuit, significat. *neque sanctum aut nefandum.* i. e. a nullo facinore aut propter religionem aut propter atrocitatem abhorrebant. cfr. Cat. 12. in fine fragmentum haud dubie abruptum; *statuit, tentavit* vel tale quid videtur esse supplendum. - 168. - *Aliquot dies* etc. expeditione, quæ hoc fragmento illustratur, Debr. judicat Varinium Thurios a fugitivis obsessos liberare voluisse. cfr. Hist. R. R. 3. p. 161. sqq. quod quidem in medio relinquo. *promi lingua* cfr. Jug. 44. lingua quam manu promptior. et Liv. 2. 45. Sed *linguam alicui promi* vix ab alio scriptore dictum invenias. *presso gradu.* oppositum *pleno gradu* cfr. Liv. 8. 8. et 28. 14. bene Forc. i. e. lento, qualis est caute incedentium; non autem *firmo* quod idem addit; nam pressus non dicitur, qui terræ inprimitur, sed qui comprimitur; sæpius enim *premere* et laxare opponuntur. ita premere frena et habenas etc. cfr. Virg. Aen. 6. 197. vestigia pressit; et Val. Flacc. 2. 424. attoniti pressere gradum; ita causam premere Cic. Brut. 97. *certamini conscii* — rarius huic adjectivo dativus *rei* jungitur, et apud Grammaticos hac de structura altum silentium, etsi ipsi Ciceroni usitata est. cfr. Cic. pro Cælio c. 21. in Verr. 4. 56. Sed nihilominus tamen dictio insolita. sensus enim esse videtur: cum haud ignari essent certaminis, quod Romani in eo erant, ut consererent. *juxta seditionem erant* i. e. haud procul a seditione aberant. cfr. Tac. Ann. 6. 13. juxta seditionem ventum et Ann. 14. 42. usque ad seditionem ventum. *offerre pugnam* i. e. hosti locum pugnandi dare; simile est apud Tac. Hist. 2. 14. se incaute hosti offerre. - 169. - *Magnis operibus communita* — castra scilicet; hoc enim supplendum esse videtur. præterea his præponit Debr. *Spartacus tenet suos intra.* — *stationesque* — videtur emendandum esse: *stationes vigiliasque*; vix enim aliquis in mentem sibi inducat, particulas *que, et* h. l. ab auctore esse oppositas. qua de re cfr. Cort. ad Jug. 55. 1. et infra fr. 247. ita stationes et vigiliæ sæpissime componuntur. cfr. fr. 2. 27. Liv. 3. 5. Tac. Annal.

*

12. 35. ejus loco aliquoties *stationes et custodiæ* dicuntur Cæs. B. Civ. 1. 59. Liv. 5. 44. quod propter sequentia aliquis præferat. post *bucinatore* haud dubie interponendum: *relicto*. neque *fulta* nullo casu addito bene dictum esse videtur; quare Frontino auctore *palis* adjiciendum existimo. -170.- *In se converterent* etc. ita facili conjectura emendaveris. Sed reliqua restituere eo difficilius, quod et incertum est, num ad eundem Spartaci dolum sint referenda, et multi literarum ductus vetustate pæne exstincti, a librariis male exarati esse videntur. Itaque hæc integra restitui non possunt, nisi folia ista accuratius examinata fuerint. Itaque in talibus facilius est hariolari quam probabiles proponere conjecturas. quare hæc Kritziis ejusdemque farinæ hominibus restituenda relinquo. -171.- Hujus quoque fragmenti initium et corruptum et mutilum. Multi vel hunc locum variis conjecturis tentaverunt, quas laudare supervacaneum, cum Garatonius ad Cic. pro Flacco c. 13. p. 182. acutissime de hoc loco egerit. quam notam doctissimam ad verbum transcribendam esse judicavi. «*P. Varino Prætore.* Ita omnes libri: mendose tamen scriptum videtur, sive pro *Vårinio*, quod placuit Sigonio ad Liv. Epit. XCV. planeque verum esset, si certo sciremus, hunc esse illum eundem, qui anno DCLXXX. Prætor adversus Spartacum missus est, annoque sequente potuit sane Asiam pro Prætore solita ex sortitione obtinere. Quin etenim ille *P. Varinius Glaber* appellaretur, dubitari nequit. Consule Vinet. ad Flor. III. 20. et Oudend. ad Frontin. Strag. I. 5. 22. Neque Cl. Drak. *P. Varenum* edidisset, si præstantiam earum membranarum cognosset, ex quibus fragmenta quædam edidit Janus Douza, quæ Salustii putantur, et cum Salustio cuduntur. In ed. Havercampi sunt T. II. p. 151. 152. Schottum, qui ea J. Lipsio transmiserat, miror, ex iis lectionem *Varinius*, quæ adoptatur in Annal. Pigh. DCLXXI. non confirmasse, imo Præturam P. Varinii totam suo loco prætermisisse. Atqui membranæ illæ Virgilianis Mediceis nihil de antiquitate concedunt. Quum eas ex apographo Chevanei tribus aliis fragmentis auctiores nactus esset eruditissimus Bimardus, maioribus litteris, ut sunt perscriptæ, publicandas curavit in Diss. I. Thes. Inscr. Murat. præmissa, et hunc Tullii locum ex iisdem censuit emendandum. Sed annalium maximorum, librorumve linteorum particulam se primum edere sibi persuasit, ignarus, obvia in Salustii edd. tria illa esse fragmenta, et pæne ad verbum a Freinshemio descripta Supplem. Liv. XCV. 7. et seqq. qui etiam illa

vidit, quæ Douza non ediderat, iisque utitur l. c. n. 9. licet nihil moneat. Apud Christinam Suecorum Reginam et ille vidit, et Js. Vossius, cujus verba leges in Bibl. Lat. Fabric. T. I. ed. Ern. p. 239. Ex ejus autem Reginæ Bibliotheca in Vaticanam commigrarunt; unde ab detritis duabus membranis descripsit ea diligentissime mihique longe optimum eorum exemplum dedit vir doctissimus Cajetanus Marinius. Pretium erit operæ, illustrem locum ex ipsis membranis proponere: *Deinceps monet, in laxiores agros, magisque pecurios (forte, pecuarios) ut egrediantur: ubi, priusquam refecto exercitu adesset Varinius, augetur numero selectis viris. Et propere nanctus idoneum ex captivis ducem, Picentinis, deinde Eburianis jugis occultus ad Naris Lucanas, atque inde prima luce pervenit ad Annii forum, ignaris cultoribus. Ac statim fugitivi contra præceptum ducis rapere ad stuprum virgines matronasque.* Sunt hæc apud Bimardum corruptissima. Melius a Freinsh. sunt lecta, neque tamen satis ad fidem membranarum expressa, d. n. 9. Utrique *Popilii forum* emendarunt, quum in membr. sit ANNI. in quibus est etiam MATR....o. Nos tuto dedimus, *matronasque*, ex Nonio, qui totum illud. *Ac statim* cet. ex Historiis Salustii protulit; vide T. II. ed. Haverc. p. 79. Insigne hoc Nonii testimonium illa omnia Salustii esse, ac Douzam vere divinasse demonstrat. GAR.» *Picentina juga* dicta a Picentia urbe in extrema Campania sita, unde via in Lucaniam ducebat. hodie iisdem in locis non procul sinu Salernitano pagus Vicenza et Vicentino fluvius eorum memoriam servant cfr. Mann. Geogr. Italiæ p. 755. Eburniani montes ab *Eburi* urbe derivandi esse videntur. Sed cum Plinio teste 3. 15. Eburi in media Lucania, contra Nares Lucaniæ quæ postea commemorantur, in ipsis finibus, in clivo *Alburni* montis sitæ essent, *Alburnis* jugis emendandum duxi. ille enim mons in confinio Lucanorum et Picentinorum ad Silarum fluvium et Auletam oppidum situs est. cfr. Philarg. ad Virg. Georg. 3. 146. et Cellar. Geogr. Ant. L. II. c. IX. p. 905. Forcell. s. v. neque fieri potuit, ut Salustius in tam accurata itineris fugitivorum descriptione in errorem induceretur. Sed cum in Ms. *Eburianis* manifesta sit lectio, neque facile exputaveris, annon consilio Spartacus copias ambagibus itinerum illum ad locum duxerit, rem in medio relinquo. *Forum Popilii*, quod adhuc legebatur, quamvis et tabulæ Peutingerianæ et Ptolemæi testimonio confirmatum sit, tamen et ipsum M. S. auctoritate refellitur.

quid quod ipsa inscriptio, quam laudant, cfr. Mannert. Geogr. Italiæ II. p. 146. ad finem hujus belli pertinere videtur? quod si recte statuitur, non potuit in Spartaci itinere describendo commemorari. Sed ex fine hujus fragmenti intelligitur, non recte Debrossium fecisse, quod verba *rapere ad stuprum* etc. ad Metaponti vastationem rettulerit. - 172. - *A rege Dardanorum* etc. Hæc in Dardanorum originibus illustrandis memorata. cfr. Strabo p. 568. 571. 580. Ed. Alm. id. p. 316. Plin. H. N. 4. 1. Aelian. V. H. 4. 1. Rer. Geogr. Kanne ad Conon. p. 60. - 173. - *Nam* etc. cfr. supra fr. 99. 72. cum quibus hæc conjungenda esse videntur. - 174. - *Ut in M. Mario, cum frac-ta prius crura, per artus expiraret.* (*artes* errore typothetarum expressum est) videtur aliquid vitii subesse; quod neque eo tollitur, quod *cui* a nonnullis emendatum est; neque medela, quam Debr. adhibuit, qui verba *in M. Mario* recidenda curavit, tanquam a grammatico essent adjecta. Neque eo explicatio fit expeditior, quod Rufin. hæc verba σαρκασμόν exprimere, et ad Sullæ crudelitatem illustrandam dicta docet. plurimum enim negotii facessunt verba: *fracta prius crura* interposita. Sed omnia aperta erunt, si *fractus* emendaveris, quod structuræ genus Salustio usitatum fuisse, jam verba supra laudata fr. 156. *sanctus alia* comprobant. quem ad locum Cort. Claudian. Stilic. 1. vs. 92. Seneca Cons. ad Marc. c. 25. et Gronov. atque Heins. ad h. ll. comparavit. Imo ap. Historicos hanc structuram esse frequentissimam multis exemplis grammatici docuerunt. cfr. Ruddim. II. p. 61. - 165. - *Tamen* corrige *Trium* (illud incuria correctoris expressum) significatur M. Antonius, ludibrii causa *Creticus* dictus, cujus filii C. Antonius, qui Macedoniam Proc. sortitus est; M. Antonius triumvir Cos., Cæsare mortuo, et L. Antonius cum M. Servilio Isaurico Cos. a. U. 713. ceterum admodum dubium num ipsius Salustii verba hoc in loco expressa sint; certe nonnisi pauca verba ipsius sunt; reliqua a glossatore addita. id quod inde intelligitur, quod in altero scholio nomen Salustii medium est interpositum. accedunt verba quam maxime insolita *contrarius piratis* quæ Salustiana esse non possunt. cfr. Cramer. ad Juvenal. Schol. l. l. - 176. - *Ille Conisturgin* hoc Celticorum caput dicitur, qui populus in Bætica provincia septentrionem versus sedes habuit. cfr. Mannert Geogr. Ant. I. p. 315. idem Strabo Rer. Geogr. pag. 141. Edit. Alm. Κονιστωργιν appellat. Sed Appian. Hispan. c. 57. nostram scripturam confirmat, sed eandem Cuneorum urbem dicit. cfr. Schweig. ad h. l. *apud legiones* pro *ad* positum statuunt.

cujus structuræ exempla rarissima, fortasse nulla. Sed mutatione non opus est. cfr. Lindem. ad Pomp. p. 396. Jam enim Asper hanc lectionem invenit et sic interpretatus esse videtur: *Conisturgim venit, quod oppidum apud castra legionum erat* h. e. non ad legiones venit Conisturgim, sed Conisturgim, quæ erat apud legiones.» videtur hic locus ad Sertorium pertinere, qui Romanis ad Anam fluvium fugatis Bæticam provinciam invasit. cfr. supra pag. 5. -177.- *In Hispaniam versus.* Cum Priscianus hæc verba ex Catilinario laudet, novum id est exemplum incuriæ grammaticorum, quorum diligentiam indocti laudant. cfr. infra fr. 180. -178.- *Mox tanta flagitia in tali viro* etc. hoc de Sulla vel de Mario dictum puta. cfr. Jug. 95. fin. -179.- *Qua accidam aut quo* hæc ex oratione supplicis excerpta esse videntur; dixerit aliquis hæc ex Adherbalis oratione Jug. c. 14. laudari, eoque Palmerii conjecturam confirmari, qui *accidam* legi jussit. Sed eo loco *accedere* et Codd. auctoritate, et ipsius sententiæ ratione defenditur.

-180.- *Imperii prolatandi percupidus* etc. Luculli ingenium his verbis illustratum puta. In alius enim ducis, cujus in Sal. Historiis mentio facta, personam non quadrant. *cetera egregius* de hac structura vide supra ad fr. 174. Sed hoc adjiciendum *cætera* apud optimum quemque scriptorem adjectivis jungi. cfr. Ruddim. II. p. 62. -181.- Cfr. supra fr. inc. 18. neque hæc pro genuinis Salustii verbis habenda. quo enim loco hæc laudantur (Serv. ad Georg. 3. 313.) Servius interpolatus esse videtur. -182.- *Speciem captæ urbis.* putaverim hoc ad piratas Cilices pertinere, qui cum per aliquod tempus Sinopem urbem defendissent, de salute desperantes direptam reliquerant. cfr. supra pag. 34. Plut. Luc. 23. Debr. Hist. R. R. L. IV. 466. -183.- *Dum paulatim* etc. ad bellum civile refert Debr. Sed hariolari videtur, nullis enim argumentis sententiam suam firmavit; rectius utique ad prœlium ad Caberam urbem pugnatum referas. cfr. Plut. Luc. 15. ἐκ δὲ τούτου συμπεσόντες ἀγωνίζεσθαι, πλειόνων ἑκατέροις ἀεὶ προσγινομένων. *bellum* enim non uno loco pro prœlio positum. cfr. Varro L. L. 6. 3. Liv. 44. 34. cfr. Cort. ad Sal. Cat. 9. ap. Justinum et poetas sæpissime. -184.- *Canina ut ait Appius* etc. «i. e. forensi, quæ sæpe alios lacessivit, aut laceravit lacessentes: imprimis de illis causarum patronis dici posse, qui omissis, quæ agunt, veluti canes invicem sese lacerant, jurgiaque causarum ad injurias suas commutant, patet ex nota 10. Savaronis ad Sidon. IV. Ep. 3. p. 233.

ubi plura de canina facundia, et forensibus rabulis, quasi rabidis legere licet. Hieronymus hoc dictum Appio tribuit variis locis et Epp. ad Minerium et Alexandr. ubi Erasmum legas. Quinctilianus XII. c. 9. Appium etiam auctorem facit. Sed Nonius, uti Lactantius, Appium ap. Salustium. Prudent. Hamartig. vs. 399." Cort. Sed perperam Editt. hoc de Cicerone dictum putaverant. Hoc enim Lactantii est judicium. Neque Ciceronis in Historiarum libris mentio fieri poterat, nisi in rogatione Manilia enarranda. Quare hoc de aliquo tribuno dictum puta; fortasse de Quinctio. -185.- *Nam talia etc.* — *in consultorem vertissent* videtur esse emendandum; cfr. supra Orat. Philippi init: *prava incepta consultoribus noxia esse* et Tac. Annal. 11. 37. verterat pernicies in accusatorem. Debr. *non cons. vort.* et *rerum pestem* legi jussit; utrumque falsum. nam *vertere* aliq. h. l. nullum sensum præbet, et alterum negligentia librariorum expressum. -186.- *Vizo. Stobos.* Macedoniæ oppida quorum alterum M. Lucullum cepisse, Stobis contra C. Curionem hiemasse Debr. statuit. quæ res ad liquidum perduci vix potest. -187.- *Cossutius* etc. Debr. nomen in *Cossinium* mutavit et *in proximo fonte* exprimendum curavit; contra libros. neque certius, quod idem hunc locum ad tribunum militum a fugitivis oppressum pertinere judicat. idem in sequenti fragmento -188.- *Quæ cis paucos dies juncta in armis sunt. sunt* in *foret* mutavit et ad bellicos apparatus Crassi contra fugitivos factos pertinere judicat. quæ neque affirmare neque refellere animus est. *cis* pro *intra* positum cfr. Plaut. Truc. 2. 3. 27. cis dies paucos; atque sæpius apud eundem. -189.- *Judicia bella atque paces.* hæc quoque verba ita abrupta, ut nihil certi de iis statuere liceat. imo dubium num conjungenda sint, necne.

-190.- De Istro Salustius exposuisse videtur, cum situm Ponti illustraret. cfr. fr. inc. 57. unde conjicias etiam Salustium de duplici hujus fluvii nomine exposuisse. cfr. Strabo Rer. Geogr. p. 304. 305. Ed. Alm. -191.- Pestis, de qua egit Salustius, inde ab anno 678 per plures deinceps annos sæviisse videtur. cfr. supra pag. 25. fr. 3. 11. et 12. cæterum in contextu *aërem* emendandum. -192.- *Nihil tam necessarium* etc. hoc in ipso libri initio Salustium dixisse credibile est, cum se rerum æqualium historiam scripturum esse professus esset. cfr. fr. 1. 34. imitatus est Salustium Vellej. 2. 18. Seneca de Provid. 5. Sulpic. Sever. 2. 3. -193.- *Turbinum* etc. cfr. supra fr. inc. 26. et 127. Videtur igitur Salustius hac

voce non modo in Charybdis natura illustranda usus esse, sed etiam in ventorum causis aperiendis eum multum fuisse putaverim. -194.- De Tigride et Euphrate Salustium eo loco egisse existimo, ubi de prima Luculli expeditione contra Tigranem exposuit, quod lib. IV. factum. -195.- *Pelorium.* hoc promontorium haud dubie commemoravit in freti Siculi situ describendo. lib. IV. adde fr. 202. 220. -196.- 197. et 200. 203. ad antiquitates insulæ Sardiniæ pertinent. cfr. Salmas. ad Solin. p. 99. lib. II. -198.- *Laudat Sal. duces.* hoc non ad Jug. c. 92. retulerim, sed in Sullæ victoria (cfr. Plut. Sulla 19.) Orchomenia celebranda hæc dici poterant. Sed cum hoc ab hujus temporis historia remotius esset, quam quod fusius enarrari posset, cum Douza intellige Brutum a Pompejo Mutinæ obsessum et nullo prœlio commisso ad deditionem compulsum cfr. Plut. V. Pomp. c. 16. -199.- Etiam in belli piratici origine enucleanda Salustius ab antiquissimis inde temporibus latrocinii causas repetivisse videtur. -201.- *Dardania* cfr. supra inc. 172. quæ duo fr. haud dubie eadem sunt. -204. *Salustius ait.* „idem mos veteribus Gallis atque Germanis. adposite Stat. IV. Silv. 7. 43: Crescat in mores patrios: avumque provocet actis. Tu tuos parvo memorabis enses, quos ad Eoum tuleris Orontem." Cort. cfr. Hess. ad Taciti Germ. 3. 6. -205.- *Orion ut Sal.* cfr. Debr. Hist. R. R. II. 686. ubi laudatur Lalandii Epistola, qui de Orionis ortu accurate exposuit. -206.- *Cales civitas est Campaniæ* recte Vossius ad Melam p. 186. pro *in Gallia. in Gallæcia* emendat; in Gallia enim nulla urbs hujus nominis in ea regione sita est, quam Perperna peragravit. cfr. Mannert. Geogr. Hispan. p. 345. Edit. 1829. cæterum hæc verba apud Servium in Aen. 7. 728. (ita emend.) non uno loco corrupta sunt. -207.- *Getæ sunt Mysii.* cfr. supra pag. 32. -208.- *Trojano tempore* etc. hoc fragm. cum simili ap. Serv. Aen. 1. 260. jungendum et ad Sardiniæ, Siciliæ et Corsicæ antiquitates pertinet. -209.- *Curribus falcatis.* cfr. supra fr. 73. -210.- *Vices* i. e. pugnas etc. Cortius Servium ad Jug. 59. hoc referre existimat; licuit et laudare fragm. inc. 85. Sed nullum certum locum Servium significasse putaverim. -211.- *Medio ponto* etc. ad Cretam hoc pertinere probabile. Cretæ mentionem a Salustii historiis non alienam fuisse supra memoratum est. cfr. fr. inc. 66. -212.- Contulerunt interpretes Græca: ἀκμάζον θέρος καὶ παρακμακός. -213. 214.- Cfr. fr. inc. 135. et quæ ibi laudavimus. -215. 216. 217.- Cfr. fr. 72. -218.- Cfr. supra fr. inc. 194. nam eodem loco hoc

commemoratum putaverim. -219.- Cfr. supra p. 16. -220.- Cfr. fr. inc. 195. -221. 222.- Cfr. 196. -223.- *Pyrrhus* etc. hoc fragmentum nullum esse recte Frotscherus monuit. Sed Pyrrhi mentionem esse factam in lib. Hist. infra videbimus. -224.- *Non tu scis* etc. Metrodori legati hoc responsum fuisse Debr. judicat, qui a Mithridate ad Tigranem missus, ab eoque de fœdere, ad quod jungendum vocabatur, faciendo consultus, hoc Tigrani dissuasisse dicitur. cfr. Plut. Luc. 22. -225.- *Vitabundus*. cfr. fr. 4. 18. Spartaci vel Sertorii personæ hæc conveniunt. — Accedunt pauca fragmenta post absolutum volumen primum aut a me ipso, aut ab aliis collecta. -226.- *Nimiumque partium decus in mercedem corruptum erat* l. 1. hæc ex Arrusiano Messo laudata ap. Burm. in Anthol. Latina Tom. I. p. 173. Aliud Arrusiani exemplum alio esse copiosius jam diu comperi. Autographon hujus Codicis præstantioris in bibliotheca Neapolitana latitat; ejus exemplum Lugdunum Batavorum delatum, cujus Varr. lectiones frustra mihi parare studui. Ex eodem exemplo Ruhnk. ad Vellej. pauca citavit, de quibus infra. *in mercedem* finem rei exprimit auctore Arrusiano. hæc de Sulla dictum puto, qui initio nobilium causam defendisse videbatur, postea autem avaritiæ et crudelitati sociorum servire coactus est. cfr. Orat. Lepidi. -227.- *Profectionem festinantes* Corn. Front. s. v. *festino illud.* hoc spectare videtur ad Catulum et Lepidum Coss. qui a senatu jussi celeriter urbe profecti sunt. cfr. fr. lib. 1. 20. -228.- *Etruria omnis cum Lepido suspecta in tumultum erat.* ap. Arrusian. eodem loco ut fr. 227. haud dubie hoc quoque ex libro 1. Hist. sumptum est. -229.- *Auctumni frumenta* v. ap. Porphyr. ad Horat. Ep. 1. 10. 40. Sed ibi hæc verba non exstant. Neque hæc pro certis habeo. -230.- *Omne jus in validioribus esse.* ap. Corn. Front. de orat. L. II. pag. 266. videtur hoc idem esse cum fr. sequente. -231.- *Et relatus inconditæ olim vitæ mos, ut omne jus in viribus esset.* ap. veterem scholiasten Lucani ad Pharsal. 1. 173. videtur hoc ad Sullanas proscriptiones pertinere. -232.- *Atque omnis Italia animis discedit.* idem ad Pharsal. 3. 632. *armis* emendandum esse existimo. *animis disc.* vix Latinum est. pertinet hoc ad finem tumultus Lepidani. -233.- *Pyrrhus interemptus fuit in æde Dianæ a quadam muliere.* ap. Cæcil. Apulejum de Orthographia §. 16. Edit. Osann. Pyrrhi mentionem factam esse puto in descriptione Italiæ inferioris ubi de fugitivis expositum est. -234.- *Staphylus primus docuit vinum aqua misceri* ap.

Cæc. Apulej. de Orth. §. 12. cfr. Serv. ad Virg. Georg. 1. 8. Munker. ad Hygin. fab. 129. et 272. et ad Fulgent. p. 31. hujus rei mentio fieri potuit eodem loco, quo de Aristaeo exposuit. lib. 2. Histor. initio. -235.- *Salustius quoque auctor est, occultam potentiam deum vocari fatum.* cfr. Interpp. Virgiliani Edit. Maji pag. 33. Sed hoc nullum est. laudat enim grammaticus ad sententiam suam confirmandam aliud fr. inc. 78. *ut tanta repente mutatio non sine Deo videretur.* Itaque VIII. sola fragmenta ex XLIV. quæ nova sibi invenisse visus est nuperrimus Salustianorum fragmentorum editor, a me omissa fuerant. reliqua vel antea nota, vel ex Catilina et Jugurtha excerpta, vel nulla sunt. quod ex Servio laudavit ad Aen. 7. 30. *parte conditor orbis terrarum* ibi *pesti conditos* emendandum est ex Codd. locus in Ep. Mithrid. ad Arsacen legitur. Neque quæ verba ex Servio ad Eclog. 2. 17. *virtuti satis credebant*, laudantur pro novo fragmento habuerim, cum Jug. 106. *virtuti suorum satis credere* simillima sint. -231.- *Maturrimum* est in *Placidi* glossis ineditis in Cod. Ms. bibliothecæ Hamburgensis. ceterum *maturrime* in Orat. Philippi legitur, ita ut immerito hoc pro novo fragmento habueris. eadem vocabuli *interea* ratio; quod nuperrimus editor ex Servio laudavit ad Aen. 10. 533. (corrige 833.) ibi enim hoc solum dicitur, *interea* apud poëtas eandem vim habere, quam ap. Salustium: *eodem tempore.*

-236.- *Bellicæ rei sciens* hist. 2. ap. Arrusian. Mess. Elocutionum libello M. S. s. v. *sciens* cfr. Ruhnk. ad Vellej. 2. 88. p. 365. -237.- *L. Hostilius Dasianus inquies animi* hist. 4. ex eodem libro v. Ruhnk. ad Vellej. 2. 68. p. 300. cognomen videtur esse corruptum; nam apud nullum unquam scriptorem, quantum equidem scio, ejus fit mentio. -238.- *Sciens horum* inc. ex l. l. cfr. Ruhnk. ad Vellej. 2. 88. p. 365. Sed hoc tantummodo schema structuræ esse videtur, cujus exemplum fr. 236. erat. -239.- *Eo redeunte domum salutaretur apud ædem Bellonæ.* hæc ex Interpp. Virgil. a Majo editis Nardinius laudat p. 230. cfr. l. l. p. 43. Maji conjectura de numero libri pessima. No. 82. -240.- *Ne qua contumelia* Donat. ad Terent. Eunuch. 4. 7. 1. -241.- *Urbe patriaque extorris* C. Fronto s. v. *extorris* ita ante editum fuit. Sed idem ap. Majum *orbe terrarum ext.* quo in fragm. supra Lib. 2. 6. perperam verba *patriaque* interposita sunt. quæ fuit causa, ut *orbe terrarum* a Majo emendata putarem. Sed cum *patria extorris* in Jugurtha legatur c. 14. duo diversa loca grammaticum notasse puto, *patria ex-*

torris et *orbe terrarum extorris* quæ a librariis corrupta sunt. -242.- *Fœnoribus coopertus.* non *facinoribus* emendandum. cfr. Gell N. A. 2. 17. 7. ubi nulla lectionis varietas. adde 4. 17. 7. ubi aliquot editores tacite facinoribus reposuerunt. cfr. Cat. 23. *flagitiis atque facinoribus coop.* Jug. 14. *coop. miseriis.* Liv. 39. 15. *coopertus stupris suis et alienis.* ex quibus locis manifestum est, *coopertum* fere idem dici, quod, *contaminatus*, ita, ut etiam *fœnus* tanquam res turpis commode cum hac voce jungi posset; jam pluralis numeri vix aliud exemplum invenias; sed talia Salustio usitata sunt. -242.- *Ille subsidiis principes augere et densere frontem.* l. 3. hæc ap. Eutychem de discern. conjugat. p. 2184. legi animadvertit Debr. equidem sero inveni. -243.- *Tenebat* «defendebat et est militare verbum ut etiam Salustius dicit. unde e contrario loco motos dicimus Serv. ad Aen. 8. 653.» -244.- *More humanæ cupidinis ignara visundi* ap. Gell. 9. 12. 22. eadem Nonius Marcellus II. 465. ex bello Jugurthino laudat. id quod antea me induxit, ut crederem, hæc verba a librariis esse depravata et ad bellum Jugurthinum esse referenda. Sed multo est probabilius, ea ad rem similem pertinere; nam etiam in historiarum libris Liguris alicujus audacia celebrata fuerat, qui Danubium primus detexerat. cfr. fr. 3. 36. inc. 93. -245.- *A quo* (scil. Dario) *Artabanes originem ducit*; *quem conditorem regni Mithridatis fuisse confirmat Salustius Crispus* ap. Ampelium Lib. Memorab. c. 30. -246.- *Senecta jam ætate* Serv. ad Aen. 11. 165. ad Metellum senem luxuriæ deditum hoc referunt. -247.- *Nisi seque et suos milites . . . . . . præparasset.* apud Veget. de re mil. I. 9. extr. cfr. Corte ad Lucan. I. 209. -248.- *Citra Padum omnibus Lex Lucania fratra erat.* Cledon in arte pag. 1934. Debros. qui hoc fr. ad fugitivos pertinere statuit, ita explicat: Hist. Reip. Rom. 3. 159: «declarant que la loi Lucanienne seroit commune à tous ceux, qui habitoient en deça du Pô, qu'ils participoient aux mêmes privilèges, et seroient également admis dans la confrairie;» quod ex verbis, quæ nunc leguntur, elici non potest. Sed fugitivos vel potius Salustium voce *fratra* usum esse, ut illorum societatem designaret, vix putaverim; Strabo quidem auctor est. Lib. V. pag. 246. Ed. Alm. Neapolitanos vel tum Φρατρία pro Curia dixisse, sed quid hoc ad Spartacum? -249.- *Bella — atque paces exercebant* Cledon. in arte. p. 1898. -250.- Ἄζιλις, πόλις Λιβύης οἱ δὲ περὶ Σαλούστιον οὐ πόλιν,

ἀλλὰ τόπον φασὶ καὶ ποταμόν εἶναι hujus urbis mentio facta, ubi de rebus a Sertorio in Africa gestis a Salustio actum erat. -250.- ἀλλὰ τοὺς περὶ γάμων καὶ σωφροσύνης εἰσηγεῖτο νόμους τοῖς πολίταις (scil. Σύλλας) αὐτὸς ἐρῶν καὶ μοιχεύων ὥς φησιν Σαλούστιος ap. Plut. Compar. Lys. c. Sulla c. 3. potest hoc referri ad Jug. c. 95. sed verisimilius est, hoc accuratius in Sullanis moribus illustrandis fuisse expositum hist. lib. 1. -251.- Σαλουστίου δὲ θαυμάζω τότε πρῶτον ὦφθαι ῥωμαίοις καμήλους λέγοντος. ap. Plut. V. Luc. c. 11. -251.- Σαλούστιος μὲν οὖν φησι χαλεπῶς διατεθῆναι τοὺς στρατιώτας πρὸς αὐτὸν, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ πολέμου πρὸς Κυζίκῳ καὶ πάλιν, πρὸς Αμισῷ δύο χειμῶνας ἑξῆς ἐν χάρακι διαγαγεῖν ἀναγκασθέντας, id. l. l. c. 33. *)

---

*) Multa alia fragmenta, quæ vel novissimus editor iterum pro Salustianis exprimenda curavit, eo omisi, quod falsa sunt. v. c. I. 67. *illuminantes forum* idem cum fr. 21. l. 3. ubi *illum nautis forum* Nonius pro varia lectione habet. fr. I. 51. Ammiani Marcellini, I. 52. Servii verba sunt. fragm. 6. Lib. 2. ex Plutarcho laudavit, sed eodem jure totam Sertorii vitam Salustianam ei dicere licuit. Jam fragmentum 70. Lib. II. unde exscripserit, nescio; verba, hæc sunt: *Nam ex aëris et aquæ corruptione frugibus infectis gravior etiam animantibus pestilentia coorta est.* Nonium laudavit XVIII. 9. ubi nullum ejus vestigium. Neque apud Servium, qui sæpius de pestilentiæ causis exponit, hæc verba leguntur. Jam pestem a Salustio esse accuratius descriptam, ipsius Servii testimonio confirmatum est. cfr. supra fr. inc. 191. sed verba a Debrossio laudata non habet. Nisi igitur ex Arrusiano Messo hæc laudata esse statuendum est, haud scio an ex Servii et Virgilii verbis hoc frag. a Debrossio compositum sit. — Neque certius est fr. 81. L. II. *ostium* quod Dion. Cassii auctoritate Lib. 36. confirmatum statuit. Aliud fragm. est 84. lib. 2. *Ille vere portu solvit, postquam Sidetarum paronas exarmasset, Rhodis enim auxilium laturi venerant.* hæc ex Suida petita s. v. παρῶναι eaque ex Polybio hausta esse judicavit Valesius. fragm. 143. *Eos qui malum publicum clandestinis consiliis comparaverunt* ap. Non. 4. 64. in Edit. Godofredi Sisennæ tribuitur Lib. 3. fr. 11. *Metrophanes promeruit gratiam Mithridatis.* ap. Isidor. 2. 21. cfr.

supra ad 3. 17. pag. 91. ne certum quidem est, hæc ex historico laudata esse, nedum ex Salustio. Lib. 3. 36. cfr. inc. 198. unde hæc verba sumpta sunt. id. 3. 54. *Tum primum visi Romanis cameli.* hæc ex Græcis Plutarchi versa. V. Luc. 11. — id. 3. 57. laudat *tempestatum* pro fragmento quod Servius ad Georg. 1. 27. monuit: *tempestatum* quod ap. Virgilium est, posse videri pro *temporum* dictum, ut ubique apud Salustium; unde novum quoddam fragmentum fingere, ridiculum, quod *tempestas* innumeris locis hac significatione ap. Salustium occurrit. Verba: *duci probare* lib. 3. fr. 120. quæ ex Quinctiliano VIII. 6. laudantur, ibi non leguntur, neque incerta pro certis reponere ausus sum. verba: *unde hoc tulit colorem* l. 3. fr. 122. Servii non Salustii esse, jam diu animadvertit Burmannus. l. 3. 148. vide supra nostrum Comment. P. I. pag. 22. l. 3. 152. idem 4. 16. iterum verba ex Catilina inter Salustiana fragmenta refert. cfr. Catil. 59. insulsius etiam quod l. 4. 34. verba *longe a continenti* pro Salustianis laudet, cum Servius ad Aen. 3. 104. id solum commemoret, verba *medio in Ponto* secundum Salustium posse intelligi longe a continenti. unde manifestum est, Salustium aliquo in loco *medio in Ponto* usurpasse, ut insulæ procul a continenti remotæ situm describeret. cfr. fr. inc. 211. fr. 4. 81. 48. ex bello Jugurthino petitum Jug. 73. Neque *labos* 4. 59. pro peculiari fr. poni poterat, cum Serv. in universum moneat, hac terminatione usum esse Salustium, eaque sæpius in Catilina et Jugurtha occurrat. — 4. 72. *nam habet universa quæ prehendit* Servii verba sunt ad Aen. 3. 421. 4. 74. cfr. fr. inc. 220. *succedere* 4. 79. ap. Serv. 8. 125. (non 425.) ex fragmento jam supra laudato repetitum. cfr. Serv. ad Eclog. 5. 6. et inc. 138. — fr. 26. l. 5. ex Plutarcho in Latinum translatum. V. Luc. c. 33. de fr. 27. et 34. cfr. fr. inc. 212. — fr. 58. lib. 5. *qui rempublicam salvam vult me sequatur.* hæc Debr. laudat ex Prisciano X. 688. sed ibi non leguntur; neque hæc pro Salustianis, habeo. etiam 59. *Senati quidem.* ap. Charis. 1. 40. Cledon. 1930. pro fragmentis laudari non possunt, cum non uno loco in Catilina et Jugurtha legantur. *Feroces Dalmatas* ap. Tertull. de Anima p. 313. idem cum verbis *genus armis ferox* esse videtur. Cetera quæ ex recens additis omisi, aut in mea editione jam expressa sunt, aut ad Catilinam et Jugurtham pertinent.

DE ORDINIS RERUMQUE DISPONENDARUM RATIONE, QUAM SALUSTIUM IN V. HISTORIARUM LIBRIS SECUTUM ESSE VERISIMILE EST.

Lib. I.

Res duorum annorum 676 et 677 p. U. C. continet.

Brevis argumenti, quod scriptor tractandum sibi sumpserat, expositio. I. 1. inc. 34. Sequitur historicorum, qui antea in Romanorum rebus scribendis elaboraverant, recensio; et quid Salustius ipse secutus sit, enarratur. I. 2. 3. 4. 34. inc. 192. de statu reipublicæ exponit. I. 5. 6. 7. de seditionum causis. 8. 9. de Gracchis, postremis earum auctoribus inc. 43. 158. accensæ sunt Marii Sullæque inimicitiis,*) bello sociali, Cinnano tumultu I. 71. inc. 84. 147. inde ortum primum bellum civile I. 61. inc. 7. 21. 42. 52. proscriptiones I. 10. inc. 174. novus discordiarum auctor

*) Quamvis in fragmentis nulla esse videatur significatio, unde conjicias, hæc quoque Salustium attigisse, tamen per se patet, hæc ab eo omitti non potuisse. Cæterum, quod jam sæpius monui, Salustium in Historiarum libris ordinem annorum secutum esse statuo, cujus rei cum multa alia sint testimonia, quæ passim notavimus, tum accedit hoc, quod omnium bellorum, quæ in diversis orbis Romani partibus his duobus annis gesta sunt, primo Hist. libro facta erat mentio. Aliud argumentum est hoc quod, cum, Lepidi mors in sequentem annum inciderit, Gellio et Nonio auctoribus, Sardiniæ descriptio in secundo libro fuit. Cæterum quod Salustius aliter quam in Catilina et Jugurtha fecerat, in Historiarum libris narrationem magis ad accuratam temporis notationem conformavit, hujus consilii causam et rerum, quas scripturus erat, varietatem, et antiquorum scriptorum exempla putaverim. Catilinæ enim atque Jugurthini belli alia erat ratio; in his enim libris res P. R. carptim scriptæ erant. Sed historia, illorum temporum, ubi domi militiæque tot et tam variæ res brevi temporis spatio gestæ fuerant, accurate scribi non poterat, nisi adjecta diligenti temporis notatione.

M. Aemilius Lepidus; inc. 113. turbulentæ ejus conciones I. 15. propugnator optimatium Q. Lutatius Catulus I. 28. inc. 10. 129. fœdus cum Gaditanis junctum inc. 59. cfr. 1. 24. Sullæ mors et de ejus moribus judicium inc. 178. cfr. Plut. Comp. Lys. c. Sulla c. 3. Novus discordiarum civilium metus. I. 20. Lepidus in Etruria bellum parat I. 13. 19. 36. 63. 72. inc. 6. 14. 15. 137. 154. exercitum urbi admovet. I. 19. p. 221. initio. Pompejus Brutum Mutinæ obsessum tenet I. 60. inc. 198. studia partium suscitantur. I. 70. 73. inc 32. gravis Philippi in dubium senatum oratio I. 19. Catulus cum exercitu contra Lepidum profectus, ad Cosam urbem victum Italia cedere cogit. I. 21. 23. inc. 88. Comitia consularia I. 17. Servilius Proc. in Ciliciam profectus piratas vicit. inc. 28. I. 55. 57. 58. 66. Appius, Macedoniam provinciam sortitus, bellum parum prospere gerit. I. 26. 29. 31. 32. Gravis senatus cura ob bellum atrocissimum, in Hispania a Sertorio concitatum I. 12. 21. 46. inc. 139. Ejus ingenium inc. 65. 94. res antea in Hispania et Africa gestæ I. 60. 53. inc. 2. 135. 213. 214. 164. I. 42. 43. 48. 49. 52. 54. 58. 59. 65, 38. 27. 75. inc. 145. 142. cfr. Plut. V. Sertor. c. 612. Hispanorum mores et in Sertorium studia. 104. 133. 204. Pompejus in Hispaniam Metello auxilio missus inc. 106.

Lib. II.

Res annis 678 et 679 p. U. C. gestas continet.

Sardinia, Sicilia et Corsica insulæ a Lepido et Perperna tentatæ. Earundem situs et antiquitates II. 1. 15. 16. inc. 221. 38. 41. 157. 208. 222.

Nam et discordiæ domesticæ bellis externis accensæ, et eo potissimum res Romana in summum discrimen adducta est, quod in pluribus provinciis eodem tempore belli furor exarsit. Ut igitur turbulenta tribunorum plebis consilia, senatus constantia et ducum virtus illustraretur, ad id erant legentium animi advertendi, quanta pericula et labores P. R. simul obierit. Cui quidem consilio ipsum operis initium consentaneum, ubi consulum nomina non sine causa addita sunt. Nihilo minus tamen multa singulis libris intexta, quæ ad aliud tempus pertinent. Cum enim Salustius in occultas rerum causas inquirere soleat, inde cujusvis rei narratio erat repetenda.

203. 196. 197. Lepidi mors I. 37. *) inc. 132. Pompejus Hispaniam ingreditur II. 3. 26. **) Sed dolis eum Sertorius deludit. II. 7. 27. anno postero multa prœlia pugnata II. 8. 12. 30. 41. 42. 43. 44. 45. 50. 52. inc. 25. 28. 62. 78. 86. 119. 141. 150. III. 27. cfr. supra p. 16. pars Macedoniæ in deditionem venit. II. 22. Dardania a Curione vastata II. 14. inc. 57. In urbe terræ motibus animi religione pleni; et gravitate annonæ inc. 26. 12. 193. seditiones exortæ. Curio senatus causam defendit II. 19. 35. III. 42. Cotta populi gratiam captat. inc. 17. 219. Servilius, bello varia fortuna per triennium gesto, Ciliciæ provinciæ, partem Pamphyliæ, Lyciam et Isauriam adjecit II. 23. 24. 32. 39. inc. 90. 95. Nicomedes, Bithyniæ rex,

---

*) Qui IIdi libri fuerit ambitus, difficile est ad dijudicandum. Cum enim Lepidi exitus, bellum Sertorianum, seditiones domesticæ C. Cottæ clementia compositæ, bellum in Macedonia C. Curione duce gestum, belli Mithridatici initium hoc in libro narratum fuisse, ex fragmentis colligi posse videatur, contra Clodiani consulatus in quarto libro mentio fieret, vix unius anni rebus in tertio libro locus est. Sed nemini credo hoc credibile. Accedit, quod aliquot fragmenta III. libri manifesto ad res pertinent, quas sequenti libro narratas esse, ex aliis fragmentis conjicias. cfr. 3. 6. 15. 17. 18. 24. quæ ad belli Mithridatici initium spectant. sunt alia, quæ nonnisi libro secundo vel quarto locum habebant, et ap. grammaticos ex tertio laudantur. cfr. 42. et 37. Unde sequitur, librorum numeros, ut nunc sunt, vel ab ipsis grammaticis, vel a librariis, vel ab Editoribus parum diligenter esse notatos. Ne igitur Salustium insimulemus, rerum seriem mirum in modum turbasse, ordo narrationis non ad corruptos numeros, sed ad internam rerum juncturam et temporis decursum constituendus est.

**) Ex his duobus fragmentis colligi posse videtur, Pompejum Octavio et Curione Coss. Hispaniam provinciam obtinuisse. Neque verisimile videtur, ante Lepidi mortem Perpernam in Hispaniam profectum, et Pompejum Metello auxilio missum esse. Quod si pro certo statuitur, reliqua non quadrant. Fieri enim non potest, ut Pompejus demum L. Octavio et C. Cotta Coss. in Hispaniam pervenerit.

Romanos regni heredes instituit II. 18. Mithridates bellum contra Romanos parat II. 37. 29. *)

Lib. III.

Res annis 680 *et* 681 *p. U. C. gestas continet.*

Tribuniciæ procellæ a Quintio inc. 148. 184. et Licinio excitatæ. III. 22. 4. 12. 34. Sertorii res inclinatæ III. 2. 5. 31. Dianium caput belli maritimi. III. 21. Pompeji exercitus fame laborat. III. 11. inc. 46. Sertorii invidia et mors II. 40. 43. 45. inc. 81. A Curione in Macedonia res prospere gestæ III. 36. IV. 13. 14. **) inc. 91. 172. 201. Mithridatis origo inc. 245. III. 9. ***) exercitus opesque. inc. 18. 55. 101. 187.

---

*) A. U. 679 Nicomedem regem esse mortuum satis constat, quare jam hoc libro de testamento ab eo facto expositum fuerat. id quod locus, quem supra laudavimus, confirmare videtur. Eadem de causa Mithridatem tum primum de bello Romanis inferendo cogitasse puto. Cujus rei auctores ei fuerunt L. Magius et L. Junius, qui aut ex Fimbriana seditione in Asia restiterant, aut Appiano auctore Mithr. 88. a Sertorio in Asiam dimissi erant, ut Mithridatem ad bellum Romanis inferendum magnorum præmiorum spe impellerent. Societas igitur inter Mithridatem et Sertorium vel hujus anni exitu, vel sequentis initio juncta esse videtur, sed bellum nonnisi tertio anno post inceptum; sequens enim annus totus in bello parando consumptus esse videtur.

**) Hæc fragmenta hunc ad locum rettulimus, quod lib. IV. Curionis mentio fieri vix potuit, quippe ubi de Luculli triumpho, qui post Curionem Macedoniam curaverat, expositum erat.

***) Hæc fragmenta certissimo sunt argumento, de Mithridatis genere et majoribus hoc demum libro accuratius fuisse expositum. fragm. enim III. 9. ad ejus proavum pertinere, bene Debr. animadvertit. cfr. Plutarch. Demetrio. 4. Cæterum nemo sibi in animum inducat, ut putet, primum et secundum bellum Mithridaticum a Salustio in hac digressione fuisse enarratum. Sed paucis his de rebus agere necesse fuit, ut tertii belli causa et ratio esset manifesta.

legati ad Sertorium III. 17. inc. 112. de situ Ponti inc. 63. 29. 72. 82. 99. 100. 124. 173. 189. 162. 215. 216. 217. Lucullus et Cotta ad bellum proficiscuntur. Cotta victus Chalcedonem confugit, classis capta. III. 38. (cfr. Appian. b. Mithr. 71.) inc. 76. discordiæ cum quæstore III. 30. inc. 83. Luculli exercitus; Fimbrianæ legiones. Lucullus ad Cyzicum pergit. III. 24. 6. 15. 18. 41. inc. 19. 134. 160. III. 44. inc. 40. III. 19. Mithridatis classis tempestate et virtute Cyzicenorum male habita repellitur. III. 16. 19. 54. Antonius bellum contra Cretenses parat. 39. inc. 175. Cretæ descriptio. inc. 66. 103. gladiatores ingens bellum in Italia movent. III. 3. 26. inc. 122. 136. 140. 143. 146. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 187.*)

Lib. IV.

Res annis 682, 683 et 684 p. U. C. gestas continet. **)

Atrocissima cum fugitivis prœlia IV. 23. 26. 32. eorum discordiæ 16. 19. Crassus dux eligitur IV. 2. fugitivi in Bruttium agrum et Lucaniam redeunt. IV. 28. 29. freti Siculi descriptio IV. 38. inc. 67. 97. 118. 217. 202. 220. gladiatores victi inc. 110. belli Sertoriani finis inc. 65. Calaguritani III. 10. IV. 11. Pompeji et Metelli reditus inc. 68. IV. 25. Seditiones domesticæ IV. 1. 17. 42. tribunicia potestas restituta. inc. 44. 64. res contra Cretenses male gestæ. IV. 18. 37. inc. 47. Cyzicum obsidione liberatum. IV. 15. inc. 109. Mithridatis classis facit naufragium. inc. 76. 134. IV. 3. Lucullus mari hostes vincit. inc. 128. in Pontum progreditur inc. 4. urbes capit. IV. 10. 41. Amisus oppugnatur. IV. 8. Sinope capta. inc. 183. Clodius

---

*) Fr. 37. ad hunc librum referri non potest, quod ad posterum annum pertinet. Ceterum bellum gladiatorium exitu anni 680 ortum esse statuo; cum enim bellum in quartum annum extractum sit cfr. loca p. 31. jam Lucullo et Octavio Coss. cum fugitivis pugnatum esse, per se patet.

**) Cfr. supra Comment. ad Lib. IV. 1. Cæterum in Ausonii Popmæ nota, quæ ibi laudatur, annorum numeri et Coss. nomina minus accurate adscripta sunt; adjiciendi Pompejus et Crassus Coss. et numeri iidem, qui supra, exprimendi.

legatus ad Tigranem missus IV. 26. Mithridatis legati ad eundem. inc. 223. Lucullus Armeniæ bellum infert IV. 20. Armeniæ descriptio inc. 194. Tigranis arrogantia. inc. 45. pugna ad Tigranocerta. IV. 62. inc. 69. 73. 209. Mithridatis ad Arsacen epistola. IV. 12.

Lib. V.

Res annis 685, 686 *et* 687 *p. U. C. gestas continet.*

Seditiones in exercitu Luculli a Clodio motæ. V. 5. 2. Mesopotamiæ descriptio. inc. 120. 194. 218. res ob militum socordiam male geritur V. 4. inc. 55. Cilicia provincia ad Marcium translata. V. 1. Lege Gabinia bellum piraticum Pompejo gerendum demandatur V. 6. 7. 8. 9. idem in Phrygia Lucullum convenit inc. 24.

INDEX FRAGMENTORUM SALUSTIANORUM.*)

A.

*) Indicem a Viro Clarissimo Bardilio summa cum diligentia confectum, adjicere placuit, uti, qui nostram editionem cum aliis conferre cuperent, hoc adjumento uterentur.

L.

M.

S.

INDEX HISTORICUS.*)

A.

*) *C.* Catilinarium. *J.* Jugurthinum bellum. *H.* historiarum fragmenta significat.

C.

D.

E.

F.

G.

---

*) H. l. *C. Herennulejus* legendum esse censuit Garaton. ad Balb. c. 2. p. 125. cfr. Juvenat. p. XLV. fragm. Liv. Sed mihi quidem res etiamnum admodum dubia videtur.

I.

M.

O.

P.

*



INDEX LATINITATIS.

A.

odio vacuus C. 57. libera ab auctoribus patriciis suffragia H. III. 22. p. 234. vastus ab natura et humano cultu J. 48. metus a Tarquinio H. I. 8. dictum a gubernatore Hannibalis H. inc. 195. illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadet H. I. 19.

Abdere se alii, alii arma capere J. 38. abdita loca scrutari J. 12. in abditam partem ædium secessit. C. 20. abditæ regiones J. 38.

Abdicatus magistratu C. 47.

Abducit in prætorium J. 8. in agrum Pistoriensem C. 57.

Aberant a periculis C. 6. ab Roma 40. aberat a flumine mons millia passuum XX. J. 48. Vaccam non amplius mille passuum J. 68. præter idoneum ducem nihil abest ad subvortundum imperium H. I. 19. p. 220. *Absens* consul factus est. J 114.

Abibis haud repulsus J. 110. abierat præceps luxuria C. 25. abiit profugus ex Africa J. 35. abeunt auxilio noctis integri J. 53. diversi in locos difficiles J. 87. mœstus e conspectu abit J. 68. ad Bocchum in Mauritaniam J. 62. hostes inultos abire sinat. J. 58. abire castris jubet J. 107.

Abjuraverat creditum C. 26.

Abnuentes omnia J. 68. pacem neque abnuere neque polliceri J. 47. probare partim, alia abnuere J. 83. abnuere de nullo negotio audebat J. 84. abnuente Tigrane H. IV. 12. p. 240. abnuentibus paucis H. I. nihil sibi abnuituros H. I. 36.

Absolvam paucis de C. 4. paucis verum C. 38. multa paucis absolvit H. I. 2. absolvit cura familiari tam parva res H. III. 22. p. 235.

Abstinentia largitioni opposita C. 3. cum innocente abstinentia certabat C. 54.

Abstinetur tergis H. III. 22. p. 236. ignavia eos ab armis abstinuit. H. IV. 12. p. 240.

Abstractus in pravum J. 29. in partis J. 41.

Absumptus morbo J. 5.

Absurdum, bene dicere haud a. est. C. 3. ingenium ejus haud a. C. 26.

Abunde pollens J. 1. omnia C. 22. a. mala. C. 21. a. præsidia J. 14. a. libertatem rati H. III. 22. p. 236. a. dictum puto J. 85. fin. parentes a. habemus J. 102.

Abuti divitiis C. 13. socordia H. I. 15.

Ac frequens ap. Salustium initio. Ac mihi quidem C. 3. ac si jam J. 85. ac primo J. 53. ac ni J. 56. ac fuere J. 106. ac deinceps J. 18. contra ac C. 60. juxta ac C. 37. proinde quasi — ac non perinde J. 4. alius ac J. 15. pariter ac 99. nihil dolo factum ac magis calliditate J. 107. ac statim J. 36. ac maxume J. 35. ac deinde H. I. 1. ac tum demum J. 46.

Accedam quo J. 14. et 113. ad urbem C. 48. ad provinciam J. 25. loca hostiliter J. 20. imperatori plus spei J. 44.

Accendere animum C. 20. — an. pollicitando J. 8. vehementius J. 102. oratione J. 81. præmiorum spe H. III. 36. an. ad virtutem J. 4. studia hominum C. 23. aliquem pro honore et contra aliq. J. 64. pollicitationibus J. 20. libido accensa C. 25. natura serpentium siti J. c. 17. plebs J. 73. ingenium contumelia J. 82. discordiæ H. I. 19. p. 221. ad dominationem accensus J. 31. p. 117.

Accipere i. e. audire cognoscere; volentia J. 73. cfr. C. 6. 21. J. 85. 81. 19. 20. 9. 10 29. orationem J. 22. de bello J. 21. signum aut imperium 97. in deditionem accipi J. 29. in regnum J. 10. beneficia 96. C. 6. fœdera J. 14. otium cum servitio H. I. 15. injuriam C. 9. fidem C. 44. mercedem J. 85. nobilitatem ibid. vulnera 101. nuncium J. 28. nomen imperii H. III. 11. homo acceptus popularibus J. 7. 12. J. 70. 71. 108. acceptio frumenti J. 29.

Accersere integros pro sauciis C. 60. auxilia J. 39. 84. capitis J. 73. aliq. ad bellum C. 52. præsidia J. 43. cfr. 113. 62. proscriptos H. I. 19. p. 220. cfr. C. 40. argentum mutuum H. II. 21.

Accidit. C. 50. 51. quæ victis acciderent C. 50. aliq. ex improviso accidit J. 14. merito iis accidet, quicquid evenerit ibid. sed socordiane an casu acciderit J. 79. acciderunt de improviso homines J. 107. quo improvisus gravior accideret J. 88.

Accire paucos J. 84. acciti ibant J. 102. cfr. 108.

Accurate et liberaliter habere aliquem J. 103.

Accurrit auxilio suis J. 101.

Accusatur naturæ infirmitas J. 1. vestra consilia J. 85.

Acer et bellicosus J. 20. a. et infestus potentiæ J. 30. cfr. 43. acri ingenio J. 7. acerrimus hostis J. 31. fin. vis serpentium inopia cibi acrior J. 89. acerruma arma habent in eos H. IV. 12. acerrume exercere vindictam J. 16. a. impugnare aliquem J. 29. rem gerere J. 58. eo

niti J. 60. pugnare J. 97. acrius adniti J. 85. incedere in. J. 101. bellum acrius H. I. 19.

Acre invadunt. H. IV. 27. acriter instare C. 60. ingredi J. 28. bello an pace acrius urguear incertus sum. J. 24.

Acerba necessitudo J. 107. præda civilis acerbissima H. I. 15. acerbius asperiusque fuit J. 41. a. aut nimis grave C. 51. pœna H. IV. 12. acerbius ulcisci J. 42.

Acie prima C. 59. 60. postrema J. 100. extenuata J. 49. acie i. e. instructa J. 54. 97. aciem instruere J. 49. 59. a. in planum deducit ibid. arte statuit J. 52. exornat ibid. perturbare acies. a. movetur J. 53. 59.

Acta scil. militum J. 53. feliciter acta J. 55. bellum actum H. inc. 17. res acta J. 71. 67. 30. C. 45. acta consiliumque J. 66. majorum J. 85. actus in crucem J. 14.

Actione priore J. 35. actiones Ciceronis C. 43. Gracchorum J. 42. actione desistere H. II. 19. actio capitis J. 35. *Actu* promptus H. inc. 70. *Actuaria* navigia H. II. 47.

Ad hoc C. 14. 30. 31. 37. 44. 52. J. 6. 12. 17. ad urbem esse C. 30. ad tempus J. 70. ad postremum usque H. I. 19. ad hoc ætatis J. 85. ad hoc tempus i. e. adhuc J. 85. ad id loci J. 75. c. 45. ad necessitudinem rei satis J. 20. ad certamen venit res J. 13. ad populum rogat. i. e. promulgat J. 40. ad vigilias adesse J. 96. ad virtutem prodesse J. 85. exemplum ad etc. H. I. 15. ad exitium usque dominari H. III. 22. ad alia modestus H. II. 26. ad bellum missus J. 65. ad bellum parare cuncta J. 73. ad Catabathmon Cyrene est. J. 19. ad ortum ab occasu c. 36. ad voluptates pessum datus J. 1. nomina rerum ad ignaviam mutare H. III. 22. ad eam artem H. IV. 28. ad requisita naturæ profectus H. inc. 91. fugam ad se vorsum fieri animadvertit J. 88. ad se vorsum exercitum pergere J. 69. ad simulanda negotia altitudo ingenii incredibilis J. 95.

Adæquare alicujus famam J. 4.

Addere virtutem viris C. 58. audaciam J. 94. maledicta C. 31. formidinem regi J 37. plus timoris quam potentiæ sibi J. 42. multum reipublicæ ibid. dignitatem alicui C. 54. furorem J. 73. in sententiam C. 51. multum animis eorum J. 75. additis præsidiis C. 50. ad. auxilio perfugis J. 56.

Adduci in spem maximam C. 40. J. 37. ad tale consilium C. 40. adducere copias in Num. J. 97. pars adducta J. 62.

Adepta libertate C. 7. victoria J. 101. passive. adeptum esse præmia sceleris J. 20. non incruentam victoriam C. 60. provinciam H. I. 15.

Adeste Quirites H. I. 15. adesse modo in postremis, sæpe in medio J. 45. pugnæ J. 87. in parte J. 74. advorsum hostis adesse J. 94. vobiscum adero J. 85. in pugna J. 101. alicui in bellis J. 14. apud omnes J. 100. infensi adsunt J. 50. feroces C. 51. noctis, quæ jam aderat, auxilio J. 53. sibi finem vitæ adesse J. 9. omnia præsidio adsunt J. 85. Jugurthæ exitium J. 70. prope adesse J. 102. adsum en! Consul H. inc. 17.

Adeo. id adeo more suo videbatur facere C. 37. id adeo mature posse evenire J. 65. id adeo in promptu esse J. 111. id adeo experiri licet J. 110. id adeo reverterat C. 37. usque adeo ut C. 49. quorum adeo Sullam non pœnitet, ut. H. I. 15. cfr. H. II. 43. I. 9.

Adhibentur fidi interpretes J. 109. adhibitis amicis J. 113.

Adicere ad jusjurandum socios conjurationis C. 22.

Adire quoquam mihi licet J. 14. castella J. 89. cæteros C. 41. Marium propere J. 93. aditu angusto J. 92.

Adjutoribus quis regem aggressus J. 80. adjumenta ignaviæ tollere J. 45. ultroque licentiam in vos auctum atque adjutum properatis H. III. 22. p. 234.

Adjungere alienos J. 10. civitates voluntate imperio suo adjungit J. 13. sibi socium J. 70.

Administer consiliorum J. 29. bellum sine administris geri non potest J. 74. cfr. 76.

Administrare oppida per magistratus J. 19. bellum J. 29. imperium J. 11. rempublicam J. 85. inter vineas sine periculo J. 92.

Admissum facinus miserabile J. 53. scelere Cos. J. 91.

Admonere alium egestatis C. 21. tempus admonuit de C. 5. locus eam rem nos J. 79. res tanti viri nos adm. J. 95. admonitus ab aliis amicis J. 103.

Adnitimini mecum J. 85. fin. adnitente Crasso C. 19. acrius adnitendum 85. init. summo studio adniti J. 43.

Adolescebant quasi glutino coria recens detracta H. IV. 29.

Adolevit respublica C. 51. Jugurtha J. 6. Persarum res J. 18. ingenium

inter artes bonas J. 63. adulescens homo J. 6. C. 38. adulescens egregius C. 52. ad. fluxi et mobiles C. 14. adulescentuli h. C. 52. et 3. adulescentia C. 52. adultum ætate C. 15. adultum ver H. inc. 211.

Adoptavit eum J. 9. in regnum J. 22. adoptione in regnum venire J. 11.

Adpellare i. e. colloqui J. 22. 53. quos adpellem i. e. implorem J. 14. cfr. C. 48. H. IV. 12.

Adpellere Uticam J. 25.

Adsciscere aliquem socium C. 47.

Adsedit Adherbalem dextra J. 11.

Adsistit ipse propter aquilam C. 58.

Adsurgere uni sibi sella H. V. 9.

Adterere vires bello J. 79. pudorem C. 16. *Adtinere* aliq. spe J. 108.

Adtribuere alicui pecus agendum J. 90.

Adstrictus studio cujus J. 60. majoribus scil. negotiis J. 70.

Advehitur Uticam J. 86. advectitium vinum J. 44.

Advenit periculum C. 23. dies J. 113. Comitiorum dies J. 38. lux adventabat J. 99. legati adventabant Romam J. 28. adventus lucis J. 91.

Adulterinas portarum claves parat J. 12.

Advocat eo senatum C. 17. advocavi vos, quo pauca monerem 58. concione advocata C. 57. J. 84.

Advolvuntur genua patrum H. inc. 131.

Advorsa mihi multa fuere C. 3. mortales adv. habeo C. 52. eadem a. fient. C. 59. ex necessariis advorsa facta. J. 14. Jugurthæ advorsus J. 35. adv. populi partium J. 43. Rhodiorum civitas infida atque ad. nobis fuit C. 51. regum voluntates sibi ipsæ adv. J. 113. res humanæ in adv. mutantur J. 104. adv. in pravitatem, secunda in casum declinando corrumpebant. H. II. 40. multa domi adv. H. inc. 17. senatus J. 84. locus 52. advorso colle evadere J. 52. advorsis volneribus concidere C. 61. advorso corpore volnera J. 52. advorsus divitias invictus J. 43. quos advorsum ierat J. 101. advorsus Romanos bellum sumit J. 80. H. I. 15. lubidinem advorsum nos, metum pro nobis suasisse J. 108. muniti adv. hostis. J. 89. cibus advorsus famem ibid.

Aedificant quæ homines C. 2. ædificia Numidarum agrestium J. 18. suburbana H. inc. 133.

*

Aeger pedibus C. 59. animus æg. avaritia J. 29. bellum sumi facile, ægerrume desinere J. 83. ægritudinem molliter pati J. 82. rem ægerrume ferre J. 85. ira et ægritudo permixta J. 68.

Aemula imperii C. 9. nos suspecti sumus æmuli et in tempore vindices futuri H. IV. 12. facta consultaque ejus æmulus erat H. III. 32.

Aequa manu discedere C. 39. in æquum locum deducere J. 52. æquo animo accipit C. 3. æquitate seque et rempublicam curabant. C. 9. injurias gravius æquo habuere C. 51. magis ex æquo bonoque, quam ex jure gentium J. 35. æquo et modesto jure agitatum H. I. 8. metu magis quam æquo et bono sustentatus H. I. 19. bonum et æquum divitiis carius J. 15. ferro quam fame æquius perituros H. inc. 151. æque sibi exóptare C. 11. æqui boni famas petit H. inc. 10.

Aerarii in furibus misericordes C. 52. ær. peculatus factus est J. 31. p. 119. vicem præstare H. III. 11. ærarium expilatur J. 31. p. 116.

Aere solutum esf argentum C. 33. alieno oppressus C. 40. alieno liberare ibid. ære parati servi J. 31. æs alienum grande conflaverat C. 14. per omnes terras ingens erat C. 16. æs mutuum J. 96.

Aerumnæ premunt J. 14. p. 98. deprecor. J. 24. earum requies C. 51. deformatus ærumnis J. 14. p. 94. incluti H. inc. 119. dies maximarum ær. initium J. 49.

Aestas exacta J. 61. æstatem pati J. 85. p. 176. æstatis extremum J. 90. æstivi solis pulsus H. inc. 205. æstiva comitia J. 44. æstiva ibid.

Aestu et labore languidi J. 51. secundo H. I. 48. adverso H. III. 6. æstuare invidia C. 23. æstuare invidia C. 23. quæ quum dies noctesque æstuans agitaret J. 93.

Aestumantur prædæ loco H. I. 19. p. 220. vitam mortemque juxta C. 2. amicitias inimicitiasque non ex re sed ex commodo C. 10. ea nefanda H. I. 15. quinis modiis omnium libertatem H. III. 22. p. 235. facta. C. 58.

Aetas imbecilla C. 3. viget C. 20. ferox C. 38. militiæ patiens J. 63. militaris J. 85. fin. senecto corpore H. IV. 2. *ætate* fluxus C. 14. adultus C. 15. extrema C. 49. exacta J. 6. confectus J. 9. prior J. 10. anteire J. 11. acta H. inc. 17. ætatem agere J. 2. C. 4.

Aeterna sollicitudo J. 31. virtus C. 2. gloria æterni J. 1. animus ibid. 2.

Aevi brevis J. 1. ævo longisumo H. inc. 148.

Affatim adv. commeatum af. parare J. 43. præbere J. 54.

Affectare civitates formidine aut ostentando præmia J. 66. dominationes H. I. 9. honorem J. 64.

Affinis amicos, propinquos J. 14. in affinium locum ducere ibid. cognationem, affinitatem, præterea fœdus intervenisse J. 111.

Afflictare sese C. 31. res afflictæ J. 76. equi atque viri J. 101. saxa capiti affligere H. II. 51. cfr. J. 60. afflicti alveos H. III. 19.

Agendum pecus auxiliariis J. 90. ag. prædas J. 44. 32. 20. vineas J. 92. 37. præcipitem agi C. 31. transvorsos agere J. 14. 6. agit atque habet cuncta animus J. 1. *Agam* hæc una vobiscum C. 20. senectutem J. 85. morem H. III. 22. per mollitiem ibid. fama et fortunis integer H. inc. 17. incultius J. 89. cum populo C. 51. tutius H. III. 22. in certamine libertatis H. I. 5. hiemem III. 11. cuncta simul C. 42. res asperas per Jug. J. 7. otia C. 2. res J. 30. joca atque seria J. 96. vitam C. 51. tempora in venando J. 6. se tanta mobilitate J. 56. ætatem C. 37. 39. *Agendi* initium C. 21. agendo vigilando prospera omnia cedunt C. 52. non id agitur C. 52. J. 27. agite uti lubet J. 14. adhuc agitis H. III. 11. multum et familiariter cum aliquo J. 108. in cervicibus Italiæ H. III. 11. procul H. inc. 84. ita J. 85. in obscuro C. 51. in optimis artibus J. 85. in ore vestro H. inc. 17. optumis moribus H. I. 7. præsentem de J. 29. lætum J. 55. lenius J. 60. feroces J. 98. in imperio H. I. 8. liberi H. I. 15. pacem H. IV. 12. justi H. inc. 164. aliquid incassum III. 22. gaudium, lætitiam, mœrorem, luctum C. 61. inducias J. 29. moras J. 81. rempublicam C. 38. vitam C. 2. propius mare J. 18. vagos J. 19.

Agito pacem J. 14. bellum J. 109 imperium beneficiis quam metu C. 19. præsidia J. 85. in dies plura C. 24. præcepta J. 14. animo J. 11. et 63. eo modo J. 63. huc et illuc quasi vitabundi J. 58. pro muro J. 94. ubi gentium aut quid agitaret J. 54. statu aliquo H. I. 19. agitandi inops H. I. 15. ipsa vix agitat H. III. 11. varius incertusque agitari J. 74. agitatur animus inopia et conscientia scelerum C. 5. pro castris J. 59.

Ager frugum fertilis J. 17. hostibus cognitus J. 48. igni et præda vastatus J. 55. arenosus, una specie J. 79. frugum vacuus J. 90. pabuli lætus H. II. 24. Arretinus C. 36. incauti H. inc. 122. agris expulsa plebes H. I. 15. agris aucta res C. 6. agris pelli H. inc. 137. urbes et agros manu capere J. 5. agros temptare J. c. 18.

Aggerem jacere J. 37. 79. aggeribus locus importunus J. 92.

Aggredi murum scalis J. 57. vi aliq. C. 43. ad rem J. 92. pecunia aliq. 23. hac via 16.

Agmen extremum J. 50. munito incedere 46. in agmine principes J. 50. postremum J. 54. quadrato J. 98. tanto agmine incedere H. I. 15. laxiore H. III. 33.

Agnoturos H. II. 31.

Agreste genus hominum C. 6. agrestia Numidarum adificia J. 19. vasa H. IV. 28. agrestes i. e. plebs rustica H. III. 22.

Alacres animis C. 21. cum alacribus saltu certare H. inc. 62.

Algoris patiens C. 5.

Aliena virtus C. 7. mens c. 37. aliena i. e. ἀλλοτρία J. 1. aliena a republica sententia C. 51. consilii domus C. 40. aliena bene parata prodigere H. I. 15. alieni appetens C. 5. *alieni* opponuntur sanguine conjunctis J. 10. alienum suis rationibus C. 56. vide s. v. æs.

Alienata urbs J. 48. alienatus scil. a consulatu C. 35. voluntate J. 66.

Alimenta carceris H. III. 22.

Alia majora imperabat C. 16. nova diruunt, alia ædificant C. 20. alia omnia C. 21. alios in alia loca opportuna C. 27. fingere alia C. 47. alia omnia sibi cum collega ratus J. 43. alia aliis licentia. C. 51. divorsi redeuntes, alius ab alia parte J. 104. ita sæpius; alia deinde alia loca appetiverunt J. 18. alia talia J. 40. 62. quæcunque fingi poterant, et alia amplius J. 45. probare partim, alia abnuere J. 83. modestus ad omnia alia nisi H. II. 26. dicta alia, sed H. III. 22. sanctus alia H. inc. 156. alia hujuscemodi C. 15. J. 27. 86. aliarnm atque senati partium C. 37. aliis post aliis minitari J. 55. 63. alio atque alio loco J. 72. haud alio animo C. 37. neque majus aliud J. 1. alius alii tanti facinoris conscii C. 22. pars — alii; ita passim. ex aliis rebus magis quam quod C 14. prœlia multa cæterum alia levia aliis locis J. 87. ne se alium putarent ac J. 15. ceteri sparros, alii sudes portabant C. 61.

Aliter i. e. alioquin C. 29. quid accidit J. 10. facere C. 51. sanctus aliter H. I. 28. nisi forte aliter quam metu H. III. 22.

Aliquando expergiscimini J. 52. 14. 62. telorum aliquanto numero potiti J. 74. cum aliquanto majore numero J. 86. timor aliquantus, sed spes amplior J. 105. aliquanto minores C. 8. posteriores J. 79

Alit manus quosdam sanguine civili C. 14. aluntur turba et seditionibus C. 37. H. III. 11.

Allevati laqueis milites facilius ascendunt J. 94.

Allicere servitia Romanorum J. 66.

Alter. unus ab urbe, alter a Gallia C. 58. unæ atque alteræ scalæ comminutæ 60. illam alteram J. 13. 16. alteri alteros vincere volunt J. 42. utrique alteris freti J. 18. alteri apud alteros formidinem facere J. 53. alterum consulatum petis, quasi primum reddideris H. I. 19.

Altitudo ingenii J. 95. arbor aucta in altitudinem J. 63. verbum altius in mentem descendit J. 11. liberius altiusque processi J. 4.

Amare i. e. scortari C. 11. J. 85. amat fieri J. 34. H. inc. 60. quæ secundæ res amant J. 41.

Ambire singulos J. 13. 14. ambiundo cogere homines J. 84. ambitio J. 45. 86. mala C. 3. 4. 10. prava J. 95. ex ambitione H. III. 11. delinquere per amb. C. 52. J. 85. præmia virtutis possidet. C. 52. ambitus legibus interrogati C. 18. ambitiosum dictum et factum J. 64.

Amici i e. socii; hostis ab latere, vos amici procul J. 14. C. 6. J. 102. ab stirpe socius atque *amicus* J. 14. his amicis sociisque confisus Cat. C. 16. amicorum præsidia circum se habere C. 26. amicitia firma C. 20. ex amicis amicissumos fecisti J. 10. cfr. J. 7. 102. 35. 13. 14. 61. C. 58. amicitia Masinissæ J. 5. cfr. J. 5. 7. 14. privata ibid. bellum aut amicitia J. 17. am. inter bonos inter malos factio J. 31. am. facilis 95. repulsus ab am. J. 102. cfr. 104. per amicitiam obtestari J. 71. per am. obsecrat J. 58. per amicitiæ fidem J. 24. fœdus et amic. 104. copiam societatis amicitiæque conjungendæ c. 83. amic. societat. rogatum J. 77. fœdus et am. petitum 80. amic. et fœdus petentibus J. 102. amicitiæ fœd. J. 111. in amicit incidere C. 14. in amicitia receptus J. 5. colere J. 8. instituere J. 14. parare C. 6. cfr. ibid. c. 10. amicior J. 10. amicit. simulare et gloriose ostentare H. IV. 12.

Amiculo ei erat toga picta H. II. 41.

Amittere pecuniam J. 97. vera rerum vocabula C. 52. ærumnas simul cum anima J. 14. C. 61. 58. Thalam. J. 80. patrimonia C. 37. patrem J. 10. locum J. 52.

Amplæ res gestæ C. 8. honores J. 25. amplior animus C. 40. 59. commeatus J. 75. spes J. 105. potestas, J. 63. exercitus J. 54. numerus J. 105. locus castris parum a. J. 98. binas aut amplius domos C. 20.

amplius annos XXX C. 59. J. 58. a. duobus millibus C. 56. neque melius neque amplius aliud J. 1. amplius morando J. 25. cuncta et alia amplius J. 44. cfr. J. 80. amplius posse J. 69. H. III. 22. patere H. IV. 38. non amplius mille passuum J. 68. non a. duum millium intervallo J. 91. a. armis valere J. 111. neque amplius quam i. e. haud diutius H. I. 8. non amplius patet millibus XXXV. H. IV. 38.

An. ne sq. an. C. 1. H. IV. 12. C. 52. J. 14. *ne* omisso H. IV. 18. C. 52. J. 31. 46. 79. 108. utrum — an. H. III. 11. *an* in principio C. 51. bis H. I. 15. I. 19.

Anceps malum C. 29. J. 71. periculum J. 38.

Ancilla turpis Fufidius H. I. 15. mulier ancilla J. 12.

Angitur enim et laceratur animi cupidine et noxarum metu H. I. 19.

Angustias in Italia coacta H. inc. 97. in angustiis bellum serum H. inc. 3. angustum iter J. 92. angustiæ loci C. 58.

Perfecit inceptum J. 11. perf. uti 16. *perfidia* pro armis uti 61. ex perf. lætati 69. p. clientes 71. 74. in scelere atque p. spes H. I. 15. p. fidem aut perjurio violare H. IV. 19. *perfugæ* J. 56. *perfugium* miseris est in quo 54. *perge* uti cœpisti 102. advorsum hostis 74 iter maturat 97. qua 20. itinere 47. uno animo H. III. 22. ad se vorsum exercitum 69. properantius 8. domum C. 44. festinans p. 52. ad oppidum 59.

Pericula tolerare C. 10. vilia habere 16. suo quisque metu metiri 31. in maxuma venit resp. 52. aliquem p. excitant 58. cui facere 33. metuentes J. 40. consueta habere 81. suscipere H. III. 11. alicui advorsa fuere inc. 17. novitas periculi C. 4. plus terroris quam p. efficere 42.

societas 48. patiens J. 44. socius 85. dux 93. p. atque negotiis compertum est C. 2. ex multis p. atque miseriis requievit 4. aberant 6. in magnis p. 35. remp. in maxumis servare 52. objectare J. 7. invidere 85. periculis quærere aliq. ib. in tutandis p. teneri H. I. 15. in tali p. C. 43. in summo fore salutem J. 77. rem alienam suo p. curare 83. cum C. 92. haud occultum habere. 23. impendet 28. ex illis metuit 52. anceps J. 38. quem p. cepit 51.

Perinde habere, ut J. 4. p. quasi 31. *peritia* locorum 46. *perjurio* lingua alit C. 14. p. aut per fidem violare H. I. 19. *perlata* rogatione J. 32. *permanere* in suis artibus 8. cfr. H. III. 22. *permittere* exercitum alicui C. 59. in exsilium cives 51. p. agant 45. *permixti* cum militibus J. 44. 59. *permixtio* terræ 41. *permota* plebes dominandi studio C. 33. vehementer eo negotio J. 6. *permulcti* liberalibus verbis H. III. 45.

Perniciem senatoribus machinari C. 19. misericordia in p. casura J. 31. ad p. ejus dolum quærere 70. lubidine paulisper usus 1. 3. natura serpentum 90. cfr. 46. *perpellere* spe 38. pactione C. 26. *perperam*, recte, facere J. 31. perpeti imperia sæva C. 19. *perscribere* planitiem castelli J. 93. *persequi* injurias 14. C. 9. maleficia 52. J. 95. *persuadet* multa pollicendo 46. 61. *pertæsum* vos injuriæ H. III. 22. quo oratio *pertinet*? C. 51. pons in oppidum *pertinens* H. inc. 19. collis in immensum *pertingens* J. 48. *perturbare* remp. C. 18. hostes 60. aciem J. 59. *pervenisse* in regnum adoptione 11. imperium ad minus bonos C. 51. ad oppidum 37. cfr. 75. *pervorsum* volnus H. inc. 167. *pessumdatus* est animus ad J. 1. 42. *pessuma* mala C. 5. artes J. 85. consultores 64. facinus C. 18. pessumi servorum H. I. 19. *pessume* facere J. 31. *peste* orbis terr. H. IV. 12. præmia in pestem convortere 70. p. ejecta est Africa J. 14. certa adest 106. contagio quasi *pestilentia* invasit C. 10.

Petere quem J. 20. fidem, fortunam 14. fœdus et amicitiam 104. ab senatu, ne 15. supra quam 24. imperium a 85. murum certantes 94. pœnas contumeliarum 65. vitam liberis 46. æquam conditionem 79. loca 18. petundi (scil. consulatus) gratia 64. præmia C. 21. viros 25. consulatum 18. 16. societatem H. IV. 12. peti ad prædam ib. divitias C. 33. æqui boni famas H. inc. 20. *petitio* (cons.) C. 31.

Petulantia et probro maxime præstare 37.

Phaleræ J. 85. *pietate* templa decorare C. 12. *piget* tædetque civitatis morum J. 4. *pila* omittunt C. 60. *pium*, tutum, gloriosum an indecorum H. IV. 12.

Placebant sua cuique C. 2. J. 64. neque illi consilium aut quisquam hominum satis placebat 74. parum pl. 85. quæ pl. H. III. 22. Sen. consultus est, placeretne J. 28. C. 51. quando vobis ita placet J. 110. *placide* modesteque remp. inter se tractabant 41. p. respondere 72. satis p. verba facit 83. p. et benigne 102. plebem in magistratu placidius tractare C. 39. *placidus* ingenio J. 20. p. mari H. III. 16.

Plana Italiæ ac mollia H. inc. 98. in *planum* deducit J. 49. *planities* castelli 94. inter ceteram pl. 92. cfr. C. 59. J. 48. *plebs* urbana C. 37. agrestis H. III. 22. plebi militia volenti putabatur J. 84. C. 39. J. 16. 31. 40. 42. H. I. 8. C. 33. H. III. 22. IV. 17. plebis discessio H. I. 8. *plenus* bonæ spei J. 113. flagitii 38. gradu 98. *plerumque* noctis 21. 54. C. 59. *plumæ* in modum H. inc. 73. *plura* bona accipere J. 102. pauci in pluribus 58. *plurimum* posse C. 2. audaciæ 17. uti 41. *pluris* habere J. 85. facere C. 52. *plus* posse 39. 52. *pœna* severior 51. genus p. novum decernere ib. pœnæ aut prædæ esse J. 69. pœnas solvit 69. dare C. 22. morte p. d. 52. reddere gravis p. miseriarum 14. contumeliarum p. petere 65. capere 68. acerbissumas solvere H. IV. 12. num *pœnitendum* sit? reputate J. 85. *pœnitens* consilii H. I. 23. *pollens* potensque et clarus J. 1. pollebat ejus auctoritas 23. factione nobilitas 41. 25. res satis prospera satisque pollens C. 6. facundia clara pollensque J. 30.

Polliceri bene, benigne C. 41. maria montesque 23. operam suam 28. 40. tabulas novas 21. deditionem J. 36. neque abnuere neque p. 47. multa pollicendo 46. *pollicitando* animum accendere J. 8. 16. Sulla omnia *pollicito* 103. illorum *pollicitationibus* accensus 20. multis p. adgreditur 61. *polluere* consulatum 23. *polluta* licentia 15. indignus illo honore et quasi pollutus 63. *ponderis* gratia 94. argenti 29. *ponere* i. e. statuere 17. bellum conditionibus 112. cfr. H. I. 8. imperatorem cui 24. præmia C. 20. vigilias J. 45. verba inimici ante facta 15. sellam juxta 65. castra 75. levi munimento 91. insidiæ H. III. 27. epistola in pulvino temere p. 71. legiones in monte H. I. 22. *positus* insulæ H. inc. 41.

Populares sceleris C. 22. 24. 52. homo tam acceptus popularibus J. 7. 48. 58. 74. partes p. 41. popularium animi 111. *populi* et nationes C. 10. populi partes J. 43. utriusque p. finis 79. suffragia H. I. 17. concionem advocare J. 84. cfr. C. 6. J. 31. 84. 85. cum populo agere C. 51. rogationem ad p. J. 40. P. R. gentium moderator H. I. 15. 84. 41. 110.

Porrectus collis J. 49. *porro* C. 46. J. 25. 28. *portæ* ædium 12. 58. *portuosior* 16. *portare* auxilia C. 6. patriam in dextris 58. arma 30. stipendium in Africam J. 36. commeatum 46. 28. cibum et arma 45. copias secum 39. plurimum aquæ 75. armorum *portationes* C. 42. *portendere* cædes J. 3. cuncta deorum nutu 92. thesaurus H. III. 9. *portenta* atque prodigia nunciabant C. 30. *poscit* res J. 70. *posse* plurimum 2. posse versus facere 25. quam verissime potero 4. 18. 20. quibus rebus possent 32. quam maximas possunt 13. ubi primum potuisset J. 64. amplius 69. non amplius H. III. 22. minus 41. potuistis exspectare 58. *possidet* si lubido C. 51. ambitio virtutis præmia 52. ex *possessionibus* solvere 35.

Post insidias Jugurthæ J. 55. C. 5. magnitudinem nominis R. J. 5. dies 76. eum diem C. 48. paulo J. 106. post fuere C. 23. paucis post diebus J. 11. malam pugnam 46. sua necessaria p. illius honorem ducere J. 73. memoriam hominum H. I. 15. annum II. 41. p. eos vitam refutant inc. 104. p. dies XL. quam J. 76. post cond. Rom. C. 18. exsecrationem 22. cfr. C. 10. 16. 18. 59. J. 20. *postea* vero quam C. 2. postea, quam J. 29. postea. (*principio*) 19. *postquam* C. 52. 53. 55. 57. J. 8. 6. nam p. 42. 58. 88. videt 6. 52. 61. 62. 64. 85. C. 27. *postera* die J. 68. aliquanto *posteriores* se vident 79. majorum gloria posteris lumen 85. tempore *posterius*, re atque usu prius ib. *postrema* meminere homines C. 51. postremus servorum H. IV. 12. flagitiosorum I. 19. p. acies J. 101. in postremis adesse 45. ad postremum usque H. I. 19. *postremo* C. 14. 51. 52. 54. 61. H. IV. 12. III. 19.

Postulant jusjurandum C. 44. quæ supplicium postulat 55. res J. 35. pacem 47. inducias 104. cfr. C. 48. legionibus supplementum J. 84. quid tuæ rationes postulent 44. contra postulata Bocchi 83. *potare*, amare C. 11. J. 85.

Potens copiis, genere, fama J. 14. in senatu 16. pollens p. 1. potentium inimicitiæ H. III. 22. *potentia* sequitur divitias C. 12. pro sua quisque

gentia C. 51. ignavia H. III. 22. præsentia defendere H. I. 9. ex præsentibus misit 93. *præsidere* in agro C. 57. *præsidis* oppos. domini H. III. 22. *præsidio* occupare J. 50. præsidiis firmare 23. additis C. 50. amicorum circum se habere 26. parari 31. tanta in armis 51. regni 10. generis extincta 14. in amicitia ib. accersere 43. imponit 61. agitare 85. deducta H. I. 19. habere in uno III. 22. cfr. C. 49. 58. collocatis 45. dispositis 50. in præsidiis esse J. 66. nudatum 88. cfr. 30. levi relicto H. I. 48. in eo putare C. 19. *præstare* petulantia 37. ceteris 1. pacem H. I. 19. vicem ærarii III. 11. pacta in conventione H. inc. 63. præstat multo J. 31.

Præter C. 36. 12. J. 19. 39. H. III. 18. *præterea* C. 26. 57. 22. J. 19. *prætoria* cohors C. 61. *præventus* facere J. 71. *prava* incipere 64. incepta H. I. 19. ambitio C. 10. calliditas H. IV. 12. ingenium C. 5. consilium J. 25. in pravum abstrahi 29. advorsa in *pravitatem* declinare H. II. 40. *premi* a IV. 12. *pretium* fore ratus J. 81. pluris coquus 85. pretio impellere C. 49. remp. vexare 50. p. aut gratia effecturum J. 29. parare 35. omnia c. p. honesta 86. pretio diem belli prolatare H. IV. 12. soluto I. 15. operæ est C. 12. fuerit mihi pretium J. 110. grave fructibus H. III. 12. *primipili* centurio J. 38. *prima* putare C. 36. habere 84. 76. C. 36. acie versari 60. in primo 68. primum omnium J. 60. 85. cfr. C. 17. J. 74. 19. vigilia 107. adulescentia H. inc. 17. Japidiam ingredi ib. 51. qui primi aderant J. 69. primo crescere, interdum — post ubi C. 10. 24. 47. 51. primo-deinde J. 71. 49. p. post 14. 53. 29. p. dein 60. 85. 71. pr. quia, dehinc C. 3. J. 5. 13. p. omnium quia C. 37. 56. 85. H. III. 22. ubi pr. C. 39. quam pr. 57. pr. — denique 111. ut pr. H. IV. 25. *princeps* belli faciundi C. 24. civitatis 40. legationis J. 16. senatus 25. alius alium principem exspectantes H. I. 15. conjurationis C. 27. in agmine J. 50. civitatis 66. intelligendi divina H. inc. 66. post *principia* habere J. 50. pr. transvorsis 49. a principio 102. jam inde a pr. H. I. 8. cfr. III. 22. *priorem* alium pati J. 96. numero 50. *privatum* relinquere 5. amicitia 14. p. gratia devictum bonum publicum 25. arma capere H. I. 19. spes consumere III. 11. gratiæ avidissumus inc. 17. largitiones C. 37. negotia 48. consilio 29. *prius* pauca explananda 4. p. quam 44. cum prius 47. *pro* i. e. proh. 20. bono facere J. 22. castris 59. casu meo C. 35. certo creditur 15. consilio imperare 29. curia 18. magnitudine parum compertum

C. 22. J. 42. p. maj. imperii 14. p. maximis celebrare C. 8. prætore J. 37. 103. C. 19. tectis ædificiorum 67. tempore C. 11. 49. p. temp. atque periculo 30. victore agere J. 98. labore desidia C. 2. falsis ducere 3. 12. factis judicium timere 14. meo casu 35. digna pœna pro factis 51. falsum pro vero credi 51. audacia pro muro habetur 58. loco atque copiis 59. integros pro sauciis accersere 60. mortalibus gl. æterni J. 1. concione 8. sua quasi p. gloria niti 15. tuguriis habere 18. p. bono facturum 22. munimento habent 31. nihilo haberi ib. dolere p. gloria imperii 39. cujusque ingenio 49. re atque loco 52. victoria-præda 54. sibi quisque pro moribus consulunt 58. p. honore quem accendere 64. socia obtinere 80. magnifica p. se et illis dolentia 84. hostibus et advorsum se 88. rei copia 90. opere consistere 92. muro agitare 94. noctem p. se rati 98. p. delicto verba facere 102. p. nobis suadere 108. bono duci H. I. 9. præmia pro vulneribus III. 11. plebs pro victo est III. 22. imprudentiam p. victoria ostentant IV. 12. omine belli inc. 31. cura p. gente Italica ib. 32. *proba* C. 25. instituta 51. *probare* incepta 37. partim. J. 83. flagitium J. 28. dicta H. IV. 12. exitia I. 15. conditione J. 79. ab optimo quoque 22. *probitas* per se parum tuta H. I. 14. *probri* gratia C. 23. probro haberi C. 12. 37. J. 44. illis objectantur 85. *procaci* sermone uti C. 25.

Procedit tempus J. 83. exercitus paulatim 50. plerumque noctis 21. multum die 51. bellum armis parum 61. licentia contactu ad integros H. I. 19. res mil. C. 1. multa agitanti nihil 27. castris visundi gratia 61. secus J. 26. tardius aliquid 11. armati intentique obviam 53. obvii 69. benefacta reip. 85. ad mare nostrum 18. liberius altiusque 4. contentio eo 5. ille eo, uti H. I. 15. eo processum intelligit 21.

Procul a rep. C. 4. p. juxtaque siti H. IV. 12. haud p. ab ardoribus J. 18. haud p. inter se erant 53. haud p. remotus H. II. 55. p. esse C. 19. abesse J. 89. *procuratio* regni 14. *prodere* sibi consilia C. 26. fidem 25. remp. J. 31. ad *proditionem* illecti 47. timere 76. *prodigere* alia bene parata H. I. 15.

Producunt (scil. trib.) J. 33. *prœlia* dilata H. IV. 12. transvorsa J. 50. equestre H. inc. 85. incertum J. 50. male pugnatum 54. facere 97. manibus f. 57. incipere 21. sumere, postulare H. inc. 168. accendere II. 43. inire C. 58. committere 60. renovare 51. non prœliis neque in acie bellum gerere 54. prœlio strenuus J. 7. incerto ludificati 50. certare

88. intentos prœlio habere 94. *profecti* sunt eversum trib. pot. H. I. 15. auxilio pr. IV. 12. in expeditionem J. 103. in loca sola ib. quo profectus intenderat 102. ad requisita naturæ H. inc. 91. *profectio* J. 73.

Profiteri C. 18. indicium J. 35. *profugere* ex urbe C. 46. ex prœlio in provinciam J. 13. *perfugium* sibi esse 52. *profunda* avaritia 81. cupido H. IV. 12. *profundere* divitias C. 21. *profusus* sui 5. eo profusius deditus 13. *prohibere* janua 28. commercia J. 18. hiems mari H. IV. 12. injuriam J. 14. se ab jure gentium 22. prohibitus petere consulatum 18. ab injuria Maurum 107. egestas pr., ne C. 58. mœnibus insequentis J. 21. pugna prohibetur H. III. 31. prospectum J. 53. *projectus* ad bellum sævissimum III. 11. in has miserias J. 14. *proinde* C. 12. *prolatare* dies 43. seditiones H. I. 19. consultationes 27. *promiscua* divina atque humana C. 12. promiscue interficere J. 26. *promta* audacia C. 32. lingua quam manu promptior J. 44. promptissimus quisque H. I. 19. actu p. in prœliis H. inc. 70. aliud clausum in p. aliud promptum in lingua habere C. 10. ingenium in promptu h. 7.

Promulgat rogationem ad pop. J. 40. *prona* finxit pecora C. 1. paululum modo prona J. 93. facilius proniusque 80. in *propatulo* habere pudicitiam C. 13. *prope* summa capere 60. p. ad summum montis egressus 93. p. in extrema Africa J. 78. p. jam exstincta familia 95. p. jam adepta victoria 101. p. adesse 102. *propior* montem 49. vitium propius virtutem C. 11. cujus ætati mors propior est H. inc. 17. prope mare J. 18. propius accedere 58. multo propius est ab eo, quo agitat statu H. I. 19. prope diem C. 32. p. jam J. 93. *properabat* conspici C. 7. in Galliam 57. p. accedere 30. iter J. 105. 112. alio properare tempus monet 19. alia 37. evadere oppido 56. licentiam in vos auctum atque adjutum properatis H. III. 22. *properantius* pergere J. 8. ex tanta *properantia* tam facile tractum bellum 36. *propere* declarare C. 46. movit castra 67. J. 58. 62. 71. *propinquus* flumini 48. inter se 98. genere sibi 10. *propinquantes* amnem H. IV. 36.

Proponere satisfactionem C. 35. cfr. 21. *propter* aquilam adsistere 59. J. 12. 92. 100. *proripuit* se ex curia domum C. 32. *prorsus* in facie vecordia inerat 15. 23. 21. intentus J. 22. 76. *prosapiæ* veteris homo J. 85. *proscriptio* locupletium C. 21. *prospectare* equestre prœlium J. 60. *prospectu* impedito 79. prospectum prohibebat 53. facilius foret 94. *prospera* res C. 6. parum H. IV. 12. parum prospere cessere C. 26.

52 J. 63. fortuna p. usus fuerat 94. *provenere* ibi ingenia C. 8. *providendum* vobis est 51. nisi provideritis, ne accidat 52. verum 61. satis providens 28. *providenter* exornat J. 90. contra tantas difficultates consilio providere ib. 99. *provisa* omnia suis J. 49. H. I. 15. *providentia* timida J. 7. *provincia* C. 19. J. 13. 25. 35. 39. 82. 114.

Proxumus J. 75. regis 80. p. familiaresque C. 14. J. 35. 80. proxume Carthaginem 18. proxuma magnitudine Ister H. inc. 190. muro proxumus J. 94. *prudens* omnium H. I. 25. belli prudentes IV. 12. (sed vide Comm.) p. cum imperitis J. 49. C. 8. *psallere* 25. *publica* fide dicere jussus C. 47. miserorum causa 35. largitiones 37. malum 37. bonum simulare 38. consilium corrumpere H. I. 19. malum occulte instrui ib. fide interposita J. 32. negotia 64. fides inviolata 33. ambiti publice H. I. 70. privatimque rapere C. 11. *publicare* pecunias 51. *publicani* J. 65. *pudeat* an pigeat magis 95. aut pœnitet 31. neque hominum neque deorum H. I. 19.

Pudicitia atque decus C. 25. 12. 13. parum honeste habere 14. *pudor* (opp. audacia) 3. cum modesto pudore certare 54. famam atque pudorem atterere 16. tædium aut p. tyrannidis H. I. 15. pudore coercere J. 100. a *pueritia* 85. omnem 11. Arpini altus 63. extrema H. inc. 101. multus pueritiæ cultus 75. *pugna* prohibetur H. III. 31. pugnæ suos instruere II. 8. mala J. 56. remittere 60. facere suo loco 61. ex commodo 82. *pugnandi* copia 52. pugnando capere urbes C. 7. lapidibus eminus 57. male 102. in hostem J. 57. male pugnatum prœl. 54. bene p. 108. *pulcherruma* classe exui H. IV. 12. facinus incipere C. 20. resp. 5. multo pulcherrimam r. habere C. 52. pulchrum est 3. *pulsa* agris vis hominum H. inc. 137. pulsi i. e. victi C. 9. p. fugatique primo congressu J. 74. ex patrio regno 14. juxta solis æstivi pulsum H. inc. 205. sudorum *pulverem* alicui relinquere J. 85. 53. *purgari* sibi alvum simulans H. inc. 7. fiducia quam argumentis *purgatiores* H. II. 13. *putabam* maturandum I. 19. plebi militia volenti putabatur J. 84. in elephantis auxilium 53. bonum in celeritate C. 43. gloriam in imperio 2. alium J. 15.

Q.

Qua descensus erat C. 57. nox coegerat J. 18. pergebat 20. *quacunque* J. 46. *quadratum* agmen 100. *quærere* i. e. niti C. 33. i. e. deside-

rare J. 85. 98. i. e. studere C. 61. quid J. 31. gratiam conviviis 4. opes H. I. 19. potentiam 86. gloriam C. 1. dolum J. 70. novum consilium ib. quærere in aliq. 40. salus quæsita est H. III. 11. quæsitissumæ epulæ II. 41. satis quæsitum nomini majorum I. 15. 85. *quæsitores* rogabantur J. 40. *quæso* H. III. 11. et III. 22. *quæstio* agitat aliquem J. 34. exercita aspere 40. graves habitæ sunt 31. injustas fecisse ib. *quæstum* corpore facere C. 24. quæstui deditus 13. modum facere 24. omnia sunt J. 31. *quam* ludibrio fueritis ib. quam quisque pessime tam maxime tutus ib. verissime potero C. 4. post dies — quam J. 76. quam maxume longa C. 1. 9. m. manifesti 41. magis q. 10. potius q. J. 1. q. quod C. 4. nobis q. illis major copia 58. non minus quam si J. 10. nil minus quam 14. ubivis tutius quam ib.

Quanquam (c. subjunct.) J. 3. 83. cum ind. 14. 17. 35. 64. 85. 44. q. advorsus 43. *quamvis* H. III. 22. *quando* J. 102. 110. I. 19. *quantum* — tanto J. 85. importunitatis habent 31. in vobis est H. III. 11. in q. 85. q. intenta J. 40. incredibile, quantum brevi creverit C. 7. tanta, quantum extollere 8. quantis animis ierit in H. III. 22. tanta cura, — quanto studio J. 1. *quare* vanum equidem 52. quare igitur H. I. 15. *quasi* venenis imbuta C. 11. quasi vero sint 52. perinde q. sint J. 4. quasi navium carinæ sunt 18. q. duum millium intervallo 50. vitabundus 38. ex eo medio quasi 48. præsidio quasi duum millium occupat 40. q. contemnant 85. H. I. 19. *que* potens*que* et clarus J. 1. 89. 87. *quies* diuturna C. 31. et otium H. I. 15. turbæ oppos. ib. 19. *quieta* movere C. 21. familia J. 14. res 105. resp. H. I. 19. *quietem* pati J. 101. quieti tempus concedere 61. q. et otio advorsum 66. neque vigiliis neque quietibus sedari poterat animus impurus C. 15. potior periculosa libertas quieto servitio H. I. 15. q. Numidæ J. 49. quietus aciem exornat 52. *quiescere* in lecto 70. *quin* C. 20. non fuit consilium, quin 53. cfr. H. I. 19. bis. non quin possem, sed C. 35. H. I. 15. *quis* C. 20. J. 4. 8. 80. *qui* et *quis* C. 44. 48. 37. 39. *quia* J. 1. C. 18. *quid* 13. 46. 47. *quidquam* om. J. 22. *quispiam* 45. *quisque* C. 5. *quivis* 17. 7. 37. J. 58. 75. 18. *quo* 24. *quoniam* 32. *quo* — eo 54. C. 1. non quo, sed 34. quo facilius J. 102. *quoquo* modo 60. *quoad* 41. 110. *quod* C. 40. 49. 9. J. 5. 22. 31. C. 18. quod utinam J. 14. *quo*que i. e. et quo C. 23. *quippe* C. 12. 13. J. 48. 85. 66. 86. 90.

R.

Relicta quibus est anima J. 14. hereditate r. nobilitas 85. se cum paucis relictum videt C. 60. luctuosam hostibus victoriam relinquere 58. 58. regnum relinquendum J. 21. tantum scelus inultum relinq. 106. signa C. 9. bellum 58. rem in medio 19. cfr. 5. J. 5. *religiosissumi* mortales Romani C. 12. in *reliquum* J. 42. reliquum nihil facere 76. reliqui n. fac. C. 11. 28. reliqua pars decima J. 97. r. habere H. I. 15. r. dignitatis conservandæ spes C. 35. ætas 4. incorruptum relinquere J. 102. cfr. H. III. 22. alicui relinquere pericula C. 20. quid reliqui habemus ib. estne viris reliqui aliquid H. I. 15. quid erit reliquum J. 31. pater nos 14. nihil reliquum fieri 70. reliquum est modo hortari H. III. 22. *reliquiæ* belli arrectæ I. 19. mortem miseriis suis *remedium* exspectare C. 40. *remiserant* pugnam J. 60. nihil languidi aut remissi pati 53. nihil apud se remissum aut apud illos tutum 88. nil 98. injuriam H. III. 22. tela J. 58. *remorata* hostis nox 38. ab negotiis voluptas 95. *remotis* equis C. 59. metu J. 87. *renones* H. inc. 18. *renovare* bellum 36. prœlium 51. nomen familiæ 10. *renunculus* H. II. 46. *repertores* perfidiæ IV. 12. *repente* J. 53. *repetere* beneficium 96. debitum 85. res H. III. 22. supra C. 5. *repetundarum* reus 18. in judicio oppugnatus 49.

Repleta arva cultoribus H. inc. 93. *reprehendere*, quod decretum erit C. 51. delicta 3. *repudiabat* servitia 44. 56. *repulsum* ab amicitia J. 102. haud repulsus abibis 110. *repulsæ* 20. *reputare* secum 13. 62. 1. 102. 85. 4. *requiescere* ex miseriis C. 4. noctu J. 72. *requietis* militibus H. inc. 153. nulla requie mora I. 44. *requirere* C. 40. ad requisita naturæ profectus H. inc. 91. *rescindere* decreta J. 11. pluteos H. IV. 24. ad *resistendum* firmior IV. 12. haud timidi resistunt C. 60.

Respondere J. 109. haruspices C. 47. benigne J. 11. placide 72. 22. *restare* i. e. resistere H. I. 47. r. ac propulsare J. 51. *restinguere* incendium C. 31. *restituere* ordines J. 51. exercitum H. IV. 12. C. 33. *reticere* 23. J. 85. *retinere* C. 52. animam 31. in bonis artibus J. 41. 79. 50. pertinaciter H. III. 22. bene parta vix C. 52. dominationem H. I. 15. III. 22. per manus libertatem J. 31. in vinculis C. 48. armis regnum J. 21. sanguine conjunctos 10. hostes 51. hostem ab incepto 55. victoriam 101. inermos H. I. 19. imperium C. 2.

Retractantes H. I. 19. *retractus* ex itinere C. 39. 47. *revocati* prœlio 9. *rex* J. 65. 31. C. 30. *rogare* magistratus J. 29. sententiam C. 52. quæsitores rogantur J. 40. missio 64. *rogitare* C. 31. *rogationem* pro-

S.

Sollemnia sacra C. 22. *sollers* J. 96. *sollicitare* servitia C. 50. Hispaniæ armis sollicitæ H. I. 19. C. 36. 24. in *sollicitudine* nos retinere H. I. 19. æterna vobis remanebit J. 31. ad *solvenda* menstrua H. IV. 23. solvere injuriam I. 15. capite pœnas 69. H. IV. 12. solvit mors 17. soluta plebis vis J. 41. soluto imperio 39. pretio H. I. 15. liberum atque solutum C. 6. *somnus* capit ægrum animum J. 71. somno atque ventri deditus C. 2. excitus J. 72. captus 99. *sordidis* atque incultis moribus 85. *sorte* potius quam virtute regi J. 1. ductus H. inc. 96.
Sparsa humus croco H. II. 41. *sparus*, genus teli C. 56. *spatio* brevi J. 78. millium 75. eo sp. 56. a *spe* liber animus C. 4. in spe habere 31. merces in spe victoriæ 41. pro incerta spe, certa præmia ib. sine spe, sine opibus J. 10. pars spe, alii præmio inducti 13. spe pactionis perpulit 38. cfr. 43. spe amplior 105. hac in spe liberos ad bellum mittere H. III. 11. tenuissima spe frustrari ib. 22. plus bonæ spei accessit J. 44. bonæ pleni 113. in s. maxumam adducti C. 40. contra s. J. 28. 88. magna illi spes sita in cl. 34. in se spem habere 60. omnia bona in spe habere C. 31. hortatur spes dominationis 17. asperior 20. quibus neque res neque spes bona ulla 21. novandi spes 39. corrumpere J. 33. spes honestas sequi C. 33. frustrata eum J. 101. spes opesque ejus pendent ex 107. sitæ in illo 114. spes opesque omnes consumere H. III. 11. in fuga salutem *sperare* C. 58. exitum malis 40. ea res frustra sperata J. 84. 24. sub *specie* senatus C. 38. specie quam usu potior J. 16. ager una sp. 79. concordiæ et pacis H. I. 15. ferrea omni sp. H. IV. 22. cujus rei sp. J. 29. *spectaculum* rer. human. præbeo 14. horribile 101. *spectata* virtus C. 20. mihi satis spectatum H. III. 22. orientem spectat H. inc. 103. *speculari* iter J. 107. consilia 108. *speculatores* 101. *spolia* belli magnifica C. 20. sp. vestra penes illum sunt H. I. 15. arcem habent ex spoliis vestris III. 22. cfr. J. 84. *sponsionem* facere 79. *statim* 101. *stationes* locatæ pro castris H. inc. 168. castra
Stativa 44. in quo *statu* agitat H. I. 19. st. dignitatis C. 35. *statuere* aliquid in alios 51. de parricidis 52. arte st. aciem 52. diem multitudini 36. J. 44. dies insidiis 70. *stimulat* inopia et mali mores C. 18. *stipatorum* catervæ 14. *stipendia* pendere 20. nullius stipendii homo J. 85. faciundis sese exercuit 63. J. 87. H. III. 11. decernitur 27. portare in 104. ab *stirpe* interiit C. 10. ab st. socius J. 14. tuæ exstinctor ib. *stolidior* an vanior H. IV. 1. *strenuus* vir ac fortis C. 51. st. bo-

nique 20. cum str. virtute certare 54. ex ignavo strenuus 58. str. prœlio J. 7. str. magis quam felix 85. bene atque str. facere 22. str. et imbellis 67. *strepere* vocibus 98. lenius 94. *strepitus* armorum 60. 53. 72. C. 31. machinato strepitu H. II. 41. *strictim* perscribere C. 4.

Student omnia mutari C. 37. studere, odisse 51. pabulo pecoris 90. novis rebus 77. se præstare 1. studium scribendi J. 4. st. ex ætate flagrat C. 14. studio ad quid ferri 3. st. civilia J. 5. partium 42. 43. hominum accendit C. 23. accensa in Jug. J. 6. vulgi amittere 84. nostra corporis vel animi naturam sequuntur 2. dominandi C. 33. novarum rerum 37. reipublicæ 51. J. 31. legundi 93. majore studio quam consilio H. III. 11. pecuniæ C. 11. belli 41. st. in remp. clarius 49. modestiæ 54. ad st. sui perducere 80. cfr. 104.

Stultæ lætitiæ pœnas dare C. 51. *stultitiæ* videbatur J. 83. *stupra* facere C. 15. lubido stupri 13. stupri consuetudo 23. st. corporis sumptus tolerare 24. *sua* loca J. 54. *suadendi* usum dedit fortuna H. IV. 12. suadet nobis ab illo bellum I. 19. lubid. advorsum nos, metum pro nobis suasisse J. 108. *sub* senatus specie C. 38. s. ipsis radicibus montium 57. sub imperio Micipsæ 13. sub sole magis J. 18. s. jugum mittere 38. s. honesto patrum aut plebis nomine H. I. 9. s. imperium cogere J. 18. *subducere* in primam aciem C. 59. subfodere murum J. 57.

Subegerat locum mutare egestas pabuli 44. falso fieri pecunia C. 10. aut metus aut injuria te subegit decernere 51. subigere nationes 2. cfr. J. 24. obviam ire animus subigit 31. *subdolus* animus C. 5. subdole J. 38. *sublato* auctore C. 23. aliquem in cervices suas sublatum timere H. III. 22. *sublevando*, dando gloriam adipisci C. 54. *sublima* nebula H. III. 20. *submittere* auxilia J. 54. *subsidium* C. 59. subsidia triplicia J. 49. compositis H. III. 30. *subvenire* J. 54. *subvertere* vineas 94. decretum 30. libertatem H. I. 19. imperium ib. cfr. I. 15. init. probitatem avaritia C. 10. montes 13. regna H. IV. 12. *succedere* muros H. III. 40. cfr. J. 57. 94. *sudes* præacutæ C. 56. *sudor* militum J. 85. *suetum* latrociniis genus H. II. 7. *suffragatio* honestissuma J. 65. libera ab auctoribus patriciis *suffragia* H. III. 22. s. populi integer H. I. 17. *sumere* aliquem ex populo monitorem officii J. 85. summum supplicium C. 51. arma J. 21. prœlium magnifice H. inc. 168. insignia magistratuum a Tuscis C. 51. liberos J. 10. bellum 83. 62. epistolam temere positam 71. pecunia sumta mutua C. 24. terga H.

inc. 75. ***summa*** ope niti C. 1. lubidine 20. cfr. 12. 18. 31. 51. 58. 29. supplicium 51. honos J. 85. summum montis 93. 3. 77. prope summa ceperant milites 60. ***sumptibus*** et contumeliis H. IV. 12. sumptui deditus C. 13. tolerare 24. vix partem s. sustinere H. inc. 17. ***super*** Numidiam J. 19. s. vallum præcipitati 58. s. fortunam animum gerere 64. super aggerem turribus impositis 76. s. industriam fortuna fuit 95. ***superat*** ei gloria J. 64. iis divitiæ C. 21. orationem falsam mores J. 85. morbus quenquam 17. res, quæ fesso s. 70. errata officiis 102. ***superba*** imperia C. 19. facinora J. 30. pro æquitate ***superbia*** invasit C. 2. cfr. 31. J. 15. lascivia atque s. 41. corrupti s. 85. alienæ s. ludibrio esse C. 20. s. nobilitatis obviam itum J. 5. 31. homo regiæ s. 64. in s. convertere C. 6. J. 82. per s. ætatem agere 85. cfr. C. 10. 12. ***superior*** primo prœlio 39. locus J. 49. 51. anni 31. locis s. circumventa planities 68. dies 90. ***superstare*** scalis 60. ***supervacaneum*** est disserere C. 51. 58.

Supervadere asperitates J. 75. ***suppetit*** causa C. 16. ***supplementum*** exercitui scribere J. 39. postulare legionibus 84. ***supplicare*** diis 63. supplicantes legati 38. ***supplices*** manus tendere C. 31. supplices legatos mittere 47. voce supplici C. 31. ***supplicium*** summum 51. supplicia deorum 9. diis imm. decernere J. 55. s. legatorum 46. s. in postfuturos componere H. I. 15. exercitum cogere supplicio J. 85. suppliciis muliebribus auxilia deorum non parantur C. 52. fatigati regis suppliciis J. 66. quæ supplicium postulat C. 55. ad supp. tradi J. 61. ***supra*** quam cuique credibile C. 5. s. ea 3. caput dux hostium 52. illum supra, quam ego sum, petere puto J. 24. s. bonum atque honestum perculsus 82. s. votum H. inc. 74. ***suscipere*** facinus C. 28. miserorum causam 35. malorum patrocinium 48. inimicitias pro rep. H. inc. 17. talia impune J. 31. laborem 14. pericula, labores advorsus aliq. H. III. 11.

Suspiciens eum et ei suspectus J. 70. ***suspectiores*** regibus boni C. 7. falsa ***suspicione*** alienatus 35. suspicionibus multis volentia plebi facturus videbatur H. IV. 17. ***suspectusque*** fuit — composuisse ib. 18. ***sustentare*** hostem J. 97. milites 56. 101. vitia magistratuum resp. C. 53. metu magis sustentatur H. I. 19. quantum negotii ***sustineam*** J. 85. quæ res tanta negotia 53. corpora nequeuntes s. fessi H. III. 26. omnium, quos terra sustinet, sceleratissimus J. 14.

T.

Tabes plerosque invaserat C. 36. in animos J. 32. H. IV. 9. ***tabescit*** regnum 14.

sitim, lassitudinem militum 50. tela, arma 105. urbem 23. suis artibus tentari 48. tentandi gratia 47. *tenuissima* spe frustrantur H. III. 22. *tergis* abstinetur ib. sumtis atque redditis inc. 85. ab tergo circumveniebant J. 50. 56. a t. signa canere 94. de vita atque tergo regio more consulere H. I. 8.

Terra sustinet J. 14. terra fundere H. IV. 12. terræ permixtio 41. per cava terræ H. inc. 26. cuncta maria terræque patebant C. 10. in extremis terris bellum gerere 16. *terrere* eum clamore J. 34. judiciis C. 40. metu ceteros 51. a repetunda libertate terreri H. I. 15. eminus funditoribus J. 94. *territos* confirmare 38. territos animi firmavit H. IV. 26. *terrorem* augere hostibus J. 20. *terribilis* ejus facies C. 55.

Testamento heredem instituit J. 9. t. h. secundum scripserat 65. simulatoque impio t. H. IV. 12. *timere* præsentiam ejus C. 31. periculum J. 39. mihi atque vobis C. 52. ex mala consc. digna J. 62. magis quam mortalem 92. delicti consc. populum 28. timere (absol.) C. 52. legem 51. libertati 52. J. 39. timens, ne C. 52. *timidos* insolentia itineris J. 94. *timor* insolitus incesserat C. 31. animi auribus officit 58. aliquantus, sed spes amplior J. 105. contra t. animi 20. plur. t. facere adversus H. I. 15. *tolerabat* opulentia negligentiam C. 52. res asperas facile 10. sumptus stupro corporis 24. inopiam mercede manuum 37. fortunæ violentiam 53. injuriam J. 22. quæ audita animus tolerare nequiverat 86. tributum H. I. 15. militiam ib. servitutem J. 31. jussa pro aliis H. III. 22. *tollere* animos J. 100. C. 23. *toreumata* 20. *tormenta* J. 57. cujus erat *torpedinis* decipi H. III. 22. si tanta torpedo animos oppressit I. 15. occupavit vos nescio quæ t. III. 22.

Torpescere sinunt animum 2. torpescunt manus et animus C. 16. *tractare* placidius plebem 39. remp. 51. remp. inter se J. 41. *tractu* pari mons fluvio J. 48. *tradere* fidei C. 35. in custodiam 50. se prætori 45. se socordiæ 52. consulatum nobilitas inter se J. 63. regnum in illius fidem 62. ad supplicium 61. tradite exemplum posteris H. I. 15. cfr. J. 32.

Trahere, excidere H. IV. 12. pecuniam tr. vexant C. 20. rapere omnes, tr. C. 11. sibi quisque ducere, tr. rapere J. 41. paulo post ipsi trahebantur C. 51. alia hujuscemodi animis tr. J. 84. anxius tr. cum animo suo 93. longius ab incepto C. 7. omnia non bene consulta in virtutem 92. fluctus saxa ingentia 78. tr. omnia, et alias deinde alias moræ causas facere 36. tractum bellum ib. trahi bellum non posse

ob regnum tutandum J. 102. pedes magis quam arma tutata sunt 74. *tyrannidem* dimittere. H. I. 15.

U. V.

Vacuus animo J. 52. a culpa C. 14. v. facere domum nuptiis 15. in v. remp. fit impetus 52. ira et misericordia vacuos esse decet 51. ager frugum v. J. 90. v. a curis H. III. 39. simultates exercere vacuum fuit I. 9. insula hominibus vacua inc. 196.

Vades L dederat J. 35. 61. *vadosa* alia 78. *vagari* incertis sedibus C. 6. nullo certo exilio H. inc. 154. vagi, palantes 18. *valere* animo parum J. 11. conjuratio C. 17. magnum atque late imp. J. 5. *valens* oppidum J. 89. bello valere 102. factiones C. 51. armis amplius J. 110. plurimum imperio res Romana valuit H. I. 7. imperatorum virtus in pace ut in bello C. 2. jus bonumquè apud eos 9. fama 14. advorsum quem neque imperia magistratuum, neque leges 77. viget ætas, animus valet 20. maxume opibus 51. *validior* injuria H. I. 9. ingenia validissima J. 105. animo ob morbos parum valido 65. ingenium sapientia C. 6. ingenio J. 6. H. I. 28. *vallum* super præcipitari J. 58. alios super v. in munimentis locare J. 100. *vana* ingenia C. 20. v. consilium 52. stolidior an vanior H. IV. 1. hostes 103. vanis *opponuntur* vera J. 24. non minor *vanitas* inerat C. 23. v. atque imperitia 38. *varium* bellum J. 43. victoria 5. animus C. 5. facies negotii J. 51. vultu, colore, animo varius 112. v. incertusque agitabatur 74. *vasta* atque arida loca 75. 89. v. rapinis Italia H. inc. 139. v. urbs fuga et cædibus H. I. 15. humus v. et profunda IV. 33. v. animus C. 5. *vastitas* Italiæ J. 5. igni magis quam præda *vastatus* ager 55. polluere et v. omnia 41. agros 42. respublica vastatur 31.

Ubi C. 1. 2. 3. 4. 9. 17. 20. 40. ubi quo J. 1. *ubique* i. e. et ubi C. 26. 23. 27. *vecordia* in vultu 15. eoque vecordiæ processit J. 5. formidine quasi v. exagitari 72. v. objectare alicui 94. *vectigalem* esse C. 20. in latere vectigalium nostrorum H. I. 19. *vectigalia* bellis incerta H. inc. 17. *vehemens* homo et violentus C. 43. regiæ voluntates J. 113. *vehementer* studium simulo 41. v. eo negotio permotus J. 6. v. carus 7. vehementissume sibi animum ad virtutem accendi 4. eo vehementius niti 31. *vel.* (ter repetitum) C. 25. vel ignavis gloriari licet J. 53. vel ferro septi H. I. 15. scelerum vel maxi-

tum fluentibus inc. 74. *voveo* dedoque me pro rep. inc. 17. *urbanis* munditiis se exercuit J. 63. urbana plebes C. 37. *urgeri* fama, ferro J. 24. militia atque inopia 41. invidia, metu 35. nobilitas *usa* ex lubidine victoria 42. pro armis perfidia 61. imperio C. 12. corporis servitio magis 1. sermone 25. ex voluntate Antonio 26. J. 31. 46. 12. largius suo C. 16. amplis honoribus J. 25. cujus patrocinio plurimum utebatur C. 41. honoribus maximis usus 49. perniciosa lubidine paulisper uti J. 1. fluxa fide 109. hostibus pro sociis 31. ejus domo 12. vel imp. me utimini C. 20. sume, utere 110. victoria 38. per laborem *usu* militiam discebat C. 7. omnes copiæ in usu cottidiano 48. specie quam usu potior J. 16. lubidini simul et usui parere C. 51. usui opportunus J. 98. usum belli amittere 84. quorum vulgus in diem usum habet H. I. 16. cfr. 14. usui esse bello J. 43. 85.

Ut-ita sic C. 2. 5. J. 2. i. e. quomodo C. 5. J. 20. ut spero C. 20. sic — ut 25. Catil. ut erat paratus 31. perinde ut J. 4. Jug. ut erat acri ingenio 7. ut omittam 10. ut i. e. quam 31. ut quisque — ita 31. 60. eo natus, ut 24. ita — ut 85. dii monuere, ut 102. ea res, ut in tali negotio probata 107. uti planities C. 59. adeo — ut H. I. 15. ut te neque hominum neque deorum pudet I. 19. cfr. III. 22. *utique* i. e. et uti J. 17. H. I. 15. *utrimque* C. 45. 59. H. III. 22. *utpote* qui C. 57. *uterque* 49. *utrique* 30. J. 22.

Vulgi rumores C. 29. vulgum exagitare 72. vulgus fuimus sine gratia 20. Metellus in *volnere* H. II. 9. v. advorsis 61. confecti volneribus 61. acceptis 101. *vultu* demisso 31. incerto 107. varius J. 113. in facie vultuque C. 16. bonum v. habere 10. de *uxore* honestius potuit consuli J. 95.

DE PROPRIETATE SERMONIS SALUSTIANI.

Cum neque ars critica, quæ dicitur, rite exerceri, neque docta verborum sententiarumque interpretatio facile institui possit, non examinato scriptoris, quem tractes, dicendi genere, in fine commentariorum adjicere placuit, quæ ad Salustianæ elocutionis rationem aperiendam plurimum mihi facere videbantur. Multa jam passim notata atque animadversa, quæ aucta atque in uno conspectu posita pro norma quasi haberi velim, ad quam et criticorum et interpretum judicia dirigenda esse existimem. Sed innumera sunt, quæ varia scripturæ genera constituunt; neque omnia complecti animus fuit. Omissis igitur, quæ ex rhetorum regulis penduntur, id potissimum agam, ut quæ grammaticorum præceptis vel illustrandis vel infirmandis inserviant, diligenter examinem. Ac primum quidem recte scribendi scientiam (ὀρθογραφίαν) quod attinet, multum Salustium a vulgari scribendi genere recessisse, et viri doctissimi judicarunt, et optimi cujusque codicis testimonia comprobant. Dictionis enim antiquitas, quam ab eo affectatam esse uno ore omnes consentiunt, (cfr. Comm. P. I. p. 20. adde Fest. s. v. *claritudo* et Prisc. 6. 12. p. 261. ubi ejus oratio cum Lucretii et Catonis comparatur) non modo in verborum electione atque structura, sed in ipsa scribendi consuetudine perspicitur. Nihilominus tamen difficillimum est ad dijudicandum, quæ solius Salustii, quæ ei cum æqualibus scriptoribus communia fuerint, cum editores adhuc hac in parte parum diligentes sese præbuerint. Qua in re ne per errorem labamur, nitidissimique scriptoris orationem horridam atque incultam efficiamus, ad præstantissimorum vetustissimorumque Codd. auctoritatem scriptura est conformanda; quorum in numero Bas. I. duo Vaticani, et quattuor Parisini (de quibus infra scriptum est) habendi sunt. Ex quibus hæc notatu digna judicavi. Multis in verbis propter quandam soni gravitatem credo, *u* pro *i* scriptum, id quod in *optumus*, *maxumus* solemne; sed etiam *proxumus*, *finitumus*, *maritumus*, *pessumus*, *fortissumus*, *infirmissumus*, *flagitiosissumus*, *clarissumi*, *sceleratissumi*, *miserrumus*,

novissume, ægerrume, acerrume, occultissume, passim in antiquissimis Codd. Parisinis. Bas. et Vaticanis inveniuntur, ita ut in omnibus superlativis Salustius vocalem *u* retinuisse videatur. cfr. Schneid. de Elem. L. L. I. p. 18. Præterea *lacrumæ, lubet, lubido, seorsum, æstumo, existumo, Sulla* etc. passim leguntur. In gerundio et part. fut. pass. III. et IVtæ. Conj. ubique *u* pro *i* scriptum; neque modo *faciundum, capiundum, potiundi, ementiundo*, sed etiam *perdundi, agundi, opprimundi, referundum, sumundum, dicundo, gerundo, mittundo, legundi*; qualia multa vel mediocres Codd. retinuerunt. Itidem *adulescens* constanter pro *adol.* et *epistula* in V. a. quam scripturam V. Cl. Angelus Majus etiam in Cornelio Frontone restituit. Ceterum si Annæo Cornuto et Velio fides habenda, multa ex his primum Cæsare auctore exiliorem sonum acceperunt, cfr. Cassiod. col. 2284. Vel. de Orth. col. 2228.; et in optimis Cic. Codd. *optumus, maxumus* etc. legi satis constat. Contra *o* pro *u* ponitur, ubi eadem littera præcedit; *volt, voltus, volturcius, divolgavit, volgum, volnus*, eademque littera in omnibus formis verbi *vertere* legitur; *vortit, convortit, vorsum, advorsum, transvorsus, vorticosus*, cfr. Quinctil. Inst. Rhet. 1. 7. 25. sed num etiam *vivos* pro vivus et id genus alia, ut ap. Terentium cfr. Don. ad Andr. 3. 4. 1. scribenda sint, incertum. *secordia* an *socordia* rectius scribatur dubium; illud, aliquoties in Vat. b. scriptum, etymologiæ ratio, hoc optimorum Codd. auctoritas commendat; etiam *jocundus* rectius, propter vocalium *i* et *u* similitudinem. *percontari* quoque melius scribi videtur quam *percunctari*. Præterea *quom* uno loco in Vat. a pro quum; Hist. fr. L. I. 15. Or. Lep. quam scripturam præstantissimam ubique exprimendam putarem, nisi in vetustissimo Parisino *cum* constans esset lectio, sive præpositio, sive conjunctio est. *E* pro *i* est in pluribus compositis verbi *legere*: *neglego, intellego, neglegentia* etc. quæ quidem in universum verbi simplicis *ἀναλογίαν* sequi videntur. Nam lectio Bas. 1. *neglegisset* J. 40. duobus Parisinis et Med. 1. confirmatur et Vat. a. *intellegerint* habet Hist. fr. I. Or. Lep. Alia de vocalibus vide infra, ubi de declinatione et conjugatione agetur. Consonantes quod attinet, Salustius antiquam scribendi normam in eo secutus est, quod in pluribus vocabulis semivocales non geminavit. Ita *causa, paulo, belua, mile, paululum* ubique scribendum; contra *reppulit, repperit, rettulit, quattuor, littera* in optimis Codd. est. Etiam *oportunus, opulentus* sæpissime expressa, quæ cum etiam apud alios

scriptores legantur, videndum annon altera scriptura cum geminatis consonantibus omnino deserenda sit. In verbis compositis plurimum etymologiæ tribuit; in aliis pronuntiationi, quæ tum erat, cessit. v. c. *inpono*, *inportunum*, *inprimis*, *inlustria*, *inpiger*, *inmaturus*, *inrumpere*, *conplexu*, *conplures*, *conloquium*, *adflicti*, *adrogant*, *adtendo*, *adlicere*, *inliceret*, *inbecillus*, *obmitto*, *obpugnatio*. Etiam *dicio* et *condicio*, quæ passim leguntur, ad etymologiam conformata esse videntur. Contra scribuntur, ut pronunciantur: *temptare*, *sumptus*, *execrari*, *secuntur*, *relicum*, *cocus*, *cotidie*, vel *cottidie*, *exuperat*, *exilium*, *quicquam*, *nequiquam*, *expectare*, *optinet*, *extinctor*, *extinguendi*, *dextera*, *exequitur*, *cocleas*, *adicere* (Cat. 20.) quam lectionem omnes boni Codd. confirmant. de *c* et *g* litteris mutatis cfr. Schneid. De El. L. L. I. p. 235. Multa ex his, imo ex superioribus nonnulla, haud dubie apud ipsum Ciceronem restituenda sunt, sed in Salustio majore cum cura examinanda, ne totius orationis color mutetur. Præterea et *Gajus* et *Gneus*, etiam ubi notis scribuntur, ubique *G.* et *Gn.* expressa sunt, contra Quinctiliani præceptum Inst. Rhett. 1. 7. 28. cfr. Schneid. l. l. p. 232. sqq. *K.* littera non solum in *Karthag.* et *Kal.* legitur, sed etiam in *Karum* Jug. 10. C. Paris. a. quod antiquitus ita scriptum esse, testis est Terentius Scaurus p. 2252. ap. Schneid. l. l. p. 293. Quinct. l. l. 1. 7. 10. Orellii Inscriptt. Lat. T. II. Ind. s. v. In Declinationibus et Conjug. non ita multa mutasse videtur Salustius. Nam Gen. sing. in *as* Declin. 1. falso ei Asperum tribuisse supra docuimus p. 104. imo ne *familias* quidem dixisse videtur, quod Cat. 43. *filii familiarum* scripsit, quæ forma, Sisenna judice, ab iis solis erat usurpanda, qui *familiæ* num. sing. dixerant; præterea notanda *vespera* H. 2. 20. nominativi forma parum solita: *obsequela*; *insidia* num. sing. h. 3. 27. *prosapia* J. 85. voces Plautinæ vel Catonianæ In Decl. IIda formæ genitivi *i* pro *ii* hæc exempla notavi: *Manili*, *Mari*, *Memmi*, *Volturci*, *Fulvi*, *Persi* (sed de hoc v. intra) *Pompei*, *ærari*, *consili*; quibus admodum probabile fit, hunc genitivum ubique uno *i* esse scribendum. Quam conjecturam firmant terminationes *dis*, *is*, *isdem*, pro *diis*, *iis*, *iisd.* quæ sæpius occurrunt. gen. plur. *duum* J. 50. adde nomina cum terminatione parum usitata: *cognomentum* H. 4. 1. *delinimentum* 1. 15. *turbamentum* ib. *dehonestamentum* ib. et inc. 65. *hortamentum* J. 98. et genus in *vulgus* et *forum* mutatum. cfr. J. 69. 73. H. I. 52. III. 21.

et vide similia apud Tacitum; Wernicke de Eloc. Tac. p. 34.. In tertia declin. plurimum turbæ movet accus. plur. in *is* desinens, quam formam apud Salustium frequentissimam esse omnium Codd. testimonia comprobant. Sed in nulla re major librorum Mss. discrepantia; ipsi enim optimi Codd. sibi non constant, neque semper eandem ejusdem vocis terminationem tuentur. Initio enim in omnibus fere libris rarior est hæc terminatio, sed in fine frequentior. Quare ex solis Mss. haud facile recte scribendi normam invenias, sed Grammaticorum antiquorum testimonia accedant necesse est. Sed hæc quoque accuratius examinanda. Ridiculi enim sunt Servius ad Aen. I. 112. et Don. p. 1750. qui omnium vocum, quæ gen. plur. *ium* faciunt, accus. *is* scribi volunt. Neque tamen defuere nostra ætate, qui tam insulsa præcepta repeterent. In plurimis enim non ab genitivo in acc. sed ab acc. in genitivum valet consequentia. cfr. Charis. 28. 29. Priscian 776. Accuratius Asper præcipit, idem qui Commentarios in Salustium conscripsit, ap. Charis p. 113. «si genitivus plur. litteram i natura retineat, eandem in acc. plur. esse retinendam.» Sed hæc quoque parum certa. Imo ex l. l. perspicere licet, maxime ad aurium judicium ipsum Salustium hæc conformasse, ita ut recte dixisse videatur Cossentius p. 2040. «Sed in hoc quoque sequenda euphonia est; pleraque enim ex omnibus istis regulis consuetudine cernimus mutata» quocum facit J. Vossius, qui de A. Gr. Lib. V. c. 16. p. 240. ita de hac re præcipit: «nimirum existimo veteres adtendisse soni jucunditatem, et *es*, *eis* vel *is* dixisse.» quod cum in ceteris scriptoribus probabile sit, tum maxime in Salustium quadrat, qui in oratione limanda atque expolienda subtilissimus dicendi artifex fuit. Haud dubie enim initio, cum in acc. plur. ipse pronunciandi sonus esset incertus, et inter *e* et *i* fluctuaret, terminationes *es*, *is*, *eis*, promiscue usurpabantur, cfr. Colum. Duil. et Noris. Cenotaph. Pis. quæ duplex scribendi ratio vel Ciceronis ætate apud scriptores parum diligentes usitata fuisse videtur. cfr. Varro L. L. VII. 37. Charis. p. 104. s. v. *ferocceis*, *ferientium*. Gœrenz. Præf. ad Cic. de Legg. p. XI. postea in nominibus, quæ nominativum et genitivum similes faciunt, præterea in subst. et particip. in *ns* et *rs* et adject. in *er*, terminatio in *is* frequentior facta. cfr. Charis. p. 28. 69. 111. s. v. *monteis*; Prisc. 774—76. paucis vocibus exceptis, de quibus vide Charis. p. 68. 104. s. v. *fonteis*, *funes*; in ceteris, quamvis genitivum pluralem in *ium* terminarent, in accusativo pl.

varior *is* fuit. Prisc. 776. Sed omnes hæ regulæ, quas ridiculas dicit Charisius, ab optimo quoque scriptore et euphoniæ legibus et consuetudini postponebantur. Salustius igitur vel terminationibus *es*, *eis*, *is* orationem variavit; cujus rei exempla vide apud Charis. p 113. Non. Marc. 8. 50; alia Ursinus ex Codd. laudat. cfr. Vol. I. Præf. p. XI. notandus etiam acc. plur. *vis* H. 3. 4.

Aliæ terminationes minus solitæ sunt: Gen. sing. in i *Ariobarzani* H. IV. 12. Cod. Vat. a. adde Gen. *Persi* H. I. 6. Erat enim utendum Prisciani (17. 21. 85. Ed. K.) Servii (ad Aen. I. 30.) et Valerii Probi (p. 1468.) judiciis, qui hanc formam pro *is* dictam putant, neque probabile est, cum Salustius *Persen.* H. IV. 12., ablativum *Perse* formaverit, Cat. 57. eundem Gen. *Persi* ex secunda declinatione repetiisse. cfr. Prisc. VI. c. XI. p. 259. Ed. Kr. et Schneid. p. 320. qui parum diligenter Valerii Probi judicium 1486. impugnavit. Adde gen. plur. *Saguntium* quem vide inc. 28. cui respondet forma nominat. singularis *Taguns* inc. 142. et *Acheruns* ap. Plaut Capt. 5. 4. 2.; Schneid. l. l. p. 122. 183. Præterea gen. plur. *Volcanalia*, *Volcanaliorum* H. 3. 13. 14. In nom. sing. sæpius *os* pro *or* dictum fuisse testis est Val. Prob. 1467; et *labos*, *honos*, *colos*, *odos* Codd. confirmant: antiquitatem quandam redolet etiam nom. in *udo*. *claritudo* J. 2. vide Comment. p. 216. ita etiam *necessitudo* pro necessitate dictum C. 17. 21. J. 19. *plebes* et *plebei* pro *plebs*, *plebis*, *plebi* a Salustio dictum fuisse et Priscianus testis est VI. 11. 256. et Codd. confirmant abl. *fini* h. 2. 28. Quartæ declinationis Genitivus in i occurrit in formula *senati decretum* cfr. C. 53. H. 5. 9. Donat. ad Terent. And. 2. 2. 28. etiam *tumulti* C. 59. dictum fuisse auctor est Non. Marc. 8. 50. sed in Codicum silentio plura exempla addere lubricum. De dativo in *u* cfr. J. 6. *luxu* et Comm. p. 223. et H. inc. 65. *usu*. occurrunt tamen *usui* C. 51. 32. 38. *quæstui* 24. *magistratui* 29. et Prisc. 7. 18. p. 352. solis poetis metri causa hanc terminationem usurpatam fuisse statuit. In quinta decl. Genitivum in *e* fuisse contractum exemplo sunt *die* J. 97. 52. *acie* H. I. 67. quæ Codd. auctoritate confirmantur et Gellii testimonio 9. 14. « Ego quoque in Jugurtha Salustii summæ fidei et reverendæ vetustatis libro *die* casu patrio inveni scriptum.» Sed ne hæc quidem terminatio recipienda, ubi Codd. non addicunt; quæ enim alii loco conveniunt, ab alio aliena sunt. Denique notanda defectiva *incultu* C. 55. J. 2. et *diu noctuque* h. 2. 27. cfr. J. 44. 70. Præterea aliquot nomina in

plur. numero occurrunt apud Salustium, quæ apud ceteros scriptores rariora sunt. cfr. *sævitiæ* H. I. 8. *paces*, *luces* inc. 50. 189; *res familiaris* acc. pl. I. 9. *famas*. inc. 10. *loci muniti* J. 97. Græca vocabula quod attinet, multas terminationes integras servavit Salustius. cfr. *Camisos*, *Tharros* H. inc. 48. 49; *Calchedona* H. 4. 12. *Persen*. ib. *Catabathmon* J. 17. 19. *Aethiopas* ib. 19. *nomadas* ib. 17. (Cod. Par.) *Antipodas* H. inc. 164. *Samothracas* h. 4. 12. *Philenon*, *Thereon* gen. pl. J. 19. In aliis a Græcis discessit. cfr. H. 5. 10. *Minonis* (ita corrigend.) pro Græco Μινωος Minois, *Aenus*, cfr. Prisc. 6. 13. p. 265. Ed. Kr. sed in his quoque antiquiorem scribendi rationem secutus est. Ita *Cabera*, *Mauretanea*, *Seleucea* optimi Codd. exhibent; imo ne Græcis quidem literis *y* et *ph* in barbaris et Latinis vocibus usus esse videtur, nam in Codd. Parisinis *sufacem*, et in Vaticano a. *triumfos*, *Sulla* in optimo quoque libro, scriptum est. Neque aliter antiqui, qui *Suria* pro *Syria* *Burrhus* pro *Pyrrho* dixerunt. *faselus* enim vulgo pro *phaselus* legitur. Quare haud dubie *incluta* h. 4. 12. legendum, et vide, annon etiam *Sibullina* C. 43. emendandum sit. cfr. Orellii Inscript. Latt. Indic. s. v. Præterea sunt aliquot vocabula, quorum vel usus proprius Salustio, vel significatio mutata est. Ita *negotium* ut græcum πρᾶγμα, vide Ind. et J. 72. *tempestas* pro tempore; *antiquitas* i. e. cura inc. 32. *secus* i. e. sexus nom. et acc. H. 2. 41. *satias* h. 3. 12. *artes* (bonæ vel malæ) græce τρόποι; substantiva in *or* sæpissime usurpata: *consultor* J. 64. *conditor* 89. *simulator* et *dissimulator* C. 5. agri, pecoris, belli *cultor* J. 54. *moderator* h. I. 15. sui *cultor* H. 4. 19. *victor* 63. *repertor* 4. 12. nonnunquam adjective: *contemptor* animus J. 64; *victor* exercitus. J. 58. cfr. Wern. l. l. p. 20. ita etiam *mulier ancilla* J. 12. cfr. Serv. ad Aen. 1. 413. sæpiusque *hostis* pro *inimicus* dictum J. 10. 81. 83. Sed studium multa una verborum complexione comprehendendi facit, ut in universum sæpius multa substantivis exprimat, ubi alii verbis utuntur: v. c. J. 7. «qui tum Romanis imperator. — Qua illi descensus erat C. 57. qua regis adventus erat J. 59. cujus rei species erat acceptio frumenti J. 29.» Unde etiam factum, ut plura substantiva solis præpositionibus inter se jungeret v. c. «facinus contra jus belli J. 91. pars civium extra mœnia in hostium potestate ib. servi ex loco H. inc. 167. fama de Cassio J. 32; haud absimile: omnia retinendæ dominationis H. I. 15. suæ cuique sedes ibid. super terga gladii et scuta J. 94. possessiones ex bonis h. 1. 15.» quod et ipsum Græcum est, quippe ubi totæ sententiæ articulo propo-

sito formam substantivi accipiunt. cfr similia apud Plautum Parei Lex. lit. p. periph. verbi et Mathæi Gr. Gr. §. 279.

Adjectivorum formæ rariores sunt *decores*, *dedecores* H 3. 7. 8. *semianimus* inc. 167. *opulens* J. 69. *discordiosus* 66. *tumulosus* 91. *ceterus* 92. 62. 73. C. 59. *inquies* h. I. 5. *plerusque* 54. *sublimus* 3. 20. *vorticosus* inc. 127. *virgultus* ib. 152. *luxus* ib. 163. Præterea comparativi sæpius adverbiis *magis* et *maxime* additis formantur. 31. illustria *magis magisque* in aperto J. 5. *maxume longus* C. 1. majora et *magis* aspera 89. *multo maxime* miserabile 36. m. *validus* J. 6. cfr. 14. p. 96. *magis* om. C. 9. Comparativo ablativus *modo* ad ejus notionem illustrandam additur *impensius modo* J. 47. 75. superlativo *imprimis* 6. cujus adverbii fere eadem vis est, quæ genitivi *omnium*. et ap. Cic. *cum primis* Brut. 62. cfr. similia apud Græcos Mathiæ Gr. Gr. §. 461. alia insolita in constructione comparativi vide in Ind. s. v. *amplius*. Cæterum Comparativum et Superlativum περιφραστικῶς exprimere antiquioribus maxime scriptoribus usitatum fuit; vide innumera exempla apud Plautum et Terentium. Nonnunquam passivam significationem adjectivis tribuit: *ignarus*, *incertus*, *incautus*, *ingratus* cfr. J. 18. 52. 49. C. 33. H. inc. 122. Sed sæpissime, ut apud Thucydidem et Platonem, adjectiva substantivorum vim habent: *mortales* sæpissime pro homines, — *boni*, *sapientes*, *pessimi*, *stultissimi* H. I. 19. init. *alieni* J. 10. *sacrilegi* 14. *impudicus* C. 14. *vectigales* H. I. 19. *æqui bonique* J. 85. *flagitiosorum postremus* H. I. 19. cfr. 4. 12. servorum *postremus*, *novi atque nobiles* J. 8. *agrestes* 73. *veteres novique* 87. *proxumi* 80. 97. *externi* H. I. 15. *boni ignavi* J. 57. *ignavi* C. 51. *humillimi* J. 96. *mortalis* sing. 72. *sacra profanaque* 11. *suum*, *alienum* 5. *immoderata*, *nimis alta*, *incredibilia* C. 5. *mediocria* J. 89. *joca atque seria* 96. *militaria* 80. *proxuma* H. inc. 224. *difficilia* J. 93. *advorsa* 104. inc. 72. *nefanda* inc. 27. *divina*, *humana* H. 4. 12. et sæpius alibi; *vera* et *honesta* H. 3. 22. *virilia* ibid. *solita* 3. 13. *carissumum* 3. 15. *æquum bonum* H. I. 19. *bonum honestum* J. 8. 82. *majora* et *magis aspera* 89. *digna* 62. *advorsa*, *secunda* h. 2. 40. *divorsa* 3. 2. *indigna* vobis 3. 17. *verum* J. 16. 35. *vera* H. 4. 12. *alia aquæ idonea* J. 75. *honesta* atque *inhonesta* 80. *sua necessaria* 14. 73. *sua omnia* 86. *utilia* ib. 3. 17. *magna* atque *mirabilia* J. 63. *magna* et *egregia* 10. *quieta* movere C. 21. *incerta*, *certa* 20. *justa* J. 11. *hostilia* 3. 107. *nihil hostile* 91. illa multo *optuma* reipublicæ 85. nihil *languidi* atque *remissi* 53. nihil *remissum* 88.

.. 12. oppido *propinqua* 89. *proxuma* terræ 78. prærupti ...*num* J. 37. — æstatis 90. — diei 21. *plerumque* noctis ... *summum* montis 93, *læva* mœnium H. 2. 12. *reliqua* ca... 3. 10. certaminis *advorsa* 3. 22. *cava* terræ inc. 26. Italiæ *plana* ... *mollia* inc. 98. *longinqua* oceani inc. 135. humi *aridum* atque *arenosum* J. 48. *mille passuum* 68. *multum diei* 51. — Quantum hæc dicendi ratio conferat ad orationis perspicuitatem et evidentiam augendam non est, quod moneam.

Adjectiva pro adverbiis ponuntur.) *gravior* accidit J. 88. *lætus* decrevit 84. *multus* et *ferox* instat ib. *profugi* discedunt 56. *divorsi* agebant 55. C. 2. *quietus*-exornat 52. *aspera fœdaque* evenerant C. 26. *prospera* eventura J. 63. *varius incertusque* agitabat 74. *læta* agit civitas 55. oræ præfuit *contrarius* piratis H. inc. 175, *intentior* niti J. 55. *boni honestique* vitam exigunt 85. reliqua *secreta* transigit 29. omnia *prospera* cedunt C. 52. *magnum* atque late imperium valuit J. 5. *volentes* pœnas pendunt 76. *multus* adest 96. *divorsi* redeuntes 101. *lubens* accepit 104. *citi* se ostendunt 101. *obvius* procedit 113. *mirum* quantum animi exarsere H. 2. 53. *immensum* H. 3. 14. *incertum* 4. 18. *per incertum* 4. 1. *acre* 4. 27. *incassum* agi 3. 22. quam *paucissumis* dicam, absolvam J. 17. C. 4. *cætera* egregius H. inc. 188. Contra sæpius adverbia pro nominibus, adjectivo vel substantivo, ponuntur, quod antiquiori sermoni usitatissimum cfr. Parei Lex. Plaut. s. vocc. *parum*, *satis*, *nimis*, *bene*, *male*, *probe* etc. v. c. *abunde* libertatem rati H. 3. 22. *abunde* parentes habemus J. 102. *abunde* sunt mala C. 21. quid boni utrisque aut *contra* J. 85. 88. C. 20. quid *ultra* H. I. 15. *frustra* est H. I. 15. J. 7. 112. *tam* i. e. tantam J. 31. *supra* petere 24. pauca *supra* repetam 5. cfr. supra ea C. 3. *amplius* domos 20. *parum* dicere 19. *juxta* æstumo C. 2. *obviam* esse H. 2. 5. et Charis. p. 187. ubi Asper: «vetuste adverbio maluit uti quam nomine.» *Laxius licentiusque* futuros J. 87. nisus *facilius* foret 94. *tutius* esse 14. *magis* i. e. plus pollebat 41. multo *ante* labore 76. plane ad Græcorum morem cfr Bernhardy. Synt. p. 337. Mathiæ §. 308. 604. forma adverbii insolita *audaciter* H. 2. 36.

De pronominibus hæc memoratu digna videntur Primum dat. et abl. *is*, *quis*, *quisque*, *isdem* J. 14. 18. 54. et sæpius alibi; gen. sing. *nulli* pro nullius C. 29. et Comm. ad h. l. *qui* pro quis C. 44. præpositiones cum pron. *is* ut *præterea* junctæ; *ob id* h. I. 19. *supra ea* C. 3. *secundum ea* J. 14.

contra ea 85. 67. *ob ea* 39. 97. 108. adverbia loci: *ea*, *qua* cfr. C. 37. 57. J. 59. 38. 37. 50. *eadem* 93. 94. *ad hoc*, quod vim adverbii habet J. 17. 21. 26. 30. 31. 85. 89. 96. 102. 111. C. 37. 44. *eo* pro ideo positum 20. 22. etiam *quo* cfr. C. 1. J. 102. *quo* pro *cum* positum J. 32. *quo* se populo etc. ita ut facile quis conjiciat, *quom* vel *quod* a librariis in *quo* fuisse corruptum J. 22. 31. *quo* pro ut C. 11. *non quo* 34. *quisquam* adjective positum J. 72. cfr. Tac. Germ. 8. *aliquid falsum* C. 52. quo magis mirandum, quod genitivus pronomini additur, ubi proprie prædicatum est. cfr. J. 88. «quid *boni* utrisque vel contra esset;» nihil *reliqui* victis fecere C. 11. Estne viris *reliqui* aliud H. I. 15. p. 217. quid *reliqui* habemus C. 20. vide infra de genitivo.

Ceterum neminem fugit, Salustium sæpius pronominibus demonstrativis quam relativis usum esse; id quod, abrupto dicendi generi, quo utitur, optime convenit. Sed ipsum pron. demonstr. sæpius ab eo omittitur, ubi ex antecedentibus suppleri potest, etsi eo durior fit oratio. cfr. J. 72. 1. 58. 83. 104. 109. 92. 95. 97. C. 58. 9. 13. 15. v. c. maximum est periculum, qui maxime timent (scil. eorum); vide innumera exempla infra, ubi de verbis absolute positis agendum est. Imo pronomen omittitur, ubi verbum adpositum diversum casum regnat C. 13. quas habere — abuti 51. imitari quam invidere bonis malebant, vel ubi in antecedentibus nulla personæ est significatio ejusque notio ex tota oratione est colligenda cfr. J. 46. et insidiis locum temptare et Comm. ad h. l. ceterum alia quoque pron. omittuntur cfr. C. 58. advorsa fient (scil. nobis) J. 24. subigit sc. *me* dehortatur ib. *se* C. 31. J. 109. 76. 104. cfr. C. 17. 31. 36. 35. J. 14. extr. 30. Sed pron. *is* maxime vim suam tuetur, ubi relativo oppositum est. J. 20. is, quem 17. eas gentes, quibuscum, C. 51. init. sed ea malo dicere 37. omnes-quos-ii; vel ubi pro *talis* ponitur. *ea* familia ortum 31. eos mores eamque modestiam 51. maxime ubi relativum antecessit, vel alia, quibus ejus notio accuratius definitur. cfr. 51. ea populus lætari — sed ea res ib. *ea* bene parta ib. J. 14. si ea fecissem. 17. de *iis* etc. C. 20. *ea* demum cfr. 37. 40. bis 51. 52. ubi cum vi quadam participiis additum etc. Sed ubi oratio assurgit, acrior et vehementior fit, *hic* pro *is* ponitur cfr. J. 18. ubi quater repetitur C. 35. 36. 23. 25. 20. 14. 10. 5. 16. 22. 26. 45. 39. 41. J. 14. has, quæ 23. ex his, qui; Ceterum in deterioribus libris *hi* et *ii his* et *iis* sæpissime confunduntur, quæ corruptela aliquoties vel optimos libros invasit. Sed in universum *hic* vim suam retinet, ut personæ vel rei notionem ad scribentis vel loquentis personam referat; cfr. Græcum ὅδε et Bern. Synt. p. 278. quo dicendi *genere* vel

vehementiore animi impetu commoti utuntur, vel qui accuratius loqui student. Pron. *ille*, quod et ipsum apud Salustium est usitatissimum, personæ vel rei notionem cum vi quadam revocat, sed non ubique ad omnium conscientiam refertur. cfr. J. 51. neque *illis* castra esse — debere illi 64. — quod *illi* — 65. *illum* regem. etc. C. 26. insidias parabant Ciceroni. Neque *illi* i. e. (qualis vir erat) tamen cfr. 51. *illum* — *illos* dubitando 43. ut *illi* J. 96. Ex *illis* 16. etiam ipsi subjecto præponitur. 45. *Illi* homines militares; ita: *ille* alter J. 13. 16. 72. 95. quæ omnia non iis explicantur, quæ vulgo Grammatici de hoc pronomine præcipiunt cfr. Ramsh. §. 152. 2. f. 204. 3. 6. sed ex Salustianæ orationis ἐναργείᾳ repetenda sunt.

Verba. formæ minus usitatæ hæ sunt. *scilicet* i. e. scire licet J. 4. 113. H. I. 19. *quæsitur* 4. 12. *quæsere* inc. 39. *comperior* J. 54. *agnoturum* H. 2. 31. *juvaturum* J. 47. *occanuerunt* h. 3. *abnuituros* H. I. 36. *senectus* part. 4. 2. *nequiens* inc. 167. *requietus* part. 153. *accerso* et *accersire* H. 4. 4. J. 40. 43. C. 60. *pœnitens* H. I. 23. *circumlavit* 2. 2. *calvi* inf. pass. 39. *claudit* 3. 22. fin. inc. 77. *densere* inc. 242. gerund. passive J. 62. de *neglego* et *intellego* vide supra; *nonquit* est in Vat. a. — Sæpius frequentativis usus est Sal. *ostentare* J. 6. 66. 85. 89. *objectare* 6. H. I. 15. *ductare* J. 38. 70. C. 11. 17. *dicitare* 22. *occursantes* J. 85. *defensare* 26. 60. 97. *exercito* 40. H. I. 15. *adventare* 53. 99. *pollicitari* 16. *prospectare* 60. *negitare* 111. *sustentare* H. I. 19. *afflictare*, *rogitare* C. 31. *exagitare*, *agitare* 14. J. 63. cfr. Indic. — *Participia* pro substantivis posita, ita tamen, ut suam naturam non plane exuant. cfr. J. 71. sua fideliter *acta* — inter hæc *parata* atque *decreta* C. 43. ea feliciter *acta* J. 55. ea bene *parta* C. 51. *mandata*, *præcepta*, 14. 94. H. I. 19. aliena bene *parata* H. I. 15. ad *requisita* naturæ inc. 91. prava *incepta* H. I. 19. *gignentia* J. 79. 93. omnia non bene *consulta* 92. cfr. 11. *promissa* 93. 12. illis *dolentia* J. 94. post *futuri* H. I. 15. *volentes* coacti J. 102. *merentes* 100. *parentes* i. e. ὑπήκοοι 87. *legati* a Boccho 102. sanguine *conjuncti* 10. *convicti* judiciis et judicium *timentes* C. 14. — *Part.* pro Adjectivis. *obediens*, *indigens* C. 1. *sciens* vide Ind. *pollutus* J. 15. *placitus* 81. *metuens* 20. *cupiens* 84. *volens* sæpius, vide indicem. Part. vim adverbii habet in multis verborum juncturis cfr. 44. *certantes* agere prædas 52. *festinans* pergit, 57. 58. *properantes* arma capiunt. *Participio* perfecto aliquoties eadem vis inest, quæ adjectivis in *bilis* desinentibus cfr. *incorruptus* J. 2. *infectus* 76, *indomitus* H. I. 5. *invictus* J. 43 *coercitus* 91.

Part. perf. Verb. Dep. passive ponuntur C. 7. *adeptus* J. 102. *Moderata* 73. *enisum* 25. *interpretatum* 17. *machinatus* C. 48. H. 2. 37. *mercatus* H. 5. 4. adde *ulcisci nequitur* J. 31.

Sed sæpissime verba activa absolute usurpantur, maxime pronominibus omissis, *vertere* et *convertere* sæpius vide ind. *mutare* H. inc. 17. *auxisse* H. I. 19. *incitare* C. 5. *facere* 3. 8. *parare* 6. 13. *hortari* 5. 58. J. 60. *monere* 60. 64. *admonere* C. 5. *invadere* 2. 7. 10. *trahere* ib. *temptare* 6. J. 47. *ignoscere*, *persequi* C. 9. *implere* et *mercari* J. 47. *abuti* C. 13. *persuadere* J. 61. *fallere* 56. *adpetere* 63. *petere* 64. *moderari* 45. *propulsare* 51. *instare* ib. 98. 84. *frustrari* 58. *tegere* C. 58. J. 97. *insequi* 51. *incessere* C. 7. *constituere* J. 66. animo *gerere* 72. *decernere* 73. *retinere* 79. *delinquere* 85. *imperare* ib. *gerere* ib. *temperare*, *reticere* ib. *providere* 90. H. I. 15. *confidere* 13. *pœnitet* 104. *accidere* 107. *prolatare* H. I. 15. *prohibere* H. 4. 12. *obviam ire* H. I. 15. *circumvenire* J. 97. *oratum mitto* 24. *prætereundum puto* 4.

Sed mira est Salustii ars in temporibus verbi componendis; qua quidem re vel maxime inter ceteros historicos excellit. Ad quod dicendi artificium accuratius examinandum pauca de *Infinitivo historico* dicenda sunt, cujus ratione perspecta, quam legem scriptor in temporum ordine secutus sit, facile intelligas. Qua de structura quamvis nuperrime duo viri docti accuratius egerint, tamen non supervacaneum duxi, quæ apud Salustium animadverti, paucis exponere. Primum quidem satis constat, Inf. hist. poni, ubi, omissa accuratiore temporis, numeri et personæ notatione, in universum aliquid fieri vel in statu aliquo esse dicitur: quæ autem ratio inter plures actiones vel rei cujusdam mutationes intercedat, ejus rei nulla in hoc modo est significatio. Propter hoc infinitum dicendi genus proxime ad substantiva verbalia, quæ dicuntur, accedit, sed tamen vim verbi retinet. Igitur admodum conveniens est in plurium actionum enumeratione, quæ quomodo inter se connexæ sint, accuratius explicare nolumus. Id quod est vel hominum, qui vehementiore animi impetu abrepti multa simul effutiunt, vel eorum, qui varia cujusdam hominis studia enarrant, quomodo res aliqua gesta sit, accuratius per partes exponunt, variasque rerum qualitates enumerant. Nam in his omnibus illustrandis non id agimus, ut quomodo alterum alteri connexum sit, doceamus, sed ut legentes audientesque ex varietate rerum ipsi animis status cujusdam vel homi-

nis imaginem fingant. Cujus rei luculentum vide exemplum C. 27. *Interea Romæ multa simul moliri* etc. quo loco non modo studiorum varietas, sed etiam hominis festinatio optime infinitivo h. exprimitur. C. 6. *At Romani* sq. 11. *rapere* omnes etc. adde J. 12. fin. 39. 43. 50. med. 57. et inprimis 51. et 101. ubi verba: *facies totius negotii varia* et *spectaculum horribile* satis ostendunt, quid sibi velint Infinitivi. Cum igitur sæpius actionum varietas, vel subitæ rerum mutationes infinitivo h. exprimantur, facile est intellectu, cur nonnulli hujus structuræ rationem unice ad commotioris animi affectum retulerint, qui Ramshornii error est. §. 186. Sed non minus frequens ejus est usus in rerum descriptione, ubi quæ antea generaliter erant enunciata, accuratius explicantur. Infinit. enim non tam rei enarrandæ quam illustrandæ inservit, modumque agendi explicat cfr. J. 37. fin et 38. init. cfr. C. 21. 14. *Nam ut* etc. 16. init. 17. init. 20. med. 24. 25. 31. 48. 60. J. 64. 82. quo in genere fere imperfectum præcedit vel sequitur, quippe quo aut id, quod explicandum est, proponitur, aut singulorum enumeratio generaliori sententia clauditur. vide l. l. et J. 7. 15. 20. fin. 30. 33. 36. 38. 41. 45. 46. 47. 64. 66. 67. 92. 94. 96. 100. et 60. ubi imp. præcedit et sequitur; 97. ubi iterum imp. et initio et fine orationis est, et infinitivis optime exercitus trepidatio et pugnarum vices illustrantur. 74. 105. Infinitivis perfectum præpositum J. 6. 72. 73. 84. idem sequitur 45. vel præsens 58. 69. 70. 79. qua ex re intelligetur, quam falsi sint, qui rem gravissimam quamque Infinitivis h. exprimi putant, cum fere tota hæc verborum structura versetur in illustrandis, quæ proposita sunt. Interponuntur enim potius tales rerum descriptiones narrationis exornandæ atque illuminandæ gratia, sejunguntur que a perpetua rerum graviorum narratione. Quare scriptor, ubi alicujus rei tempus non accuratius distinguit vel in universum aliquid leviter tangit, nonnunquam infinitivo h. usus est. cfr. J. 75. fin. 83. fin. 89. init. 37. ubi in apodosi est. Sæpius inf. h. cum aliis temp. jungit, ubi vulgo putant eum promiscue temporibus usum. cfr. C. 21. «ad hoc maledictis increpat omnis bonos, suorum unumquemque nominans laudare, admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suæ.» — Sed sua cujusque temporis ratio constat; *increpat* rem tanquam præsentem enarrat; *laudare* rationem vituperationis, cui opposita erat suorum laudatio, luculentius describit; *admonebat* actionem sæpius repetitam, sed ita ut magis ad

singulos referatur, exponit; dissimilis ratio loci in J. 32. esse videtur: *Fuere qui auro corrupti elephantos Jugurthæ traderent*; *alii perfugas vendere*, *pars ex pacatis prædas agebant*, ubi tantum orationis variandæ causa perf.; cum inf. et imp. junxisse eum putaveris Sed incipit narrationem perf. tum celerior orationis cursus ad descriptionem declinat, (inf. h.) sed ipse se revocat auctor ad remissius dicendi genus. (imp.) Sed talia facilius sentias quam verbis enunties. Neque præsens h. cum infinitivo h. confundendum; documento est J. 23. init. ubi, quo intentior fieret oratio, præsente usus est, tum ad rem illustrandam inf. adhibetur. cfr. J. 87. semel ponitur inf. C. 28. Sed ibi facile explicatur, quod res ita erat comparata, ut per aliquod tempus duraret. cfr. 86. 30. ita quoque explicandus est locus in C. 31. fin. ubi duo Infinitivi in apodosi sunt. Notanda temporum compositio J. 91. initio, ubi primum plusq. deinde imp. tum inf. h. denique part. perf. et infra perf. præsens et inf. h. hæc omnia scite inter se composita; *distribuerat* dictum, quod hoc antecesserat, *curabat*, quod hæc actio ad priorem refertur; *lenire*, *parare* modum agendi declarant, *effecta* priorum consequentiam continent. Part. perf. aliquoties cum inf. h. junctum, quod et part. et infin. nominis naturam accipiunt, ita ut tales propositiones recte cum nominativis absolutis componantur. cfr. J. 38. vis magna hostium etc. 105. intendere, timor etc. Ceterum memorare non attinet, infinitivum hist. non omisso *cœpit* esse explicandum, cujus structuræ vide exempla apud C. 38. 51. J. 20. 41. 62.

Sed ut in universum temporum usus atque compositio, quæ apud Salustium est, recte intelligatur, hoc tenendum est, res gestas cum summa ἐναργείᾳ ab eo exponi, ita ut geri negotium et res ante oculos esse videatur. Non enarrat, sed ostendit et demonstrat, summamque affectat evidentiam et perspicuitatem. Quare regnat ut ita dicam, in ejus narratione præsens historicum, quod dicitur, cui cetera ita connexa sunt, ut quasi in umbris locata, reliquorum eminentiam adaugeant expressioremque reddant. Sed ne semper idem tenor orationis sit, accedit in ipsa temporum compositione summa varietas. Itaque præsens historicum cum præs. imp. perf. part. præt. plusq. et inf. h. multifariam conjungitur. Simplicissima quidem est ratio, ubi tempus præsens cum solo præs. componitur; primum in protasi, et apodosi. cfr. J. 69. 80. 86. 104. ubi *postquam* præcedit; idem fit sæpius in iis periodis, ubi altera sen-

tentia alteri subjungitur. cfr. C. 36. *decernit uti habeant* 40. *negotium dat, requirat, — si possit impellat.* 45. *uti facto opus sit, ita agant, permittit.* J. 54. *hortatur-gerant.* 62. *obtestatur-uti provideat; caveat ne consulant.* 65. *hortatur uti petat* cfr. J. 25. 26. 33. 35. 103. et Ramsh. §. 193. Sed multo est frequentius, ut præsens, quod temporis historici vices implet, imperfectum sequatur. J. 106. *simul uti noctu profugeret, rogat atque hortatur.* 107. *hortatur uti gererent.* cfr. 112. 40. *rogationem promulgat, uti quæreretur.* cfr. 52. 32. init. et innumeris aliis locis. Quid inter has duas structuras intersit, facile est ad intelligendum; præsens enim ad eum, de quo agitur, referendum; imperf. judicium scriptoris est; illud orationi incitatiori, hoc sedatiori et remissiori convenit. cfr. inprimis J. 49. ubi primum præsens post imp. est positum et Ramshorn. §. 195. 3. a. b. Sed etiam in iis sententiis, quæ aliis particulis inter se junctæ sunt, summa est varietas, ita ut omnia complecti vix possis. Primum igitur hoc per se patet, imp. et plusq. in omnibus sententiis, quæ explicationis causa adjunguntur, cum præsente haud aliter quam cum perfecto componi. cfr. J. 49. 22. 25. *quod ubi secus* etc. 26. 28. Neque minus sæpe perfectum præponitur, præs. sequitur v. c. J. 13. *præcepit expleant.* cfr. 28. C. 34. 41. *præfecit eumque edocet* J. 49. 58. *misit, eumque obsecrat*; et ita sæpissime, ubi narratio paulatim in demonstrationem transit. Contrarium minus usitatum; cfr. J. 23. fin. *efficiunt.* Quamvis enim vix fieri posse videatur, ut perpetuitas orationis per sola præsentia continuetur, flumenque verborum in perfecto clausulam numerose et jucunde cadentem habere videatur, sæpius tamen in sequenti propositione perfectum ponitur. cfr. J. 64. *postquam dixit—flectitur—respondit* 73. *mandatur— et postea jussit* 76. *corrumpunt* et *— pependere,* 84. fin. *contra* 74. *prœlium incipitur. Qua in parte rex pugnæ adfuit.* et ita sæpissime. Imperfecto et plusquamperfecto ita usus est Salustius, ut ubique propria eorum vis retineretur. Sed eo ceteris scriptoribus differt, quod accuratius singula temporis momenta distinguit, et quæ aut simul aut ante acta sunt, temporibus, quibus convenit, designat. id quod multum confert ad varietatem et evidentiam orationis augendam. cfr. J. 87. *placuerat.* 88. *fuderat, exuerat, miserat.* 89. *gerebat, memorabatur.* 91. *distribuerat, curabat.* 92. *trahebantur.* 25. *timebat— quod intenderat.* 28. *hæserat, adventabant,* quæ *deliquisset, sperabat.* 29. *imperaverat,*

agitabantur; *constituerat*, *agitabatur*. 33. *gesserat* 50. *cœperant*, *nequiverat*, *fuerat* 51. *cognoverat*. 60. *remiserant*, *prospectabant* C. 6. totum caput. 7. *arduus erat*, *domuerat*. 9. *ubi pax evenerat* 10. duobus locis plusq. vim imperfecti habere videtur. cfr. C. 50. J. 70. *soliti erant*; id quod eo firmatur, quod Prisciano teste 9. 10. p. 468. Ed. Kr. plusq. *soluerat* antique dixerat; ipsum imperfectum non uno loco pro imperf. action. ingrediendæ positum. cfr. J. 7. *mittebat* 29. *redimebat*, perfectum aliquoties, ut Aorist. Græcus, ut notionem consuetudinis includat, sed propriam vim non plane amittat. cfr. C. 10. *edocuit*. 50. *gravius æquo habuere*. vide Comment. ad Cat. 10. Ceterum per se patet ne diligentissima quidem exemplorum conquisitione effici posse, ut, quid in omnibus et singulis locis auctor in *temporum compositione* secutus sit, generalior disputatio complectatur. Sed hæc pauca notanda esse duxi, ut et quantum sit Salustianæ orationis artificium, clarius perspiceretur, et quam manca et imperfecta grammaticorum sint præcepta, qui sæpissime parvum exemplorum numerum eumque ab aliis congestum secuti, conclusionem de maxima orationis varietate faciunt.

Non minus diversus est apud Salustium conjunctionum usus. Ita enim ferebat et ipsius scriptoris ingenium, et historiæ, qualem ille mente sibi finxerat, lex, et antiquum, quod affectabat, dicendi genus. Scilicet Salustius, cujus sanum et rectum erat judicium, plane et aperte loqui quam subtiliter et versute disserere maluit. Quæ enim alii multis operoseque conquisitis rationibus evincunt, hæc ille excellentis ingenii lumine et velocitate arripuit, omniaque ita enunciavit, ut breviter comprehensis sententiis quasi oracula edidisse videretur. Ipsi autem historiæ, ut testis temporum et lux veritatis recte dicatur, simplex et gravis oratio maxime convenit. Sed antiquioris sermonis id proprium esse solet, ut pura illustrique gravitate magis quam concinna et artificiosa membrorum compositione excellat. Salustius igitur, grandis verbis, creber sententiis, compressione rerum brevis, orationem ita conformavit, ut sententiæ, nullis vel paucis particulis, inter se æqualitate quadam jungerentur, altera alteram exciperet, explanaret, illustraret. Satis igitur habet multa enarrare, ut temporis ordo ferebat, quæ in oratorio dicendi genere apta argumentorum dispositione inter se conjungenda et coagmentanda fuere. Ita sæpissime usus est particulis: *ubi*, *postquam*, *tum*, *dum*, *interim*, *dein*, *dehinc*, *deinde*, *post*, *paulo post*, *cum*

interim. J. 49. *simul* 56. *item*, *itemque.* 19. cfr. 65. *simul et* 20. 24. 25. 56. *præterea*, ubi οἱ πραγματικοί qui dicuntur, vel oratorii historici omnia particulis causalibus conglutinare student. ceterorum exempla laudare nil attinet; passim enim occurrunt; de *simul* et *item* cfr. C. 16. 17. 19. 20. 27. 30. 36. 37. 40. 47. 48. 51. 53. J. 14. 15. 17. 18. 19. 20. 21. 23. etc. Sæpius, ut orationem non plane solutam doceret, et juncturam quandam inter periodos intercedere significaret, particula *igitur* usus est, et initio orationis posuit. cfr. C. 2. 4. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 15. 19. 24. 26. 27. 28. 30. 40. 46. 47. J. 13. 18. 35. 42. 43. 46. 48. 53. 55. 57. 58. 59. 61. 62. etc. Etiam *ita* satis frequens. C. 1. 8. 28. J. 21. 22. 25. 31. 36. 41. 44. 45. 50. 55. 60. 67. 69. 73. 74. 80. 81. 98. sed differunt; illud enim conclusionem vel transitionem, hoc eventorum consequentiam significat; rarius *itaque* ponitur C. 20. J. 11. 12. 13. 20. 46. 54. 64. 85. 93. *sic* rarissime J. 65. 68. 90. fin. 94. fin. Sæpissime autem oppositis illustrat orationem; qua in re usitatissima est particula *sed.* C. 3. 6. 7. 8. 10. 11. 13. 14. 16. 18. 20. 23. 30. 31. 36. 37. 39. 41. 43. 49. 51. 52. 55. J. 11. 12. 13. 21. 22. 28. 31. 35. 42. 45. 48. 56. 57. 60. 65. 73. etc. Cui particulæ non modo locus est, ubi contraria sunt, quæ ponuntur; sed etiam, si priora accuratius explicantur illustranturve; quæ quidem propria hujus particulæ vis est; recte enim Handius Turs. p. 425. „*Sed* non opponit, sed secernit et apponit id, quod distinguendum videtur," nisi quod Salustius multis locis eam particulam usurpavit, ubi *enim* vel alia explicativa p. erat utique usitatior. A notione p. *sed* non ita multum recedit *ceterum*, quod sæpius Græcum δὲ exprimit, cfr. J. 13. 14. 20. 46. 48. 51. et Indic. nisi quod clarius significat, addi, quæ ad explendam sententiam necessario pertineant. Etsi non omnium locorum eadem est ratio, sæpiusque a Salustio ibi ponitur, ubi vim copulativæ part. habere videtur. Ex ceteris adversativis p. *verum*, *vero*, *autem* minus frequentes sunt. cfr. C. 2. J. 14. 24. 25. 29. 35. 52. 80. 85. *verum enim vero*, qua p. antecedentia oppositis firmantur et graviter asseverantur, paucis locis occurrit; C. 2. 20. *Atqui* rarissimum J. 31. *At*, quod sequentia antecedentibus opponit, sive res ipsa contraria est, sive tantum a scriptore contra opponitur (cfr. Hand. l. l.) satis frequens. C. 6. 8. 12. 20. 23. 31. 33. 34. 40. 43. 46. 51. 52. 57. J. 14. 20. 35. 54. 56. 58. Ejus vis augetur *contra* adposito J. 15. 36. Ceterum quod supra in universum de oratione Salustii dictum est, sæpius omissis part. sententias sententiis et verba verbis

explicari, id sæpissime in oppositis animadvertere licet C. 3. 4. 6. 7. etc. talia enim asyndeta regnant, ut ita dicam, in oratione Salustii. *Causales* p. quod attinet, *nam* et *namque* sunt usitatissimæ. Non enim omnia, ex quibus aliquid efficitur, præmisit, sed primum rem pro certa posuit, et postmodo, quæ eam confirmarent, adjunxit. C. 1. 3. 4. 10. 15. 16. 20. 23. 26. 37. 38. 48. 51. ter. 52. J. 28. 31. ter. 84. 85. 88. 89. 92. 110. *Enim* et *etenim* rarissima C. 20. J. 85. fin. *quoniam*, quod rem certam et manifestam esse significat, adamatum est Salustio. J. 14. 19. 24. 29. 30. 35. 40. 41. 45. 46. 52. 53. 61. 79. 80. 82. 85. 95. 104. c. conjunctivo 107. 111. Or. Lic. Etiam particula *quia* multis locis occurrit J. 16. 20. 18. 35. 80. 83. 84. 79. 107. C. 20. *quod* sæpissime C. 15. 16. 18. 19. Sed *cum* (de quo c. ind. juncto vide Comm. ad J. 102. cfr. I. 50.), minus sæpe usurpatum, cum S. non tam ex sui animi sensu res judicet, quam ex rebus gestis argumenta repetat; *quippe* non uno loco, omisso relativo, positum est. J. 1. 90. 105. C. 19: *quando* cfr. h. fr. 1. 19. Or. Ph. et 3. 11. Ep. Pomp. Ex *concessivis* p. sæpissime usus est *quanquam* et *tametsi*; et illud quidem omnibus fere locis eandem vim habet, quæ in *quamvis* est. cfr. J. 3. 14. 17. 32. 33. 37. 38. 39. 43. 44. 53. 75. 83. 84. 94. 107. fr. h. 3. 22. de *tametsi* cfr. J. 11. 13. 16. 20. 25. 26. 29. 31. 33. 34. etc. sequente *tamen* 54. 63. C. 20. 21. *etiamsi* J. 10. 106. *etsi* aliquot locis pro *quanquam* positum est. *licet*, *quamvis*, paucissimis locis occurrunt. *Finales* p. *ne*, *ut*, sæpius postponi jam supra memoratum est cfr. Comm. ad C. 1. id quod etiam in *interea* accidit J. 86. 88. 103. et pronomini demon. *ea* particula *postquam* nonnullis locis postponitur 26. 70. præterea *quo* sæpius pro *ut* positum C. 38. cfr. supra; de *quin* cfr. 37. 53. *non* quin 38. J. 40. Haud raro *copulativæ* p. orationem incipiunt *ac* J. 30. 36. 53. 106. 109. *ac* si 85. ac tametsi J. 25. *ac* primo 89. *Et* J. 35. 42. 62. 73. 85. *Atque* 85. 95. 101. 102. h. I. 15. et vide Ind. *Neque* C. 26. 31. J. 65. 84. 85. 98. sæpius etiam *que-que*, *que-et*, *neque-et*, sese excipiunt cfr. *meque*, *vosque* J. 85. *meque vobisque* 110. *seque et op.* J. 26. *seque vitamque* 79. seque *remque* p. C. 36. J. 85. *illaque et* 76. 85. *Neque-et* J. 31. *jamque* 98. 101. 106. *etiam* C. 2. J. 21. 64. 80. quod ad totam orationem, non singula verba pertinet, vide ind. Ceterum copulativas p. sæpissime omitti jam sæpius monuimus. Ex conditionalibus nota *ni* sæpius pro nisi positum, et cum aliis particulis adverbii loco junctum. *nisi quod* J. 89. 95. *nisi quia* 67. *nisi tamen* 24.

100. cfr. J. 31. 75. 27. 77. C. 20. 23. præterea *nisi forte* c. ind. sæpissime, si quis exponit, quæ vel fieri posse negat, vel absurdum esse statuit; cfr. C. 20. h. I. 15. et 19. pluribus locis. Ex *comparativis* p. notanda *perinde quasi* J. 31. *juxta ac si* 45. quibuscum cfr. *pariter cum* 77. 106. *simul cum* 91. *simul et* 25. *juxta mecum* C. 58. *De consecutivis* p. jam supra expositum est, hoc tenendum *eo* sæpius pro *ideo* poni; vide supra de pron. Ex *interrogativis an* etiam priore membro interrogationis ponitur, ubi nihil suppleri potest, vide C. 51. med. *an an* — sin etc. Vide præterea *postea vero quam* C. 2. 29. *quod si* 14. 39. J. 85. *quod ni* C. 18. *quod utinam* J. 14. — De singulis particulis hæc notanda: *tum vero* magna cum vi post participia et ablat. absolut. ponitur C. 61. J. 84. 106. *postremo, denique* non modo in longa rerum enumeratione, sed etiam tum usurpantur, ubi rei cujusdam descriptionem scriptor paucis absolvit. vide Indic. Præterea notanda orationis varietas in usu particularum *modo — modo* C. 15. J. 23. *rursus, post* J. 55. *interdum — modo* 62. *adeo* C. 37. bis J. 65. 110. 111. et Ind. *porro* in oppositis J. 25. *neque solum — sed omnino* C. 37. *prorsus* 16. 15. 23. *jam primum* 15. *jam tum* 18. 19. Præpositiones *ante, post* sæpissime adverbiorum vices implent; adde *præter* C. 36. *supra* 5. de positu præpositionum cfr. *quos advorsum* J. 101. *quos inter* h. I. 68. *ad se vorsum* J. 58. *in Hispaniam versus* h. fr. inc. 177. *Aegyptum versus* J. 29.

Modorum ratio apud Salustium multo simplicior quam apud ceteros scriptores. Ambitus enim verborum et comprehensio (periodi) apud illum contractus et brevis est, et in membra quædam orationem libentius dispertit. Neque poterat esse in abrupto, quo gaudet, dicendi genere, artificiosa modorum compositio. Quare hoc quidem in genere quam maxime a Tullianæ orationis structura recedit. Memoratu dignum solum hoc est, Salustium more Historicorum Græcorum sæpius indicativo usum esse, ubi ex grammaticorum regulis conjunctivus modus erat usitatior. cfr. Bernh. Synt. p. 389. Nam vel tum, ubi aliorum sensus et cogitata enarrantur, suum interponit judicium; res gestas enim illustrare, quam aliorum opiniones et judicia interpretari maluit, cfr. C. 27. *quam paraverat* J. 103. *quæ sibi venerant* 111. *Romani invisi erant*. cfr. C. 14. quæ *frequentabat*. 50. qui in custodiam *traditi erant*. 30. *facta erat*. Sed falso huc referunt. 22. *credebant*. Recte autem 28. *impendebat* nonnulli Codd. exhibent et C. 51. init. *consuluerunt*

Vat. a. J. 63. *quæ animo agitabat* 81. advorsa *sunt*. C. 50. *tenebantur*. J. 85. *adepti sunt* 54. quæ levia *sunt*. 76. *quippe qui vicerat* 106. proditis *quos ducebat* — quamobrem 38. *verba clausum tenet* pro vera lectione habenda sunt. Etiam *deseret* 42. haud dubie sanum est. Eo magis mirum, uno loco Conj. pro ind. positum esse C. 49. *quæ dicerent*. cfr. Zumpt. §. 78. 7. c. Anm. 2. p. 391. Ed. III. Congruentiam partium orationis quod attinet, sæpius a vulgari usu loquendi recedit Salustius. Jam primum *pars, reliqui, partim*, alia, *pars-alii, pars-multi* componere ei solemne; cfr. Ind. et add. J. 19. 74. 85. 89. C. 48. 60. *ruunt pars magna* H. 2. 24. nomina collectiva pluralis sequitur: *pars ostentantes* J. 31. p. objecti 14. p. edocti 66. *magna pars volnerati* 58. populo R. *melius visum*, *tutius rati* etc. *proles, geniti* H. I. 15. sed prioribus locis verbum plur. antecessit, tertio loco *plebes* præpositum, quod etiam J. 78. cum verbo plurali junctum est. Ita 41. *cœpere, nobilitas, populus*, ubi usitatior erat singularis, C. 7. *juventus, erat, discebat*, habebant; 23. nobilitas æstuabat et *credebant*, sed *sibi quisque sperabat* est. C. 37. *uterque exercebat* 49. *collis quam campi fuerat*. J. 50. cariora omnia, quam decus atque pudicitia *fuit*; duo substantiva fœm. neutrum plur. sequitur. *ira atque ægritudo permixta* sunt. J. 68. *velocitas et regio — tutata* sunt 52. *virtus fidesque vestra spectata* forent. C. 20. lætitia atque lascivia — *quæ* pepererat 31. earum rerum, quæ prima ducunt J. 41. humanarum rerum fortuna pleraque regit J. 102. ita confirmatur lectio 37. *picem sulphure et tæda mixtam ardentia*. Aliud exemplum 49. *ipsi* atque signa — obscurati. Relativum ad sensum construitur 66. *Vaccenses*, quo; C. 18. — *Conjuvarere pauci, de qua* J. 14. familia nostra, quorum etc. 95. equitatus, quos 100. *diffidentia futuri, quæ imperavisset* — servitia; cujus C. 56. ad remotius subj. relativum refertur J. 24. *quid reliquum, nisi vis vestra*, quo moveri possit? *nominativi absoluti*, qui dicitur, unum exemplum 66. *Vaccenses, quo — principes civitatis* etc. Sed rectius ejusmodi structura *Epanalepsis* vel resumtio dicitur; persona enim minus accurate dicta, in sequentibus eodem casu, sed diligentius exprimitur, toti enim civitati partem substituit. cfr. Ramshorn. §. 206. B. 6. *) Ceterum totam appositionis rationem apud Salustium latissime patere, jam inde colligi potest, quod plurima eadem comprehensione complecti S. quam maxime studebat. Exempla laudare nil attinet. In *Genitivi* structura notandus adjectivorum, quibuscum hic casus jungitur, numerus;

cfr. *ingens virium animique* h. 3. 28. *dubius consilii* 3. 33. *anxius animi* 4. 5. *nimius animi* 4. 17. *lætus frugum* h. 2. *consilii æger* 4. 31. *immodicus animi* inc. 30. *belli sciens* 123. *firmatus animi* 3. 24. præterea cfr. dictiones *pensi habere* C. 5. 23. *pensi ac moderati habere* 12. *pensi est.* 52. *pensi ac sancti* habere J. 41. quamvis enim *pensi* pro genitivo pretii habeas, eandem tamen structuram ad *moderati et sancti* transferre quam maxime est insolitum, quippe ut *sanctum habere*, ita etiam *moderatum habere*, dicere licuit; diversus est genitivus in dictionibus *quid boni est* J. 88. *quid aliud reliqui* H. I. 15. *nihil reliqui* facere C. 12. 28. *quid reliqui habemus* 20. ubi aperte, quod prædicatum est, per attractionem subjecto adpositum est. Nam etiam *reliquum facere* et *habere* dicitur. vide Ind. eadem est ratio structuræ *nihil languidi aut remissi pati* J. 53. nam genitivi loco accusativum vide positum. 88. Multa præterea apud eum sunt exempla Gen. gerundii cum substantivo juncti ad qualitatem alicujus rei explicandam. cfr. H. I. 15. I. 19. cfr. C. 6. *regium imperium conservandæ libertatis fuerat.* et cfr. Comm. ad h. l. Neque omittendum, cŭm pluribus substantivis infinitivum pro Genitivo gerundii jungi. cfr. C. 17. *vivere copia* 4. *non fuit consilium conterere* cfr. 53. *vendere mos* 30. J. 80. *necessitudo persequi* 102. *tempus adgredi* 89. cfr. Ramshorn. §. 168. A. N. 1. Fuit nuper qui hunc inf. ita interpretaretur, ut *copia est* etc. pro verbo e. gr. *licet* dictum esse statueret, quasi id ageretur, quæ verba alicui dictioni substituerentur. Neque satis habuit ipse insulsa loqui, sed etiam alios idem sentire mentitus est. Scilicet infinitivus subjectum est; licuit etiam genitivo gerundii uti, si maximam vim in *copia* auctor positam vellet. cfr. J. 22. fin. eadem est ratio in *consilium est.* cfr. h. I. 15. *neque pati consilium est.* et h. I. 19. bellum *pati consilium est.* cfr. J. 85. ea uti *deseram, non est consilium. Dativo* sæpius locus est apud Salustium, ubi ex vulgari loquendi usu Genitivus vel alius casus erat usitatior. Ita enim clarius perspicitur, ad quam personam omnia referenda sint, animorumque motus significantius exprimuntur; quia tertii casus ea est ratio, ut ab actionis notione sejungi non possit, e. gr. *ducem illis, non animum mutatum* J. 49. *qua illi descensus erat* C. 57. *Jugurthæ nox quieta fuit* 72. *illis animi augescunt* 52. *vobis animus ab ignavia corruptus* 31. *flamma crescit egregiis viris* in pectore. 4. exitus *tantis malis* 40. *illis* dominationis socius h. 3. 22. *certamini conscii* inc. 168. *commodum*

venit reipublicæ J. 4. *insidiis locum temptare* 46. *instruere pugnæ* suos h. 2. 8. *mihi finem vitæ facit natura* J. 10. *miseriis suis remedium mortem exspectare* C. 40. *si huic imperio fortuna mutaretur* J. 14. *ingenuo corpori finem vitæ facere* h. inc. 17. *contrarius piratis* inc. 157. *perdundæ pecuniæ* genitus h. 3. 39. *fiducia augeri nostris cœpit* h. inc. 168. *exercitui* supplementum scribere J. 39. *tuis* hostis 10. 81. 83. 89. qui tum *Romanis* erat imperator 7. *liberis* avunculus erat h. I. 32. uxori frater h. V. decet victoribus. h. I. 51. *Grachis* non satis moderatus animus fuit. J. 42. *pœnæ aut prædæ* esse J. 69. *quibus* corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum C. 6. contra *illis* omnia consenuerunt 20. cfr. Ruhnk. ad Terent. Andr. 2. 6. 27. et Bentl. ad h. l. et 3. 3. 17.

In accusativo et ablativo casibus Enallage illa, quæ dicitur, explicanda. primum certa ejus exempla laudabo, post, quid de hac structura judicem, paucis exponam. J. 111. *in gratiam* habituros 112. in *potestatem habere*— 61. *in provinciam collocat* 5. *in amicitia* receptus 14. *in amicitiam* a vobis recepti etc. H. I. 9. *in gratia concesserant.* Alius sunt generis quæ vulgo laudantur. C. 11. in *civibus* facinora facere. 52. misericordes *in furibus* ærarii; quamvis et dicatur. 51. quid *in illos* jure fieri posset et infra iterum: quid *in tales* homines crudele fieri potest.» alienum J. 58. pauci in *pluribus* minus frustrati. cfr. Cic. Tusc. Disp. I. 35. in utroque fortuna habuit potestatem — *dominatione* in vobis Sal. hist. 3. 22. fin. C. 9. in *amicis* fideles — *amicos* melior est lectio, et Codd. optimorum auctoritate, et varietate dicendi satis firmata. C. 51. in *sententiam* addere an in *sententia* legendum sit, non liquet. Sed utra tandem lectio præferenda videtur, nulla enallage statuenda; nam in *sententiam* addere est ad ea, quæ censueras; in sententia i. e. in sententia dicenda; prius huic loco magis convenit, Silani enim sententiam Cæsar exagitat. Neque aliter J. 14. *in affinium* locum *ducere* explicandum, cum enim «*despicatui ducitur*» recte dicatur, ne in accusativo quidem erat offendendum; accedit quod *vice* et in *vicem* alicujus, hunc loquendi usum satis illustrat. C. 19. In *provinciam* — provincia ex meliorum Codd. testimonio restituendum duco. Itidem J. 17. *in parte tertia* Africam posuere, cum optimis libris lego, etiam C. 52. ubi nonnulli libri: *cui item exercitus in manus* habent, *in manu* unice verum. Restant igitur pauca loca, quorum J. 5. 14. satis clara esse videntur; ut enim *mœnibus recipi* 28. et *domum recipere*

dicitur, ita etiam, ubi tropice dicitur, orationem variare licuit. Sed non est idem. recipitur *amicitia*, qui vel postea in ea fuit; *in amicitiam* — ubi illud solum tempus significatur, quo res acta; sed antea nullum iis aditum ad amicitiam fuisse dicitur cfr. J. 9. *in regnum accipere* et 14. *in regnum adoptatus* — *in provinciam* collocat dictum ut ap. Livium 23. 5. *in curiam clausus* et 23. 38. *in vincula condi jussus* et h. I. 31. *exercitum Dyrrhachium coëgere* — in diversas enim partes dimisit copias Metellus. *Collocare enim aliquid in loco*, proprie tantummodo ejus est, qui ipse eo in loco, ubi aliquid fit, præsens adest, quod aliter se habuit cfr. Oudend. ad Cæs. B. G. VIII. 46. Terent. Andr. 1. 1. 102. et Ruhnk. ad h. l. *in gratiam habere* J. 11. simili ratione ut in *adfinium locum ducere* dictum; et paulo infra *in conscientiam ducere*; accedunt similes dictiones: *accipere aliquid in bonam partem*, *meliorem in partem aliquid interpretari* — *trahere in diversum*. Veram igitur enallagen sola duo exempla dixeris J. 112. et h. I. 9. cfr. J. 18. (quibus male addunt h. 2. 46. *incidit lenunculo* 2. 50. *in flumine ruebant*, vide Comm.) quæ reliquiæ esse videntur antiquioris sermonis, qui in vi casuum accurate distinguenda fuit negligentior. Nam aliena sunt inc. 226. *in mercedem* corruptum; vide supra p. 146. et *Etruria suspecta in tumultum erat* 228. eadem p. illud enim finem rei exprimit. vide Coment., scil. mercedis causa, vel ut mercedem suis persolveret, partium decus corrupit; *in tumultum* exprimit rem, ad quam suspicio pertinebat, habebat Etruria suspicionem tumultus; jam cum *suspectus fovisse* Tacitus dixerit H. I. 46. *susp. in* nimis durum dici vix potest. Ceterum vel hæc structura ex studio multa paucis complectendi orta esse videtur.

Multa alia, quæ in Salustiana elocutione a vulgari dicendi ratione abhorrent, aut a variandæ orationis studio repetenda esse videntur, aut e Græcis fontibus deducuntur. Sed ipsum varietatis studium non magis ad certam quandam elegantiam et concinnitatem referendum, quam quod Salustius et in ipsis verbis et in eorum structura proprietatis est studiosissimus, et tam presse et subtiliter loquitur, ut merito incertum dixeris, verba sententiis an sententiæ verbis illustrentur. Quare variæ verborum structuræ non pro inani ornamento habendæ, sed rectius eas dicendi formas scriptorem elegisse putaveris, quæ cogitatis optime convenirent. Et sæpissime quidem in oppositis hanc varietatem animadverteris, ut diversi sensus diversitate structuræ expressiores fierent; exempla dabo:

J. 103. utilia aut benevolentiæ C. 55. inter sinistros montes et a dextera rupe aspera J. 7. vehementer carus — maximo terrori 14. in omnibus bellis — per otium C. 9. in suppliciis — magnifici — domi parci — in amicos fideles J. 7. dolis — per vim ib. labore — parendo 4. neque per vim — neque insidiis ib. 1. imbecilla atque ævi brevis 46. avidum — ingenio mobili, infidum 64. homo inanis, et regiæ superbiæ 70. hom. nobilem — magnis opibus C. 25. docta litteris — psallere — multa alia. J. 78. impares magnitudine — pari natura J. 52. ipsi pares — ceterum opibus disparibus C. 17. incerta pro certis, bellum quam pacem malebant. 37. homines egentes, malis moribus ib. qui præstabant; — alii patrimoniis omissis — postremo omnes — quos J. 22. neque recte — neque pro bono ib. ob easdem artis — non penuria C. 56. voluntarius aut ex sociis J. 25. homines nobiles, amplis honoribus. 84. plerosque militiæ, paucos fama cognitos accire C. 16. commodare testes — vilia habere J. 31. occidisse — quæstiones injustas (scil. pro munimento habent) C. 9. in bello — ubi pax evenerat. J. 88. gloriosa-neque belli patrandi — 84. magnifica pro se et illis dolentia 89. rem non eadem asperitate, ceterum haud secus difficilem 29. locutus de invidia facti, atque uti cfr. 70. 1. de natura queritur, quod 46. ubi accepit — simul certior factus 65. petenti ut sellam — item turmam 28. in Consule bonæ artes animi — patiens, acri ingenio etc. 25. censebant subveniundum — interim uti 20. res in Africa gestas quoque modo actæ forent, fama divolgavit 31. opes factionis — vestra patientia — jus nullum, ac maxime quod — 89. quum propter usum belli, tum quia res ib. cibus adversus famem — non libidini H. 3. 22. non arma censebo — sed ne — 1. 19. arma advorsum divina etc. cepit — non pro sua aut quorum simulat injuria, sed — libertatis subvortundæ J. 102. populo Romano tutius visum: rati etc. 108. orator missus et subdole speculatum H. I. 15. quid defensum est aliud — quam sedes — neu cui etc. — 3. 22. ultum injurias hortor — magis uti J. 33. duci jubebat — sumendum — cfr. c. 38. fin. 25. verba facit — missurum — præterea uti — decederet 25. litteras mittunt — accedat — seque missos. Nonnunquam eadem vox structuram mutat: C. 33. expertes fama — patriæ J. 74. aliquanto numero — hostium paucorum potiti — 64. pro honore — contra Metellum accendit 88. — pro hostibus et advorsum se opportuna 100. Sulla cum equitatu apud dextumos — in sinistra parte M. cum etc. præterea cohortes curabat.» Quæ quidem dictiones ad alia viam muniunt,

ubi verbi significatio pro structura mutatur J. 38. fame ferroque clausos 42. ferro aut fuga exstinxit 49. pecunia aut honore extulerat 102. non pro vanis hostibus sed liberaliter habuit 49. labores et victorias confirmare; (rectius tamen hanc syllepsin esse putes) 105. numerum ampliorem vero et hostilem metum efficiebant. Quemadmodum igitur casuum enallage, quam dicunt, non eo spectat, ut differentiam inter casus tollat, sed potius orationem ad sensuum diversitatem fingat atque accomodet, ita ne tempora quidem promiscue usurpantur, sed consilio alterum pro altero ponitur, sive ut rectius dicam, a vulgari usu receditur. Id quod nuperrime homo ineptus primum sibi invenisse visus est, quasi Antiptosi illa et temporum enallage, quam antiqui Grammatici statuerunt, nil nisi inscientiam et socordiam tegere voluissent. Sed hoc differunt a juniorum, qui illos contemptui habent, arrogantia, quod non philosophicis, quæ nostri jactant, argumentis, sed usu loquendi difficiliora illustrabant. Antiquorum scriptorum auctoritas quam ipsorum inventa plus apud eos valebant. — Sed de Salustii artificio in temporum compositione supra egimus, neque in iis, quæ vulgo laudantur, locis, facile quis temporum mutationem, sed potius suam cujusque vim inveniat cfr. J. 13. 26. 76. fin. 89. *neque quivissent — ni facerent*, vide Comment. cfr. 12. 29. 34. 71. eadem est ratio tempp. Conditionalium, cfr. J. 27. 85. fin. h. 3. 22. med. *frustra agerentur — si facturi erant* ib. initio *si parum existimaretis — disserendum fuit*. cfr. præterea C. 21. J. 43. 97. extr. 67. 82. quæ omnia ita comparata sunt, ut apud scriptorem parum diligentem aliter exprimi potuerint, sed in Salustiano dicendi genere unice vera sint. — Ceteræ locutiones, quæ variis figurarum nominibus vulgo comprehenduntur, suo quæque loco sunt explicitæ; tantum de *Ellipsi* pauca addam. J. 100. *in hiberna*: scil. proficiscitur. cfr. Ter. Andria. 1. 3. 21. et Ruhnk. ad h. l. 109. *igitur Sulla*: sc. respondit. 24. *nihil ad vos* sc. pertineat. C. 48. *potestatam faciundam* (ubi ex antecedentibus *indicandi* supplendum.) cfr. C. 30. *solet* sæpius (*facere* vel *fieri* omissis) positum cfr. C. 30. J. 96. Non numerantur inter ellipses, ubi ex verbo, quod antecessit, simile quoddam intelligendum est, cfr. C. 21. med. J. 17. 25. 71. fin. 82. 109. *redire jubet*, de qua dicendi ratione luculenter egerunt interpretes ad Ter. Andriam IV. 5. 18.

Multa ex Græcis hausisse Salustium et veterum Criticorum fuit judicium (Quinctil., IX. 3.) et plurimorum locorum comparatione docuimus.

Laterculum secundum.

ALIQUOD DIES CONTRA MO-
REM FIDUCIA AUGERI NOS-
TRIS COEPIT ET PROMI LINGU-
A QUA VARINIUS CONTRA S-
PECTATAM REM INCAUTE
MOTUS, NOVOS INCOGNITOS-
QUE ET ALIORUM CASIBUS PER-
CULSOS MILITES DUCIT TAMEN
AD CASTRA FUGITIVORUM
PRESSO GRADU SILENTIS IAM
NEQUE TAM MAGNIFICE SUMEN
TIS PROELIUM QUAM POSTU-
LAVERANT. ATQUE ILLI CERTA-
MINE CONSILII INTER SE IUX-
TA SEDITIONEM ERANT CRI-
XO ET GENTIS EIUSDEM GAL-
LIS ATQUE GERMANIS OBVIAM
IRE ET ULTRO FERRE PUGNAM
CUPIENTIBUS CONTRA SPARTA-
CO . . .

---

[1]) Ita cod. pro *AT*. [2]) Ita cod. pro *ALIQUOT*. [3]) Cod. *INCATÆ*.
[4]) Cod. *IUSTA*.

Fr. 1] versum primum omissum esse manifestum est, viginti enim versus in pagina fuisse dubitari non potest. lin. 2.] Kr. in fine syllabas VA — QUE non habet. lin. 3] sub fin. Kr. MENSU lin. 4. 5.] recte K. hæc jungenda et *crudelis* vel *crudelitas* legendum esse censuit. lin. 5.] fin. K. UBAIUS quare *sub* legendum censuit, quid reliquis litteris fieret, in medio reliquit. lin. 6. 7.] hæc quoque jungenda: et *plerique* vel *plerumque* scriptum esse statuit Kr. lin. 8.] Kr. EA. sed et ipse EM emendavit. lin. 9.] *ibi* haud dubie scribendum. Kr. ODUPLI lin. 9. 10. 11.] est hoc supplementum Kreysigii; Majus in fine habet DRUM. NU. lin. 11. 12.] *Prima cum luce*: ita ab Kreyssigio restitutum. lin. 13.] melius Kr... nos edificis pro edificiis. lin. 14.—16.] ingeniosa Kr. conjectura hæc ita suppleta: *et tum matura in agris erant autumni frumenta.*" ipsa scriptoris verba restituta dicerem, nisi lucuna major esset, quam quæ verbis *autumni frumenta* expleri posset. quare aliquid excidisse statuo; ceterum de hac dictione cfr. Porph. ad Horat. Ep. II. 1. 40. lin. 17.] Kr. SEDINO. lin. 17. 18.] *gnari* haud dubie legendum. lin. 18.] Kr. recte pro genitivo plur. superlativi habuit. lin. 19.] Kr. una litera auctius FUGI fin. *Cruenta* an *inventa* primaria lectio incertum. lin. 20.] R non habet Kr. idem in fine MINIB. id enim solemne in his fragmentis scripturæ compendium.

Fr. 2.] initio unus versus excidit, lin. 2.] NI SE lin. 3.] fin. Kr. O. lin. 8.] SIT HAU Kr. sed D ex conjectura addidit. in fin. Kr. MO (jam *secum* conj.) lin. 9.] Kr. initio QUAMC fin. UD atque hoc cum sequente lineola conjunctum *aliud aliam* legendum censuit. lin. 10.] fin. Kr. SPE (jam CAPI) lin. 11.] fin. Kr. PR. sed et ipse *prudentes* emendavit. lin. 13.] Kr. PAU sed jam LAUDANTQUE emendavit. lin. 15. 16.] TS. *tis* vel *tes* legendum censuit Kr. reliqua partem verbi *adfluere* habuit. lin. 16. 17.] OFI Kr. et hæc cum sequentibus conjuncta legit: *firmo fidens auxilio*" ex Maji verbis potius colligas: *Proxumo f. aux.* — lin. 17. 18.] *patriæ* recte restituit Kr. *inone* pars vocabuli *inmensus* vel *inmeritus* esse videtur. lin. 18] fin. Kr. UMI. hunc quoque finem superlativi esse putaveris; *miserrumi plurumi* vel tale quid. lin. 19.] Kr. SERUU. *Servilii* ducis, quantum equidem scio, in bello servili nulla fit mentio, sed legati vel præfecti nomen in tanta brevitate scriptorum facile obscurari potuit. lin. 19.] fin. Kr. IUM. (ULTRA PRÆSCRIPTUM)?

Fr. 3.] Fol. II. dimid. Lat. prim. pag. rectæ. apud. Kr. fr. 6. ceterum totum hoc fragmentum, si a paucis discesseris jam Garatonius bene emendavit, cujus explicationem ne Italicum quidem editorem laudasse, nemo, credo, ei laudi ducet. lin. 2.] Kr. CON. reliqua Maj. supplevit. lin. 3.] TIMU. UIDL . . MA. Kr. dubius nil certi statuit. lin. 4.] Kr. AXIOAIS. sed et ipse *laxiores* vel *latioris* scribi

potuisse censet. lin. 5.] PECUAPIOS bene jam Garatonius emendavit lin. 6.] PRIU Kr. sed bene vidit PRIUS esse scribendum. lin. 8.] AUGER. TUR. E in media voce M. et Kr. conjectura restituerunt; eodem modo IS in VIRIS A in NARIS, N in CONTRA. GI Maj. in VIRGINES, cum apud Kr. solum I omissum sit. *ONA* in *matronasq*. M. et Kr. lin. 9.] NUMERO Garat. lin. 12.] *Eburianis* Gar. lin. 20] ETALIIC. Kr.

Fragm. 4. Lat. sec. pag. versæ Fol. II. dim. ap. Kr. VII. lin. 1. vetustate deleta. lin. 2.] INCRES Kr. lin. 3.] EILLUDEBANT. Kr. qui ex his et antecedentibus hæc verba effecit: *incestantes ei illudebant*." lin. 20.] pro *mittere* quod Majus conjecerat, melius Kr. *missos*; idem bene monuit *nuntios* cum t esse scribendum (jam MITTERE.)

Fragm. 5. Fol. III. rect. Lat. prim. apud Kr. I. falso M. initio duos versus excidisse statuit. lin. 2.] recte Kr. NITOR ERE restituit, cum ap. Majum etiam nunc monstra legantur NITORPERE. lin. 11.] IUVERENTUR est in Codice; sed *jub*. scribendum. lin. 12.] DEEUNTIBUS perperam Codex exhibet. *redeuntibus* verissima conjectura restitutum. lin. 17. 18.] NOSCERENT TUM MISERANT Kr. sed illud unice verum. Niebuhr *Grumentum* conjecit. (Kr. SUMMISERANT.)

Fragm. 6. Fol. III. rect. Lat. sec. — ap. Kr. Fr. II. lin. 1.] Kr. solam litteram U habet, unde MILIUM bene finxisse sibi visus est. reliqua sic supplevit: *pergit ad castra*. cujus conjecturæ fidem infirmat, quod Majo teste duo integri versus exciderunt; sed Niebuhrii auctoritas apud me quidem plus valet quam Maji testimonium. lin. 3.] *consumptis* scribendum esse recte docuit Kr. lin. 4.] NE PRAE ita recte jam a Kreyssigio scriptum. lin. 5.] PROPINQUO HOSTIS hoc quoque bene restituit Kr. item lin. 6.] MORE MILITIAE — Majus *solitas* habet et *more* omisit. lin. 8.] bene Kr. MUNIA FACERE. (jam EXSEQUI) M. ut etiam ante ipse Kr. EXPLENT. lin. 9.] NOCTIS restituit Kr. SIMUL Majus; lin. 10.] NTUR RE jam priores editores bene restituerant; itidem lin. 11.] ORE IN CAS lin. 12.] UM SPECIEM M. et Kr. lin. 13.] TIBUS ERE Kr. in lin. 14. TA ARBORIB. Kr. M. lin. 15. 16.] ADAUERA ET CRE . . . . IS FECERANT. sic Kr. —, ACCENDERANT, quod M. conjecit, lacuna non capere videtur; ceterum in toto hoc fragmento Majus sæpius initium et finem versuum non accurate notasse videtur. quare Kreyssigium secutus sum. lin. 17.] Kr. MIDIN (*formidini* idem conj.) lin. 18.] Kr. RIN 19.] Kr. TU idem in fragmento lin. 18. vocabulum *Varinius* latere censuit.

Fragm. 7.] Fol. III. vers. Lat. prim. ap. Kr. III. initio Majus duos, Kr. rectius unum versum excidisse statuit. lin. 1.] DA ap. Kr. — SA lin. 2.] Kr.

INITIIS perperam, in fine versus idem SED scriptum fuisse auguratur, sed Majus AD i. e *at* exaratum vidit. lin. 3.] init. UAR adjecerunt Nieb. et Maj. lin. 4] CONSI Maj. — Kr. recte intellexit, potius *desiderare* hujus loci esse lacunæque spatio melius respondere. Sed nimis anxius, num Latine dici possint *desiderari*, quæ abesse non doleamus, dubitavit. Quæ enim fieri solent, recte *desiderari* dici putaverim; neque *desiderare a* sed *solita a*, jungenda esse videntur. lin. 5.] TIUIS Maj. Kr. lin. 6.] Kr. IN CASTRA. quod præferendum videtur Maji conjecturæ: INCASSUM — lin. 7.] AD HAEC Kr. VOCUM Maj. illud melius. lin. 8.] TUOSI Kr. TUANTIUM quod Majus conjecit, lacunæ spatium non capit lin. 10.] initio Kr. PRAEDANTIUM conjecit; mihi quidem probabilius videtur IRRUENTIUM lin. 10.] init. SOCIORUM aliquis conjecerit (Kr. *in tumulum*) lin. 11.] init. Kr. SPECULATUM. (*prominentem*) malim circum *propinqua loca.* lin. 12.] initium versus ita suppleveris *Omnia et:* lin. 13.] pro Maji conjectura *vestegarent fugitivos* jam Kr. *vestigia secutos* lin. 14] Kr. OLAMEN. unde nihil efficias. conjicias *loco consedisse occulto* lin. 15.] MINE QUADRATO repono. Kr. AVENS SE. idem lin. 16.] M. ap. Kr. om. — lin. 17.] Kr. CUMAS illud utique rectius et *finitumas* vel *maritumas* scribendum: lin. 18.] Kr. CA. fr. 8. Fol. III. vers Lat. sec. ap. Kr. IV. lin. 6.] Kr. IN CAUTAE.

SALUSTII HISTORIARUM LIB. III. FRAGMENTA A KREYSSIGIO DISPOSITA PASSIM EMENDATA ET SUPPLETA.

. . . . nitor *aere*, quibus praeter speciem bello necessariam haud multo secus quam ferro noceri poterat. At Varinius, dum haec aguntur a fugitivis, aegra parte militum autumni gravitate, neque ex postrema fuga, cum severo edicto iuberentur, ullis ad signa redeuntibus et, qui reliqui erant, per summa flagitia detractantibus militiam, quaestorem suum C. Thoranium, ex quo praesente vera facillime noscerentur, miserat. Et tamen interim cum volentibus, numero quattuor *milium*, *pergit ad castra fugitivorum* *magnis* operibus commun*ita*. Deinde fugitivi, con*sumptis* iam alimentis, ne pr*aedantibus* ex propin*quo hos*tis instaret, soliti m*ore mil*itiae vigilias *stationes*que *et* alia munia ex*sequi*, secunda vigilia *noctis* cuncti egrediu*ntur*. *R*elicto buccinat*ore in cas*tris et ad vigi*lum speciem* procul visen*tibus erex*erant fult*a arboribus* recentia *cadavera et cre*bros ign*is fecerant*. F*or*midini . . . . *V*arini . . . . , ... ti

. . . .

. . . . sa . . . . inviis convertere. At *Va*rinius multa iam luce *desi*derans solita a fugi*tivis* convicia et in *castra* coniectus lapidum, *ad haec* strepitus tumul*tuosi* sonores undique *praedanti*um, mittit equites *in tumulu*m circum pro*minentem*, ut explorarent . . . . s, propere vestig*ia secutos* credens lo . . . . *t*oto tamen ag*mine* . . . . pavens se . . . . m dupli . . . . tumas . . . . ga .

. . . .

. . . . *Post* aliquot dies contra morem fiducia augeri nostris coepit et promi lingua. Qua Varinius contra spectatam rem incaute motus novos incognitosque et aliorum casibus perculsos milites ducit tamen ad castra fugitivorum presso gradu, silentis iam, neque tam magnifice sumentis proelium, quam postulaverant. Atque illi certamine consilii inter se iuxta seditionem erant, Crixo et gentis eiusdem Gallis atque Germanis obviam ire et ultro offerre pugnam cupientibus, contra Spart*aco* . . . . ni secu*m* . . . . ne qua . . . . *ad* id temp*us* . . . . m-que seclu . . . . m et extin . . . . l curam . . . . asset haud . . . . aqu*e* quamc . . . .

*h*aud aliam . . . . *c*apiendam . . . . prudentes i . . .
. . . . mi nobile . . . . laudantque . . . .
re pars sto . . . . ts adfluent . . . . . . *fir*mo fidens au*xilio* . . . e patriae in me . . . . rumi servil . . . . ultra prae . . . . . .
. . . . con*silium* . . . .
*op*timum videbatur. Deinceps monet, in *l*axioris agros magisque pecuarios ut egrediantur, ubi, priusquam refecto exercitu adesset Varinius, augeretur numerus lectis vir*is*, et propere nanctus idoneum ex captivis ducem Picentinis, deinde Eburinis iugis occultus ad N*a*ris Lucanas, atque inde prima luce pervenit ad Anni Forum, ignaris cultoribus. Ac statim fugitivi *con*tra praeceptum ducis rapere ad stuprum virgines matr*ona*sque. Et alii c . . . .
. . . . *n*unc restantes ei illudebant, simul nefandum in modum perverso volnere et interdum lacerum corpus semianimum omittentes: alii in tecta iaciebant ignis, multique ex loco servi, quos ingenium socios dabat, abdita a dominis, aut ipsos trahebant ex occulto; neque sanctum aut nefandum quicquam fuit irae barbarorum et servili ingenio. Quae Spartacus nequiens prohibere, multis precibus cum oraret, celeritate praevertere, mit*tere* nuntios . . . .
. . . . *q*ua neque e . . . .
mense c . . . . s crudel . . . . *oc*cupatos a . . . . . .
. . . . gravis pler . . . . illum diem . . . . noctem ib*i* . . . . s duplica*to* *arma*torum nume*ro* . . . . *prima* cum l*uce* . . . . *i*n campo sat . . . . nos aedificiis . . . . . .
. . . . . . et tum ma*tura* *in agris* erant au*tumni* *frume*nta.

Sed in c . . . . no die gnari ex f . . . . umorum fugi . .
. . . . venta r . . . . omnibus . . .



JULII EXSUPERANTII OPUSCULUM DE MARII LEPIDI AC SERTORII BELLIS CIVILIBUS.

(*Ex Codice Parisino* 6085 *editum.*)

Cum Luc. Metellus Pro C. contra Jugurtham in Numidiam exercitum duceret, Marium ex gregariis militibus genere ignobilem sed virtute præstantem secum habuit. Quem cum militibus quæstorem fecisset, ita se factis fortibus promiserat, ut hostibus terrori, Romano imperatori carus esset. Sed victimas immolanti numinibus in oppido Numidarum, cui nomen est Utica, haruspices magna quædam impendere Mario responderunt. Atque hortati sunt, ut quæ vellet auderet, peteretque celsiora natalibus meritisque majora; siquidem cuncta videbatur favor spondere fortunæ. Tunc capiendi consulatus invasit magna cupiditas, ad quem petendum paratus suffragiis, relicta provincia Metello, Romam venit, ibique de Metelli rebus loquendo corruptius ac suam extollendo virtutem effecit animos vulgi cupidos novitatis, in suum excitando favorem, adjuvantibus tribunis plebis. Nam eo tempore inter patres ac populum studio dominationis erant excitata certamina. Ita factum est, ut quasi in perniciem nobilitatis, quam lacerabat injuriis, Marius novis extolleretur honoribus. Itaque comitiis consularibus universus populus, qui ad eligendum convenerat, Marium consulem jussit: et crepta Metello provincia, in Numidiam missus est. 2. Sed is (ita Cod.) accepto consulatu, quasi spolium victoriæ superatis patribus ostentabat; aperteque se eorum potentiæ profitebatur adversum. Sed cum militem novum scriberet, primus (sic Cod.) omnium capite censos cives infidosque atque inutiles duxit ad bellum; ut hac ratione cum publico detrimento populo gratiam redderet, a quo speratos honores acceperat. Nam populus Romanus per classes divisus erat et pro patrimonii facultate censebatur. Ex iis omnes, quibus res erat, ad militiam ducebantur. Diligenter enim pro victoria laborabant, qui ex libertate bona patria (ita ex conj. — in Cod. *bona* scriptum sed correctum: *et patriā*) defendebant.

*

Illi autem, quibus nullæ opes erant, capud suum, quod solum possidebant, censebantur et hi omnes belli tempore in mœnibus residebant. Facile enim existere poterant proditores, quia egestas haud facile habetur sine damno. Hos igitur Marius, quibus non fuerat committenda Resp. duxit ad bellum. Sed forte secum L. sillam legatum, unum de nobilibus in provinciam duxit. Atque ibi confecto feliciter bello et Jugurtha capto ad urbem rediere victores. Atque statim virtute cognita, Marius in Galliam missus, quæ tunc Romanos fines hostili incursione vexabat. 3. Eodem tempore Mithridates cum magnis copiis universam Asiam urbesque sociorum expugnando atque vastando cœpit affligere. Ad quem cohercendum L. Sylla est cum exercitu destinatus, cujus in Africano bello probata erat corporis atque animi magnitudo. Hoc ubi Mario compertum est, terminare, quod gerebat prœlium, festinavit; et homo infinitæ cupidus gloriæ, non patiebatur libertatem dignitatemque Romanam alterius virtute defendi. Contusis igitur Gallis vastataque natione penitus Barbarorum Romam iterum victor intravit. Itaque instinctu ejus Sulpicius tribunus plebis legem tulit, ut auferretur syllæ provintia ac Mario daretur. Hoc syllæ ubi nunciatum est, Muræenam legatum suum provinciæ Valerianisque præfecit militibus, quos infidos bellis existimabat essé civilibus; et cum parte exercitus, injuriæ dolore commotus, ad extinguendam Marianam venit factionem. Statim ut Romam venit, resistentem sibi Suspicium et seditiosis concionibus R. P. disturbantem, cum multis, quos sibi socios adsciverat, trucidavit, atque Marium ipsum machinatorem tantæ contumeliæ in exilium impetu detrusit armorum, atque ille, quotiens victor, per Gallorum atque afrorum rura, quæ ipse vastaverat, naufragus atque egenus erravit. (4) Dum hæc aguntur Cinna et octavius (anus Cod.) facti sunt Consules; quorum Cinna de partibus Marianis fuit. Hic legem tulit ut novi cives, qui aliqua ratione Romanam acceperant civitatem, cum veteribus, nulla discretione suffragium facerent. Hoc videlicet in eorum gratiam faciebat, qui Marium suffragiis suis extulerant et amplissimis honoribus decorarant.

Sed hæc lex injuriosa erat in veteres cives, qni meritum dignitatis videbantur amittere, si cum novis indignis in ferendo suffragio jungerentur. Ob hoc itaque Octavius collega commotus, ut seditionibus privaretur, collegam suum Cinnam, adnitentibus veneribus civibus, in exilium misit armatus, munitus videlicet copiis Syllæ. Quæ cum agerentur, maximus ex utrisque partibus civium numerus interemptus est. Expulsus igitur Cinna cum vagaretur ad Africam, ubi Marius inops erat, forte pervenit: atque ibi communicato consilio, sollicitatis

animis perditorum, et de ergastulis erutis servis, exercitum confecerunt; et armata validissima manu juventutis, ad urbem venerunt atque Octavium Syllæ satellitem superatum necaverunt. Tunc varia crudelitas pervagata est, ut nobilitas omnis ad fugitivorum trucidaretur arbitrium. Atque ea inmanis sævitia Cinnæ fuit, ut nec illis parceret, quorum opera erat victor effectus. Et cum hac insolentia in omnes communiter bacharetur, cum haberet conciones, a militibus suis occisus est. Tum Marius ne sine socio dominatum sustinere non posset, Carbonem sibi in septimo Consulatu collegam subrogavit. 5. Tum Sylla tanta indignatione commotus, contra Marium atque Carbonem exercitum duxit, et inter se ferali certamine Romani exercitus conflixere. In quo bello superatus est Marius. Tum vero Sylla victor, quicquid in urbe remanserat, crudeliter persecutus est, et R. P. vindicatam non reddidit legibus. Sed ipse possedit, ac se talem præbuit, ut Cinnana ac Mariana, quam ultum ierat, dominatio quæreretur. Hinc Sallustius: *bonis initiis malos eventus habuit.* Nam fuerunt bona principia, quod oppressam voluit civium defendere libertatem: mali eventus ut superatis dominis et ducibus sævis, gravius ipse civitatem quassarit, qui se publicæ calamitatis fore promiserat defensorem. Hic cum teneret imperium multas leges ac jura præscripsit, multis civitatibus immunitates vectigalium, multos Romana civitate donavit. 6. Hujus acta cum conatur Lepidus in suo consulatu subvertere, contra collegam Catulum civile prœlium gessit et victus est. Nam congregatis iis, in quorum possessiones novos colonos de suis militibus Syllā victor inmisit, ac sibi conjunctis liberis proscriptorum, ingentem congregavit exercitum, pollicendo si vicissent, se bona patria restiturum.

Plebi quoque, multis muneribus publice privatimque largitis, carus videbatur ac publicæ libertatis assertor. Sed in Etruriæ litore commisso prœlio cœperat lepidus esse superior, per armatam multitudinem quæ odio rerum syllanarum se Lepidi partibus applicarat. Sed Pompejus de Gallia rediens, non passus est Lepidi audaciam cum publicis detrimentis impune bacchari. Nam fugientes ejus copias ac se implicantes festinatione formidinis ita postravit, ut majore numero privatus in Sardiniam confugeret, ut impedito commeatu populum Romanum fatigaret inopia ac suas vires armis copiisque et omni instrumento reficeret. Atque ibi contrario proprætore variis prœliis gravibusque conflixit. Nam solertissime tutando provinciam effecit, ut Lepidi consilia vana forent. Undique enim prohibitus et munitionibus a civitatium expugnatione depulsus (*ex* sup. lin.), nequivit cogitata perficere; ac dum multa parat, morbo gravi obpressus ac mortuus est. 7. Cujus socius et


administer Perpenna, ob delictum tanti facinoris supplicium timens, ex Sardinia in Hispaniam transvectus est, ac se Sertorio sociavit, qui tum Romanis armis quassabat imperium. Nam hic Sertorius de Marii partibus fuit. Norbano et Scipione Coss. cum ex Asia Sylla contra Marium atque factionem veniret infestus, timens senatus iram, ne malo publico certamina inter duces orirentur, statuit ut curarent consules, ne R. P. acciperet detrimentum. Hoc itaque senatus consulto excitati consules, contra venientem Syllam atque omnibus exitium minitantem præsidia sibi cujusque generis parare cœperunt, et duces idoneos, ad quorum industriam pertineret cura bellorum. In quis elegere Sertorium. Parato validissimo exercitu processere et, vetante Sertorio, colloquia consules permiserunt inter suum et Syllæ exercitum, et facta proditio est, omnisque exercitus Syllæ traditur. Tunc Sertorius destitutus atque omni copiarum nudatus auxilio, in Etruriam confugit, iram metuens Sullæ ne exigeret gravem quasi de superato hoste vindictam. Erat autem (in) Etruria fidissima partibus Marianis, qui ab ipsis Romanam quam antea non habebant, acceperant ciuitatem. Timentes igitur Etrusci, ne beneficium tantæ dignitatis a Marianis acceptum Sylla revocaret, si adversæ partes essent amputatæ, penitus ad Sertorium se atque alios ejusdem factionis duces applicarunt, omnia, quæ imperarentur, sine recusatione promittentes esse facturos. Itaque factum est, ut rursus firmissimus XL cohortium comportaretur exercitus. Nam et multi milites qui se venienti Syllæ tradiderant, frustrati omnibus (ita conj. Burnuf. in Cod. est: *frustrationis*) ad priorum ducum castra reverterunt quæ ante prodiderunt. Inter hæc facti sunt Marius septies et Carbo consules. 8. Tunc Sertorius, de Marii potestate securus Romam venit et omnium cœpit accusare segnitiem, et ex multis promptissimis factis Syllæ industriam virtutemque laudare; cui nisi obviam iretur, actum jam ac debellatum foret. Tum consules principesque alii factionis, tanto verborum pondere castigati sive ut æmulum ac vehementem negligentiæ correctorem ab oculis removerent, sive ut feroci provinciæ, cujus infidelitatem timebant, idoneum præponerent ducem, misere in citeriorem Hispaniam; atque ei mandatum est, ut transiens res in Gallia Transalpina componeret. Sed ubi in provinciam venit, ita strenue sociorum animos jam deficientes atque alia cupientes in favorem partium suarum modeste tuendo atque blandiendo perduxit, ut et carus esset et tamen ab omnibus timeretur. Sed in urbe Sylla et Marius conflixere atque in ipso certamine Marius interemptus est: Carbo perditis rebus aufugit. Tum Sertorius commissis atque deletis partibus, quas sequebatur, optimum consilium credens exercitum non dimittere, ne nudatus supplicia

victoribus penderet, collecta Hispaniæ multitudine, contra Romanum exercitum statuit dimicare. Mortuo itaque Sylla, hostem aperte se professus est. 'Ad quem expugnandum missi sunt Metellus atque Pompejus; qui eum gravibus atque assiduis pugnis afflixere, qui tamen difficile vinceretur, nisi per conjurationem in convivio a suis esset occisus. Postea Pompejus Perpennam subegit, Auxumen, Clunium, Calagurrim civitates delevit et factis in Pyrenæo tropæis (*trophiis* Cod.) Romam regressus est.

EMENDANDA.

Pag. 10 lin. 4 sup. lege: *Brutus,* Mamercus Aem. pag. 18 lin. 2 inf. l. *Sen.* pag. 48 lin. 5 sup. l. *augur.* pag. ead. lin. 8 inf. l. *videatur.* pag. 55 lin. 3 inf. l. *Vaticanis.* pag. 56. l. 8. sup. *exclusique.* pag. 72 lin. 1 sup. l. *hac.* pag. 84 lin. 7 *redeuntem.* pag. 86 lin. 5 *aliquis.* pag. ead. lin. 10 inf. ἑτέραν. pag. 93 lin. 17 *præsidia.* pag. 96 lin. 15 *qui.* pag. 106 lin. 21 sup. *faciunt.*







C. CRISPI SALUSTII

QUAE EXSTANT.

Recognovit, varias lectiones, e codicibus Basileensibus, Bernensibus, Turicensibus, Parisinis, Erlangensi, Tegernseensi ceterisque, quos Wassius, Havercampius, Cortius aliique Editores contulerunt, collectas, commentarios, atque indices locupletissimos

ADIECIT

FRANCISCUS DOROTHEUS GERLACH,
PHILOSOPHIAE DOCTOR, LITERARUM
LATINARUM PROFESSOR.

VOL. I.

BASILEAE IN LIBRARIA SCHWEIGHAUSERIANA,
TYPIS ET SUMTIBUS
AUGUSTI WIELANDI, TYPOGRAPH. ACAD.
MDCCCXXIII.

C. CRISPI SALUSTII

QUAE EXSTANT.

Recognovit notisque criticis instruxit

FRANCISCUS DOROTHEUS GERLACH.

BASILEAE IN LIBRARIA SCHWEIGHAUSERIANA,
TYPIS ET SUMTIBUS
AUGUSTI WIELANDI, TYPOGRAPH. ACAD.
MDCCCXXIII.

GENIO

ACADEMIAE BASILEENSIS

DEDICAVIT

AUCTOR.

Quos libros C. Crispus Salustius de rebus Romanis conscripsit, illustrare animus est. Hanc rem ut susciperem, factum est et ipsius scriptoris gravitatate et elegantia, quem rerum Romanarum florentissimum auctorem ipse Tacitus dixit, et multorum, qui adhuc Crispi libris emendandis atque illustrandis operam dederunt, vel incuria, vel prava diligentia. Quicunque enim Græcis atque Latinis literis diligentius student, eos non solum puerorum iuvenumque animos his studiis formare, sed multum etiam studii operæque in eo ponere oportet; ut præclarissimorum ingeniorum monumentis antiquus nitor restituatur. Hoc magis etiam necessarium, quod etiamnum multorum auctorum libri, interpretum emendationibus, coniecturis, aliisque corruptelis sunt depravati. Id quod cum aliis, tum Salustio accidit. Libere professus sum, quod sentio; neque me præterit, quantas invidiæ tempestates mihi sim excitaturus, quod virorum, de literis optime meritorum, laudi obtrectare videar. Quantum vero prioribus Salustii editoribus tribuendum sit, eorum solum est iudicium, qui hanc rem accuratius examinarunt. Nam qui antiquissimi cuiusque critici memoriam tanta pietate atque religione prosequuntur, ut omnes eorum commentarios, tanquam summæ sapientiæ fontes, venditent, eorum levis est auctoritas. Quorum obtrectationes ni vincat opera, quam Salustio navavi, nullum vituperationis genus recuso. Ne igitur in pravis aliorum opinionibus refutandis tempus conteram, quid potissimum in hoc opere secutus sim, et quam propositi formam descripserim, accuratius persequar. Omnium

primum in hoc multum studii consumsi, ut ubique genuina auctoris verba, nimio emendandi studio deleta, restituerem. Quod enim in cæteris artibus literisque optare solemus, ut quid antiqui critici de iis statuerint, nobis compertum sit; id nescio, an Salustio plurimum damni attulerit. Cum enim fieri non posset, quin Grammatici, Salustianum dicendi genus, a vulgari loquendi consuetudine alienissimum, sæpius notarent, cum alia multa, tum brevitatis eum studiosissimum fuisse iudicarunt. Id quod arripuerunt recentiores interpretes, atque hoc unum, tanquam iudicii normam amplexi, urendo atque secando priscum Salustianæ orationis nitorem restituere sibi visi sunt. Multos quidem, et imprimis Gruterum, non fugit, sæpius aliud quicquam quam brevitatem auctorem videri esse secutum; (verba enim magis ad compendium conferre, quam Salustius fecit, haud ita magni est negotii); id vero aliorum maximeque Cortii audaciam non repressit, quin multa licentius auderent. Ille enim, omnium Salustii interpretum et ingenii acumine et eruditione facile princeps, qui unus huic auctori plus luminis attulit quam ceteri omnes, haud raro, furore quodam emendandi abreptus, contra optimorum codicum auctoritatem, bonæ et sinceræ vetustatis verba corrupta habuit, in dubitationem vocavit, delevit. Nihilominus tamen recentiores interpretes, si a paucis discesseris, omnia illius inventa, tanquam ex Apollinis ora missa, retinere et sæpissime optimorum Codicum auctoritatem deserere, quam Cortii coniecturas accuratius examinare maluerunt. Hoc enim fit, ut cum quis excellenti ingenio voce præiverit, ceteri, alius alium tanquam prudentiorem secuti, in illius verba, ut summi magistri, iurare non dubitent. Quare vel aperte falsa constanter retinendo tantum auctoritatis iis adstruunt, ut qui antiqua et genuina restituerit, temerarius dicatur. Tantæ interpretum levitati atque inconsiderantiæ ut obviam irem, lectiones variantes, ex plurimis codicibus, aut ab aliis aut a me ipso collatis,

notavi, si modo memoria dignæ esse videbantur; (scripturæ enim menda laudare putidum est.) Quarum multas, credo, seriores interpretes omittent, cum, quam plurimi de Salustianæ orationis proprietate conceperint opinionem, exstirpata fuerit. Sed cum acutissimi Critici, (Cortii dico) auctoritas sæpius mihi esset impugnanda, in argumentis cumulandis multus esse malui, quam temeritatis suspicionem incurrere. Neque tantum hanc ob causam variantes lectiones eram laudaturus, uti librorum Mss. auctoritatem a Cortii coniecturis defenderem, sed multa etiam attuli, ut quid de singulis libris statuendum sit, intelligant, qui talia curent. Quare sæpius pessimas verborum structuras laudavi, si modo essent breviores vulgatis, ut Aristarchi isti, qui nihil non amplectuntur, ad id, quod Salustianum putant, dicendi genus efficiendum, haberent, quibus meliora docerentur. Hoc et alias factum et imprimis in orationibus, ubi emendatissimi libri, Basileensis primus, Guelferbitanus quintus, Commelianus et Nazarianus multa omiserunt, quibus deletis omnis orationis elegantia perit. Sed de fide Codicum, quos accuratius examinavi, paulo infra fusius disseram.

Imprimis mihi curæ fuit, ut fragmenta emendatius ederentur, quam adhuc factum est. Nam Carrione excepto, cuius hac in re summa laus est, ceteri editores hæc fere intacta reliquere. Ipse Cortius rem negligentius tractavit, lauream, credo, a Carrione sibi præreptam ratus; nedum sequiores editores, qui fere pueris operam suam probari volebant, hæc dumeta attingerent. Nullus enim iis, quæ Carrio in additamentis ad Orationes et Epistolas ex optimis libris adnotaverat, usus est; præterea multa adulterina pro genuinis Salustii verbis habuerunt, multa omiserunt. Quare omnia veterum Grammaticorum, interpretum et rhetorum loca, ubi Salustius laudatur, examinavi, cum emendatissimis editionibus, quæ in promptu erant, contuli, quo in loco sin-

)(

gula legerentur, notavi. Magno mihi fuit adiumento nuperrima Prisciani editio, quam V. D. Krehl evulgavit, nec non Exempla elocutionum ex Virgilio, Cicerone et Salustio exscripta, quæ olim Arrursiani Messi rhetoris esse putabantur, nuper vero ab Angelo Maio, Cornelii Frontonis opus esse satis luculentis argumentis comprobatum est. Præterea quæ De Brossius in doctissimo libro (*Reipublicæ Romanæ historia*) congessit, usui mihi fuerunt. Sed is quoque subditicia pro Salustianis habuit, et de vera lectione parum sollicitus, id solum curavit, ut quam plurima congereret. Id quod non in eam partem acceptum velim, quasi industriam eius improbarem, sed ne quis incuria magis quam iudicio factum putet, quod multa ab eo laudata omisi.

Epistolas ad C. Caesarem de Republica ordinanda, quas vulgo incerti auctoris esse autumant, hanc ob causam simul cum ceteris Salustii libris edidi, quod mihi quidem argumenta, quibus earum auctoritatem impugnarunt interpretes, parum firma esse videntur. Cavendum est, ne Grammaticis istis, quicumque tandem fuerunt, nimium tribuamus. Isti enim verba sectantur, sed iudicio parum valent. Sed quid de hac re sentiam, peculiari commentatione exponam. Ne *invectivas* quidem, quæ dicuntur, omittendas esse duxi, non quo eas a Cicerone atque Salustio composita esse contenderem, sed ne quid desideraretur, quod ad vitam et mores auctoris illustrandos pertineret.

Orthographiam quod attinet, plerumque Codicum meliorum auctoritatem secutus sum. Cum vero vel optimi libri hac in re parum sibi constiterint, nonnulla, quæ Cortius receperat, invitis libris retinui, ne Salustius gratum istum antiquæ orationis colorem amitteret. Multa quidem, e. gr. *Lubido*, *æstumo*, *existumo*, *optumus*, *maxumus*, *volgus*, *advorsus*, *adulescens*, *proxumus*, *faciundum*, *di* (*dii*), *quis* (quibus) et alia huiuscemodi sæpius in antiquissimo libro, Basileensi primo aliisque passim exarata sunt;

sed vel huius libri magna inconstantia et sæpius antiquior forma, quam dicunt, a secunda manu reposita est. Accusativus pluralis, in *is* flexus, rarius legitur, quare hanc formam ubique reponere non ausus sum; neque putaverim omnia nomina, quorum genitivus pluralis in *ium* desinat, ita ubique esse inclinanda. Recte enim hac de re præcepisse mihi videtur Valerius Probus, qui interrogatus *hasne urbis* an *has urbes* dici oporteret; „si aut versum, inquit, pangis, aut orationem solutam struis, atque ea verba dicenda sunt, non finitiones illas prærancidas, neque fæcutinas grammaticas spectaveris, sed aurem tuam interroga, quo quid loco conveniat dicere; quod illa suaserit, id profecto rectissimum. *)" Unde patet non modo antiquos Criticos, sed ipsos auctores maxime ad aurium iudicium hæc retulisse. Nam eodem loco aliquot versus ex Virgilii carminibus laudantur, ubi et *es* et *is* in accusativo plurali promiscue posita sunt, nulla alia iudicii subtilitate, nisi ut soni suavitatem et propriam in quocunque vocis situ iucunditatem sequerentur. Neque antiquissimarum inscriptionum diversa est ratio, ubi *classes*, *classis*, *classeis* (acc. plur.) variant. Neque negaverim nostra ætate aurium iudicium parum certam esse normam scripturæ (nostrorum enim hominum aures non satis tritæ atque religiosæ) sed, donec regula aliqua, ad quam iudicium dirigatur, inventa sit, meliorum librorum auctoritatem censeo esse tuendam. Aliter V. Cl. Niebuhr sentire videtur, qui in antiquissimo Vaticano Codice, accusativum pluralem vocum, quæ genitivum in *ium* flectant, omnibus fere locis (quatuor exceptis) *is* scriptum esse notavit. **) Sed scribendi ratione, quæ in uno Codice est, hanc contortam disceptationem ad lucidum posse perduci dubito, nedum Ciceroniana orthographia ad emendandum

*) cfr. Aul. Gell. 3, 19.

**) cfr. indicem in Ciceronis libros de Republica ab Angelo Maio editos.

Salustium valuerit. Imo exilitas soni, quam iam antiqui Critici in hac vocum terminatione notarunt, Salustianæ orationis gravitati parum consentanea esse videtur. Sed cum hæc res sit impeditior, quam quæ paucis possit absolvi, de orthographia Salustiana fusius in commentariis agam. Hoc unum monitum velim, superlativi exitum in *sumum*, quem retinui, in nullo meorum codicum legi; ne Cortius quidem ceterique Editores testantur, se istam terminationem in libris Mss. invenisse. Occurrit quidem in Plauti Codd., etiam in Vaticano Ciceronis Codice, atque passim in antiquis monumentis v. c. in cenotaphio Caiano atque in inscriptionibus antiquis a Grutero collectis; sed Salustio solam hanc terminationem usitatam fuisse, nondum adducor ut credam. Nam quod *optumus*, *maxumus*, *proxumus* scribitur, inde non efficitur, *iustissumus*, *simillumus*, *plurumus* esse scribendum. Sed ista antiquitatis vestigia delere religio fuit, cum certam, quam sequerer regulam, non haberem.

De Codicibus, a prioribus Salustii editoribus collatis, quos passim laudavi, paucis agam. Non enim est consilium omnes Salustii Codices, qui in bibliothecis asservantur, recensere, sed satis habeo eos indicare, quorum in notis mentionem feci. *)
Glareano Aldi et Iulii Gothi Codices subsidio fuerunt; quos rarissime laudat, quare, quanti sint faciendi, incertum est. Inter præstantiores referuntur *Rivii* libri, Merseburgensis et Fabricianus, quem dicit, quod a Fabricio eius inspiciendi copia ei facta est.

*) Incredibile est memoratu, quanta sit Salustianorum Codd. copia. Apud solum Montefalconem, (Diar. Italic. et Catalog. Mss.) amplius centum viginti numerantur. Mediolani in bibliotheca Ambrosiana XII. Codices aservantur, de quibus hæc ad V. D. Orellium perscripta sunt, quæ, qua assolet humanitate, mecum communicavit: 1.) Cod. membran. sæc. XII. scholis interlinearibus adspersus: *De coniuratione Catelinae*, tum *secundus liber de bello gesto inter pop. Rom. ex una parte et regem Iugurtham ex altera.* videtur scriptus in Hispaniis aut Galliis. 2.) Cod. Membr. sæc. XIII. duobus characteribus exaratus; quorum alter recens; sæculi nempe XV. *Ca-*

De ceteris, quos laudavit, nihil constat. *Ciacconii* Codices tres numerantur, unus qui Catilinam et Iugurtham complectitur, mediocris; duo litteris Langobardicis exarati, quorum ope pauca in orationibus et epistolis ex Historiar. fragmentis emendavit. *Aldus Manutius* et ipse tribus Mss. usus est, qui A. Casarii Cæsenatis, P. Hyantophii Sabini et F. Ursini fuisse dicuntur; bonæ notæ libri, quantum ex iis coniicias, quæ laudavit Manutius. *Cyprianus a Popma* sex Codd. Mss. in Salustio emendando adhibuit; ex Bibliotheca D. Martini primum, Lovaniensem, Genepeum, Martinianum, quem Coloniæ inspexerat; librum Guilielmi Canteri, nec non Codd. lectiones, quibus antea usus erat Vincentius Castilioneus; accedunt alii, quorum virtutem amplissimis verbis extollit, sed nihil de iis notavit. Ne reliquorum quidem rationem satis cognitam habemus, quia Popma coniecturas captare quam Codd. lectiones reponere maluit. *Carrio* ad fidem trium Codicum Catilinam et Iugurtham correxit. Excussit Buslidianum, ex Collegio Buslidiano, Gemblacensem, præstantissimos libros, eumque, qui olim fuerat D. Benigni Divionensis. In fragmentis recognoscendis libri Nicolai Fabri, Cardinalis Briconeti et Vaticanus optimus ei magno auxilio fuerunt. Uno Mediceo fluxæ fidei usus est Petrus Victorius; uno Romano, neque eo meliore, Ursinus.

Iano Mellero Palmerio, multorum Codicum evolvendorum copia fuit, Tholosani, Bertiniensis, Sigeburgensis, præterea Modii, Brunnii, Stanæi librorum, et fragmenti Coloniensis; sed ea solum ex iis

tilinarium; eiusdem bellum Iugurthinum. 3.) *de bello Catilinario* Cod. Chart. sæc XIV. 4.) Cod. Membr. sæc. XIV. *de bello Iugurth.* 5.) Cod. membr. scriptus manu Petri de Dolzanis an. MCCCLXXX.. *Catilinarius liber : liber Iugurthinus.* 6.) Cod. Membr. sæc. XIV. ineunte. *De bello Catilin.* 7.) Cod. Chart. XIV. ut videtur, certe ante an. 1431. sine titulo; incipit: *Falso queritur.* 8.) Cod. membr. scriptus et completus die sabbati XXVI. Oct. MCCCLIV. 9.) Cod. Membr. sæc. XV. ineunte, sine titulo; incipit: *omnis homines.* 10.) Cod. Membr. XV. med. incipit: *falso queritur.* 11.) Cod. Membr. sæc. XV. post med.: *De bello Catilinar. et Iugurth.* (sine tit.) 12.) Cod. Chart. sæc. XV. exeunte. Salustius Catelinarius.

laudavit, quæ ingenio rerum novarum cupidissimo grata fuerunt, et in omnia alia abire, quam librorum Mss. auctoritatem expendere maluit.

Ne *Putschius* quidem, præclari ingenii vir, et de grammaticorum antiquorum studio optime meritus, ea, qua religiosum testem decet, diligentia Codd. lectiones notavit, quod magis etiam dolendum, quod bonos libros Rittershusii, Ciacconii, Cuiacii Vaticanum, Augustanos, Bongarsii schedas, præterea proprium librum, qui nunc est Bibl. Lugdunensis, ei in promptu fuisse constat. Multo accuratius Gruterus Codices examinavit, quos optimos habuit Bibliotheca palatina, cui erat præfectus. XIV. Codd. copiam ei suppeditavit, de quibus passim, quæ memoratu digna videbantur, notavit. Commelianum dicit ipsa vetustate exesum, Palatinum Nazarium ex optimis libris, qui usque ad Iugurthæ c. XC. pertinet. Ceteri pro sua quisque bonitate numeris distinguuntur. Recentissimum Pal. XII. scriptum narrat MCCCLVII; Pal. IX. litteris esse evanidis, et sæpius ab alia manu corruptis, cum scripturæ veteris vestigia non ubique servata sint. Id quod etiam Nazario libro accidit. Pal. II. inter aniles refert membranas, Pal. III. interdum bene monere, sed male a glossographis acceptum dicit.

Amplius septuaginta libris se usum esse Wassius confirmat, sed de paucis accuratius egit. Laudat Codicem ex Bibliotheca D. Martini ei oblatum, in membrana pulchre sed recenti manu exaratum; alium non multo vetustiorem, litteris scriptum minusculis, et mala manu interpolatum, quem ei suppeditavit Bibliotheca Publica. Optimæ notæ tertium dicit, cuius inspiciendi copiam ei fecerunt eruditi Pembrochienses. Præterea alios duos, pares bonitate accepit ab Hadriano a Mark (Mark. Γ. Λ.) Accesserunt lectiones variantes sex Codd. Oxoniensium, multorumque aliorum librorum, quos accuratius non descripsit. In præstantissimis numerat Arondelianum, qui olim fuit Bilibaldi Pirkheimeri, atque Regium, quem ei obtulit Bentleius.

Multo accuratius Cortius libros Mss. quibus usus est, examinavit atque desripsit; de quibus paucis exponam. Ipsa auctoris verba, quantum fieri potuit, retinui, omissis, quæ a nostro proposito erant aliena.

Fabricianos in membranis accuratissime scriptos ei obtulit Io. Albertus Fabricius. Eorum prior, Cortio iudice, excedit ætatem septingentorum annorum, multa enim antiquitatis vestigia deprehenderis. Glossæ rarissime receptæ; passim corruptus est a correctore, sed ut facile primas lectiones adsequaris. Alter paullo iunior, forma, ut aiunt, octuplici, sed haud protritæ auctoritatis. Immo Cortius eum priore haud deteriorem dicit, quam rem aliter sese habere lectiones, quas ipse attulit, satis superque docent. *Remenses* dicit varias lectiones, quas Gudius ex duobus Codd. Remensibus Salustiano exemplari adscripserat. Prior scriptus anno MCLXVIII. litteris æqualibus, non invenustis, erat forma oblongiore, ut quartam paulo excederet. Alter manu antiquiore immo accuratiore exaratus in membrana formæ quartæ, ætatem annorum amplius septingentorum præ se tulit; hæc Gudius; sed parum diligenter examinati fuisse videntur. *Guelferbitanus I.* in Gudiana bibliotheca, ubi olim asservatus est, Num. 279. in membrana est luculenter scriptus et glossis antiquis ad marginem passim ornatus. Fuerat olim Bernhardii Rottendorfii; quo sæculo scriptus sit, incertum. *Guelf. II.* (N.° 68: inter Mss. Guelf.) eiusdem ætatis esse videtur. Habet membranas octuplicibus minores, et accurate quidem scriptus, sed magis a correctore corruptus est. Haud iunior *Guelf. III.* (Num. 50: 4.) in membranis octuplicibus ab antiquissimo exemplari descriptus. Magno Cortio usui fuit, bello maxime Iugurthino. Genuinam Crispi brevitatem passim expressit, passim glossas, sed eruditas, recepit. Ubi prior librarius omiserat, quæ integro sensu abesse non poterant, alia manus vacua spatia explevit. *Guelf. V.* forma quadrata, lectiones, a priore manu

scriptæ, satis bonæ, sed litteræ multis locis vetustate evanidæ et priora folia lacerata; quæ secunda manus adiecit, multo recentiora sunt. Multa etiam inter versus adiecta, et aliena auctoris verbis addita. *Guelf. V.* in vetustissimis membranis exaratus, quæ ne compactæ quidem sunt. (N. 17. aut 116.) Haud integer est, nam deficit B. Iug. c. 15. ab initio. Litterarum præfert figuram, quæ solet esse sæculis X. et XI. Hunc librum omnium optimum esse iudicat Cortius; sed quæ post principium orationis Cæsaris sequuntur, non eadem religione exarata sunt. *Guelf. VI.* membranaceus, forma octuplici (Num. 51 : 12.) auctoris quidem verba integra, sed multas quoque glossas continet; in bello Iugurthino triginta ferme folia desiderantur. *Guelf. VII,* (in bibl. Gud. 296.) membr. et elegans, quo tempore ars typis scribendi orta erat, scriptus esse videtur, Catilinam, Iugurtham, et Declam. in Ciceronem complectitur. *Guelf. VIII.* Chartaceus, plerasque prioris lectiones retinet, in primo capite belli Iugurthini deficit. *Guelf. IX.* (Num. 17 : 21, 2.) circa sæculum XIII. scriptus, Chartaceus; scriptura satis religiosa, sed Codices non optimos expressit. *Guelf. X.* (ex Gudian. 295.) Non ita quidem vetustus, ut vel proximo præferri possit; minime tamen omnium correctorem expertus est. *Guelf. XI.* (Num. 12: 10.) Membran. forma quadrata. Externo splendore insignis; litteræ auro, minio variisque coloribus distinctæ, initio seculi XV. scriptus est. *Guelf. XII.* membran. forma quadruplici oblonga, (Num. 6. 2.) litteris elegantissimis scriptus, sed a capite ad calcem a correctore recensitus, qui multa immutavit, plura addidit, plurima erasit. *Vinariensis I.* qui aliquando Reinesii, postea Schutzfleischii fuerat, forma oblonga, in membranis nitide scriptus, sæculo X. vel XI. Misere interpolatus meliores modo, modo deteriores lectiones confirmat. *Vinariensis II.* Membr. forma octuplici, scriptura elegantissima atque accuratissima, pariter ac in Guelf. X. ornata, sæculo XV. scriptus est et melioribus libris adnumerandus.

Eccardianus ab Eccardo, Bibliothecæ Hannoveranæ præfecto, Cortio transmissus et Vinariensi I. simillimus, ad fidem optimi libri a librario negligenter exaratus est. *Struvianus*, qui olim Rittershusii fuerat, iam antea a Putschio et Colero excussus, a Cortio, cui eius inspiciendi copia a Struvio facta erat, denuo examinatus, recentior est atque male habitus a correctoribus. *Academicus* Lipsiæ in Bibliotheca Paulina asservatur, satis corruptus et eo maxime laudandus, quod lectionum corruptarum origines inde cognoscas. Catilinam, Iugurtham et Declamationem utramque continet. *Senatorii* duo, et ipsi Lipsienses, bibliothecæ senatoriæ libri, e melioribus sunt. Prior Membranaceus, forma maiore in duas, quas dicunt, columnas distinctus, et adeo religiose scriptus est, ut eius auctoritati haud temere obnitendum sit; sæculo XIII. scriptus esse videtur. Ubique fere cum Bas. I. et Fabr. I. consentit. Aliquoties tam docte errat, ut vel prudentissimo fucum facere queat. *Alter* est quidem Chartaceus, sed eadem religione ab initio maxime scriptus; sæpius Commeliani lectiones confirmat, et vetustissimum exemplar librarius secutus esse videtur. Ei simillimus *Heusianus*, Heusii cuiusdam, apud Memmingenses olim antistitis, liber. *Incertos* dicit Cortius varias lectiones, a Schelhornio in margine Editionis Gryphianæ notatas. *Francianus* liber, qui olim P. Francii fuerat, recentior et corruptissimus est; cuius paucas lectiones Cortius sub finem Catilinæ notavit. *Vratislavienses* haud melioris sunt conditionis, quorum varias lectiones Cortius soli Iugurthæ adscripsit, bellum enim Catilinarium typis iam exscriptum erat, cum ei transmissi sunt. Primus Membran., forma quadrata, diligenter et perspicue scriptus est. In fine legitur: « Nicolaus Phileticus hunc libellum scripsit, anno Domini Mille CCCC. 57. » Paulo vetustior est secundus, eadem forma, sed foliis membranaceis et Chartaceis iunctis, ut Guelf X, cui etiam litterarum ductus simillimi sunt. Tertius

Chartaceus, recentissimus et negligentissime scriptus est. Ceterum omnes ad meliorum librorum auctoritatem firmandam utiles; præterea qua de causa alii libri multis in locis corrupti sint, ex iis intelligas. *Bergerianus*, ex bibliotheca Misenensi, sæculo XIV. scriptus esse videtur. Ex eo paucas lectiones Cortius notavit, quia, quo tempore eum inspexit. opus pæne absolverat. *Gudianus* (bibl. Gud. 181.) Membr. cum alia Ciceronis opuscula, tum declamationes, quæ Crispo adiungi solent, continet. Hæc de Mss. Cortianis. Nam Editt. veteres, quas laudavit, omitto, neque iis multum pretii statuendum esse censeo; cum enim nos fugiat, ad quorum Codd. fidem istæ sint typis exscriptæ; fieri potest, ut sæpius eiusdem libri lectiones ter quaterve laudentur, sed alio nomine.

Cod. Tegernseensis, in bibliotheca monasterii Bavarici olim asservatus, iam haud dubie Monacum translatus, membr. forma octava, antiquissimus et nitore insignis, continet *Salustii et Ciceronis invectivas, quatuor Ciceronis orationes in Catilinam, bellum Catilinarium et Iugurthinum.* Litterarum ductus sunt venusti et crassiores, pauca, quæ facile intelligas, occurrunt scribendi compendia; id quod libri antiquitatem atque auctoritatem satis ostendit. Pauci tantum versus antiquitate et usu aliquantum oblitterati. In fronte Codicis Bibliothecarius notavit, eum a Comarco Framundo, presbytero et monacho Tegernseensi, circa initium sæc. XI. scriptum fuisse. Sed Salustii historiæ haud eadem manu, qua Ciceronis orationes, scriptæ esse videntur. *Cod. Erlangensis* (Ac. VI. 3, 241.) circa exitum sæculi XII. eleganter scriptus, forma quadrata, bellum Catilinarium et Iugurthinum continet, et antiquiorem librum bonæ notæ exprimere videtur. Plura habet scribendi compendia, et cum in versibus interlinearibus, tum in margine scholia permulta, quibus vel res vel verba more veterum grammaticorum et glossatorum explicantur. Litteræ initiales picturis sunt ornatæ. Sub finem Iugurthæ hoc distichon legitur:

Si cupis ignotum Iugurthæ noscere letum,
Tarpeii montis pulsus ad ima ruit.

Ad calcem tabula geographica subiecta, ubi situs Asiæ, Africæ et Europæ pro ætatis illius scientia descriptus est. Eadem forma tabulam in Cod. Bernensi III. delineatam inveni. Utrumque Codicem V. D. Hufnagel, ab Harlesio rogatus, cum editione Brieglebii, qui in textu recensendo Cortium secutus erat, contulit. Postea Harlesius ipse maximam Catilinæ partem examinavit, et utriusque Codicis lectiones cum Cortianis comparavit. Sed paucissimas proprias lectiones, et ab Erlangensi plerumque eas servatas invenit, quas Cortius falsas esse iudicavit. Pauca veteris orthographiæ vestigia; in Teg. e. gr. *adulescentia*, in Erl. *cotidie* legitur. In eodem ordo et structura vocabulorum a vulgatis libris et Mss. sæpissime discrepat. Aliquoties recentior manus aliam adpinxit lectionem. Lectiones exemplari Brieglebiano adscriptas, Harlesius in editione, quam parabat, excudendas curavit. Orthographiæ tamen varietatem ubique notare parum idoneum duxit. Sed ipse Hufnagel in Codicibus examinandis parum diligenter egisse mihi videtur. Id quod cum antea suspicatus essem, quia, (quem Codicem a Cortianis lectionibus maxime abhorrere dixerat Harlesius, is sæpius, quantum ex varietate lectionis coniectare licebat, audacissimas illius coniecturas firmare videbatur) — tum cura viri humanissimi Dœderleinii, qui litteras Græcas atque Latinas in Academia Erlangensi docet, factum est, ut hanc rem compertam haberem. Sed negligentiæ, cuius Hufn. suspectum habui, hæc sunt exempla: in Iugurtha c. 1. Erlang. habet, *qui ad gloriam — fortuna — quippe quæ — probitatem — eripere cuiquam — inertiam voluptates — tempus ætatis ingen.* — 2. *et alia omnia huiuscemodi — et ignaviam.* — 3. *se fatigando.* — 4. *moribus qui non — imperia — et ad honores* etc., quæ omnia notare omisit. Ex quibus colligas, illum non ea, qua par est, diligentia, laborem susceptum perfecisse. Hæc incu-

ria magis etiam notanda est, quod, cum quis omnes variantes se laudaturum esse profitetur, tum ex silentio glossatoris argumentandum est. Quomodo fit, ut multa falsa pro veris laudentur. Qua culpa ut vacuus essem, nullam lectionem eo firmatam habui, quod ex illis Codicibus nihil contra monitum erat; sed fieri potest, ut in primis plagulis pauci errores deprehendantur, quippe quæ iam typis expressæ erant, cum incuria illius editoris mihi est perspecta.

Leidenses libri, qui XI. numerantur, ab Havercampio excussi, et varietas lectionis textui *Wassiano* adscripta est. Ceteris meliores esse iudicavit, qui litteris i. k. notati sint. Sed Vossianum (Cod. L. nam olim Vossii fuerat) longe præstantissimum esse, de ceteris nihil addidit. *) Sed pluribus eorum haud ita multum esse tribuendum vel inde patet, quod Chartacei sunt, atque sæpius pessimorum librorum lectiones confirmant. Imo, quod pace doctissimi viri dixerim, non satis accurate varias lectiones notasse mihi videtur; nisi statueris, temerarias interpretum coniecturas, Codicum auctoritate confirmari. De *Parisinis* libris, quos nuperrimus Salustii Editor contulit, parum habeo dicere. Ex multorum, qui ei suppetebant, codicum copia, quinque solos inspexit, ex quibus paucas lectiones notaret, ceteros enim esse recentiores; sed fastidium, credo, creavit homini, tanti laboris insolito, plurimornm librorum examen accuratissimum. Quam socorde egerit, vel inde colligas,

*) His numeris notisque singulos libros distinxit. a.) Chartaceus in fol. p. 325. n. 19. b.) Chart. in fol. p. 327. n. 50. c.) Chart. fol. minore pag. 327. n. 63. d.) Membr. in fol. p. 494. n. 12. e.) fol. Membr. p. 9. A. f.) Membr. 4to. p. 330. 125. g.) Chart. in 4to. p. 494. n. 12. h.) Membr. in 4to. 158. a. i.) Membr. 8. p. 333. 193. k.) Membr. 8. 389. 75. l.) Membr. optim. p. 289, 73. in fine, incendio lacerum. m.) Membr. olim Petri Francii in Catalogo librorum eiusdem p. 94. num. 600. 4to. forma oblonga; inde emtus in Angliam missus est. n.) Editio Romana antiquissima anni 1470.

quod sæpissime Editores Bipontinos secutus est, quos Salustium et Tacitum maxume corrupisse satis constat. *)

Basileensis I. (E. III. 7.) forma oblonga, litteris Langobardicis, quas dicunt, exaratus, optimæ notæ et antiquissimus Codex, quem Gundlingius Carolingorum ævo, Iselius nono vel certe decimo sæculo scriptum esse iudicavit. Inscriptus est *Cr. Salustius de bellis Catiline et Iugurthe* G. LXXXXVI. addidit in prima pagina manus recentior: *Liber Carthagusinus in Basilia, perveniens a. d. Iohanne de Lapide, confratre nostro, continens Salustium de bellis Catiline et Iugurthe.* In altera pagina folii primi pauca de compendiis scripturæ, ex Isidoro exscripta, leguntur. Insunt multa veteris orthographiæ vestigia, sed sæpius a correctoris antiqui manu restituta: v. c. *intellego*, *neglego*, *neglegentia*, *agentis*, *occursantis*, *navis* (acc. plur.) *dis*, *quis*, (quibus) *isdem*, *volgus*, *volt*, *avortere*, *divorsi*, *iocundiora*, *cotidie*, *cocus*, *michi*, *estumo*, *existumo*, *lacrumas*, *lubido*, *proxuma*, *faciundi*, *boccus*, *adulescens*, *optumus*, *maxumus*, *finituma*, *temptare*, *accersere*, *plebes* et *pleps*, *quicquid*; *præsidi* (gen. sing.) Rarius voces ita scriptæ, ut etymologia exprimatur: *adtendo*, *adsedit*, *inbecilla*, *adrogant*, *inlectus*. *h* littera modo sublata, modo addita; *cohercitum*, *harena*, *honeri*, *istriones*, *ortatur*; leguntur quoque *dampno*, *contempno*, *condempnatus*; *e* et *ae* sæpissime mutata; *m*, *us*, *ur* in fine vocum per compendia scripta; ab initio hæc quoque occurrunt: *noi* (nostri) *gla* (gloria) et id genus alia. Glossæ interlineares et ad marginem adscriptæ rhetorem aliquem inferioris ævi sapiunt. Aliquoties etiam glossæ ipsius auctoris verbis interpositæ, neque optimos Salustii Codices glossis vacuos esse putaverim. Sub finem belli Iu-

*) Codices Bibliothecæ Regiæ Parisinæ, quos Burnufius consuluit, ita describit. „a.) n. 5758. b.) 5742. X. sæculo exarati esse videntur. c.) 6085. d.) 6086. sæculi XI. libri. e.) 6088. ad XIII. sæc. vulgo referunt. Ceteri eiusdem Bibliothecæ Codices recentiores, atque adeo (*sic!*) levioris auctoritatis sunt."

gurthini ordo capitum confusus est, et desunt non pauca. Caput CIII. excipiunt CXII. CXIII. CXIV. quæ integra leguntur; finem facit oratio regis Bocci ad Sillam. Collatus est et hic liber, et alii duo Basileenses in gratiam Cortii ab Iselio, sed, ut fere fieri solet, satis negligenter; neque puto fieri posse, ut qui editores consilium, et quid potissimum sequatur, cognitum non habeat, ea, qua decet diligentia, hoc munere fungatur. Unde factum est, ut Cortius sæpius falso hunc Codicem laudaverit; sed omnia conquirere eorum est, qui magnorum virorum vitiis exagitandis sibi auctoritatem quærunt. Neque hoc omittendum est, tertiam paginam hoc titulo, litteris rubris scripto, esse ornatam, *G. Crispi Salustii bellum Catilinarium incipit.* Littera quoque initialis pictura insignis. Sed hoc imprimis memoratu dignum, *Salustium* in omnibus Codicibus, quos evolvi, uno l esse scriptum; neque aliter in optimis Prisciani Mss., et in antiquissimo Servii Codice, qui in nostra Bibliotheca asservatur. Quare optimorum librorum scripturam expressi.

Melioribus libris etiam *Turicensis I.* adnumerandus est, quem bibliotheca Carolina nobis suppeditavit. Inscriptus est: *Incipit Salustius*, quæ rubris litteris exarata sunt. Viginti capita priora Catilinæ a ceteris seiuncta et bello Iugurthino interposita sunt. Etiam sub finem Iugurthæ cum plures paginæ vetustate et incendio essent deletæ, multa bis exarata nec pauca ab alio librario scripta esse videntur. Nam totus codex a secunda manu emendatus est. Imo nonnullis paginis trium manuum vestigia conspiciuntur; prima, quæ Codicem, exaravit, altera, quæ antiquam scripturam restituit, tertia glossatoris, qui notas adscripsit. Membranæ vetustissimæ, ductus litterarum primo Codici Basileensi haud absimiles, cuius lectiones sæpius confirmat. Sed multo maior similitudo ei intercedit cum Fabriciano primo, quem Cortius excussit, et Tegernseensi, quem Harlesius examinavit. Qua-

re suspicor, hos tres libros idem exemplar esse secutos, et quæ leguntur varietates, eas librariorum acumini vel socordiæ deberi. Ceterum, quas nostra ætate Critici iactant Codicum gentes atque familias, hoc inventum equidem in tot Codicum optimorum lectionibus, nondum confirmatum inveni. Sed, ut ad propositum redeam, orthographia vetus in Turicensi aliquoties expressa est; *lubido*, *temptare*, *haut*, *aput*, *cotidie*, *adque*, *accersere*, *secuntur* (sequuntur), *capiunda* aliquoties occurrunt. Præterea multis glossis marginalibus et interlinearibus auctus est, quæ vero futiles sunt; explicant, quæ nemo non intelligit, difficiliora intacta relinquunt; sed quam facile fieri possit, ut glossæ pro genuinis auctoris verbis habeantur, ex hoc Codice maxime perspicias, ubi inter lineas glossatoris et auctoris verba promiscua leguntur. Ceterum scripturæ compendia plurima insunt; v. c. N. Numidiæ R. Romanus, M. Metellus, Ht. habet, dr. dicitur dur. ducuntur. s. sunt. Vocales a, i, u. sub finem Iugurthæ sæpius infra lineam positæ: $m_a x_u m_a$ *ur* in prima et tertia persona verbi passivi ubivis, præterea *us*, *is*, *rum*, *per*, *pro*, notis expressa sunt. In fine Catilinæ hæc leguntur: *Salustii liber primus in Catilinario explicit; incipit eiusdem in Iugurthino.*

Inter antiquiores Salustii libros *Bernensem IV.* retulerim, quem Sinnerus (in Catalogo Mss. Bibl. Bernensis p. 590.) sæculo X. scriptum esse iudicat. Pergamenus, forma quadrata, n. 357. notatus, et ita inscriptus est: *Ex Salustii Crispi historiis excerpta:* tituli singulorum fragmentorum sunt: *Oratio Catilinae apud coniuratos. Oratio Catilinæ* (quæ capite LVIII. legitur.) *Oratio Micipsae ad Iugurtham. Oratio Atherbalis P. C. Oratio L. Syllæ ad regem Bocchum. Epistola Lentuli ad Catilinam. Epistola Scipionis ad Mycipsam. Epistola Adherbalis ad Senatum.* Ductus litterarum iis similes, quos Mabillonus sæculi XI proprios esse dicit. Sed quamvis antiquus sit, tamen negligenter scriptus est; multa omissa

atque in margine apposita; i ubique sine puncto scriptum; multa compendia scripturæ, sed nulla orthographiæ veteris vestigia deprehendas; *sed reliquid, fræmunt, deprœcor, contemptus, deortatur, nequiquam* passim leguntur. Ceterum liber olim Bongarsii fuisse videtur, cuius nomine notatus est. *Bernensem III.* (n. 698.) Chartac. sæculo XVI. scriptum esse censet Sinnerus, sed immerito, si quid video. Est enim hic liber ex melioribus, et quamvis librarius sæpius in orthographia peccavit, tamen haud dubie optimum exemplar secutus est. Sub finem Iugurthæ leguntur versus in regis mortem, quos et Basileensis primus expressit. Orthographiæ veteris pauca vestigia; *cotidie, accersere, adulescens: lubido,* aliquoties leguntur, sed optimorum librorum lectiones sæpius confirmat, atque intelligentibus haud infirma videbitur huius libri auctoritas. Ceteri libri, quos examinavi, minoris quidem pretii sunt, neque tamen contemnendi. Quorum ex numero *Bernensis II.* in membranis, forma quadrata (n. 561.) eleganter scriptus, ceteris Bernensibus longe inferior; multa omissa, multa perverse scripta. Ex eo, si nihil aliud, hoc certe intelligitur, codices, in quibus multa omissa sunt, non optimæ notæ esse. Addita est *oratio Salustii in T. Ciceronem* et *Ciceronis declamatio in Salustium.* In fine hæc leguntur: *Salustii Catilinarii liber explicitus feliciter octavo Augusti MCCCLVIII. fuit. Bernensis III.* (M. S. A. 70.) singulis libellis hi tituli inscripti sunt: *bellum Catilinarium, B. Iugurthinum, C. Crispi ad p. c. in Ciceronem incipit invectiva: M. T. Ciceronis ad p. c. invectiva, et M. T. C. in Catilinam ad p. c. invectiva.* Hunc Sinnerus sæc. XV. in plagulis Membraneis et Chartaceis mixtis scriptum esse statuit; sed Chartaceus est, atque deterior. Librarius id maxime egisse videtur, ut, ubi Salustiana oratio a vulgari loquendi usu discrepat, hæc mutaret. Orthographiæ, quam secutus est, hæc exempla notavi: *accersere, cocum, consumpta, harena, adulescens, occeani, hedificare, actriverat, amic-*

tere, actingit, calphurnius, sagictariorum, intolleranda, opidum, actribuere. Basileensis IV. Membr. forma quadrata maiore. Ex Bibliotheca d'Annoneana in B. Publicam pervenit. Nitidissimus et elegantissimus liber scriptura, quam Romanam dicunt, exaratus est. Tam insignis eius splendor, (nam picturis, emblematis, lineolis aureis, litteris rubris et quæ alia huiusmodi sunt ornamenta, varie ornatus est) ut eum e libris Budensibus, ævo quidem recentiore sed elegantissime scriptis, esse suspicatus sim. Compendia scripturæ pauca et intellectu facillima; glossis quidem non caret, et ab initio librarius non satis diligens fuisse videtur; sed sub finem sæpissime optimas lectiones exhibet, ita ut hunc librum accuratius excussisse magno mihi usui fuerit. Ita inscriptus est: *Crispi Salustii de coniuratione Catilinæ incipit fœliciter.* Et ab initio Iugurthæ: *Crispi Salustii Prohemium de bello Iug. inc. fœl.* In fine hæc leguntur:

Sex Iugurtha dies pereuntem carcere Romæ
Spectarunt; te dira fames, scelerate peremit;
Ut Plutarchus ait, veri celeberrimus auctor.

Cod. *Basileensis II.* (F. IV. I.) Chartac. fol. maximis Catilinam continet. Litteræ initiales picturis et emblematis ornatæ, scriptura Gothica, glossæ inter lineas et in margine adscriptæ haud eiusdem auctoris esse videntur. Quamvis sæc. XIII. vel XIV. scriptus, sæpius meliores lectiones, imprimis Bas. primi tuetur. Antiquior scribendi ratio in paucis expressa; duplex *i* sæpius *y* scribitur: *æ* et *e* omnibus fere locis mutata, *c* et *t* vix discerneres; multa quoque scripturæ menda insunt, aliquoties correcta. *Bas. III.* (F. VIII. 8.) ita inscriptus est: *Salustii liber primus Catilinarius incipit.* Chartac. forma quadrata, a monacho aliquo sæc. XIV. seu XV. exaratus, tot scripturæ compendiis ut verba non tam oculis dignoscantur, quam coniectura assequenda sint. Quare hunc

librum intactum omittere poteram; sed hoc certe ei tribuendum, quod sæpius ab aliis est monitum: corruptelæ causas cognoscere, quem librariorum peccata notare non pigeat.

Turicensis II. Chartac. foliis maximis, sine titulo, sæculo XV. scriptus est. Ab initio multæ glossæ atque variæ lectiones adscriptæ sunt. Multa perverse exarata, quod scriba dictata male intellexit; quam depravationis causam nuperrimus Aeschyli editor primum invenisse sibi visus est. Sed si a scripturæ mendis discesseris, liber non ita corruptus est. Sub finem hæc leguntur: *Finita est hæc historia die iovis angariæ? ... hora quasi sexta anno domini* 1493. *per me Adam Moses Lussigus.* A discipulo, credo, in scholis publicis exaratus est. Ceterum Bas. II. III. Tur. II. solum Catilinam continent. Accedit Cod. Bibl. Publ. Basileens. (F. 1. 12.) Chart. qui cum multa alia Ciceronis opuscula, tum *duas invectivas* continet; liber haud contemnendus, cuius ope plura emendavi. Præterea Scholia in Salustium in Bibliotheca Bernensi asservantur. (Sinner. Catalog. p. 612.) in membranis sæc. XIV. eleganter scripta; ex quibus haud multum lucri feceris; ne verborum quidem ordinem inde cognoscas, quæ sæpius ita composita sunt, ut sententiæ illustrentur; quare futilis Grammatici ieiunas adnotatiunculas excutere nolui. Tot Codicum, quos modo enumeravimus, præstantissimi et dignissimi, quos sequamur, esse videntur Fabricianus et Merseburgensis Rivii, Vaticanus, Nazarianus et Commelianus, Vossianus (Leid. L.) Guelferbitanus V. Senatorius I. Tegernseensis, Basileensis I. Turicensis I. Bernensis IV. Accedere videntur quinque Parisini; sed ut accuratius de iis iudicium fiat, iterum examinandi sunt. Imo ne ceteros quidem, ab aliis examinatos, iterum consuluisse abs re esse duco. Iam spero quidem futurum, ut Lutetiam Parisiorum, Mediolanum, Florentiam atque, rerum dominam, Romam, ipse accedam, atque Codices ibi asservatos inspiciam. Sed haud dubie in ipsis Germaniæ Bibliothecis

etiamnum multi Salustii Codices latent; de quibus qui accuratius cognovit, velim me faciat certiorem. Neque hoc ab aliis peto, ipse ad nullum officii genus paratus; sed cum nostra Bibliotheca multis iisque præstantissimis Græcorum Latinorumque scriptorum libris Mss. sit instructa, idem negotium in aliorum gratiam lubenti animo suscipiam. Multa præterea dicturus eram de commentariis, quos alterum volumen continebit. Sed timui ne, quam commoverim exspectationem, parum sustineam. Quamobrem alio loco hac de re accuratius agam.

DE CODICIBUS SALUSTIANIS,

QUI

IN BIBLIOTHECIS ITALICIS ASSERVANTUR.

Quod diu in optatis fuerat, ut totam Italiam peragrarem et literarum artiumque monumenta, quibus abundat, oculis perlustrarem, id mihi contigit beneficio magistratuum, qui humanitatis studia, si minus regali munificentia, liberali certe ingenio alunt. Per quinque deinceps menses in splendidissimis Italiæ urbibus, Mediolani, Venetiis, Patavii, Bononiæ, Florentiæ, Romæ et Neapoli commoratus, non solum ad situs locorum hominumque mores cognoscendos, sed etiam ad artium monumenta spectanda et antiquissimos codices examinandos otium habui. Sed ne nimis alta et ardua appetens omnem laboris fructum perderem, nihil quidem, quod visu dignum esset, omittere, sed plurimum studii in codicibus Salustianis inquirendis et excutiendis consumere placuit. Nam de signis, statuis ceterisque artium monumentis commentari, quod nostra ætate multi in laudibus ducunt, mihi quidem levius esse videtur, quod paucissimorum hac de re judicium est. Accedit quod multa simulacra nimis sæpe sunt de-

scripta, ab Italis imprimis, quorum opera et studium hac in re potissimum versatur. Sed, quod maxime mireris, vasa, quæ ad domesticum vitæ cultum et ad sacrificia pertinent, arma præterea, mensuræ multaque alia utensilia, in Pompejorum ruinis effossa, quorum accuratior cognitio totam fere vitam privatam antiquorum populorum aperit, pæne ab omnibus jacent contempta. Nam commentarii, olim his de rebus conscripti, imperfecti manserunt. Neque qui nuperrime in lucem sunt editi, ita comparati esse videntur, ut lætiorem spem de iis concipere liceat. Eadem fere codicum manu scriptorum est ratio. Maximam enim partem aut intacti in bibliothecis latitant, aut non ea, qua par est, diligentia cum editionibus recentioribus collati sunt. Itaque hoc in genere amplissimus patet laudis et gloriæ campus. Nam longe plurimi bibliothecarum præfecti, summa liberalitate vel antiquissimos codices a literatis hominibus inspici et examinari patiuntur, et, quantum in iis est, legibus severis, (ne dicam perversis) quæ de bibliothecis sancitæ sunt, extraneos solvunt; quæ quidem præcipua laus est virorum clarissimorum Bentivoglio et Bettio, qui bibliothecis Mediolani et Venetiis præsunt, quibus me plurimum debere ingenue profiteor; eandemque facilitatem viri clarissimi, Peyron, Augustæ Taurinorum alii experti sunt.

Quare peregrinantibus, qui literarum Græcarum atque Latinarum studio delectantur, his de literis optime mereri licet. Nam lectionibus ex optimo quoque codice colligendis, ad emendandos scriptores multum conferre possunt. Hoc quidem ut Salustio utique contingeret, plurimum operæ dedi. De quo quidem studio ut intelligentes facilius judicium faciant, lectionum, quas ex codicibus amplius octoginta excerpsi, præstantissimas proponam et de ipsorum codicum antiquitate et bonitate breviter agam. Neque timeo, ne levitatis suspicionem incurram, quod aliquot lectiones, a me in textum receptas, rejiciam. Cum enim hanc mihi legem imposuissem, ut invitis codicibus paucissima mutarem, et quæ salvo sensu ferri posse viderentur, utique defenderem, jam

plurimorum eorumque optimorum codicum lectionibus cognitis, nonnulla loca emendatius edere licet. Sunt alia loca, quæ jam pridem Cortius, sed contra codicum auctoritatem emendaverat; quæ si nostris libris firmantur, hoc indicare non omittam.

DE CODICIBUS MEDIOLANENSIBUS.

In bibliotheca Ambrosiana XII. Salustii codices Msc. asservari, jam in præfatione Vol. I. pag. XII. docui; quorum cum nullus ante sæculum XI. scriptus sit, tamen haud paucæ optimarum lectionum illorum auctoritate confirmantur. Præterea his in libris inveni variantes, sermoni Salustiano quam maxime consentaneas, et a nemine adhuc, quantum equidem scio, laudatas. Quare vel pessimum horum librorum accuratius contulisse magno mihi usui fuit. Cujus rei copia mihi data est imprimis humanitate V. D. Francisci Bentivoglio, Bibliothecæ præfecti, qui non solum singulis diebus sex horas continuas codd. inspiciendi mihi fecit potestatem, sed etiam sermonibus me multa edocuit. Parat hic vir, de multis literatis hominibus optime meritus, novam Ciceronis orationum editionem, quam equidem cupide exspecto.

Cod. I. *) (O. 32.) Membran. Sæc. XII. scholiis interlinearibus adspersus, et optimas lectiones continet et ad corruptelarum causas divinandas plurimum confert. Aliquoties manus secunda textum emendavit. Orthographiæ veteris pauca vestigia; v. c. *set*, *aput*, *vendicemus*, *neglegere*, *Aborigenes*, *condicio*, *haut*, *locupletum*, *adiceret* (*Cat. c.* 22.) *cotidiano*, *leniunda*, *accersebant*, *et die vesper* (*i. m. sec. apposuit*); nonnullis locis conjunctiones omissæ; v. c. Cat. cap. 7. *semper his* - *magis in decoris*.

Catilina cap. 1. quo mihi rectius videtur (*esse* omissum) 3. studio ad rempublicam latus sum. 5. incitabant præterea. 8. quantum verbis potuere extollere. 11. in Asia. 14. uti cujusque. 22. ficta et hæc, multa præt. 25. haut facile cerneres - præceps fuit. **)

*) In enumerandis libris ordinem in præfatione Vol. 1. propositum servabo.

**) Qui quidem locus imprimis notandus; inde enim colligas paulo infra

26. quas consuli fecerat. 35. cum et alienis. 47. abdicatus a magistratu. 49. exercebant. 51. aliis alia lic. est - sævior fuit - in exil. perm. jubent. 54. benef. ac munif. 55. ubi paululum ascenderis. 58. si metu. 59. et ab dextra rupe aspera.

Jug. 4. qui sust. ea. 7. facile occasurum (*eum* m. sec. addidit). 9. item atherbale. (*que* deletum). 11. paucis diebus (spatium vacuum inter duas voces relictum) 14. mali accidisset. 17. in partem tertiam - arboris infecundus. 20. discessere. 23. ad virt. erigere. 24. ex manib. 25. set ab eisd. illis. 25. in senatu potens. 32. Cassius ppl. r. perl. rog. (hinc causam erroris intelligas; primum fuit scriptum p. r. id alii alio modo interpretati sunt; inde factum est, ut duas explicationes in textum reciperent). 33. suasque opes. 34. discessit. 38. Num. decederet. (m. pr.) 39. animus ardebat. 43. aux. mittere. 44. a spurio Albino procos. 47. huic. 49. uti prudentes. 54. regis etiam tum. 55. quo clarior erat. 60. paululum modo. 62. fuit oport. - Legati Jugurthæ imperata facturum qui dicerent - accersiri jubet. 83. vir appetere non audebat, nam. 64. si dim. pars ex. perm. sibi. 67. obtruncati. 69. ex collatio. 71. audivit, ex consuet. 73. decori, modo invidiæ esse. 74. tutata (postremam syllabam man. sec. delevit.) 75. Thalam pervenit. Id oppid. - ibique plerique. 77. gnaviter fecerant. 78. leges cultusque. 81. quis - sunt (m. sec. in his duobus capitibus plurimi codd. *quis* retinent). 85. posteris lumen est (*quasi* m. sec. adscripsit) - quam divitiarum, arma. 86. aliis utilibus (*que* m. sec. adjecit). 93. difficilia faciundi animum vertit - paululum modo - eodem regreditur - qua ipse ascenderat. 97. accepit dubium - difficiliorem *esse*. 101. et in perculsos acrius incedere. 102. unde Jugurtham expulerat. 107. sæpe ante paucis - optimum factum. 110. deberem. Hercule silla - flagitiosum. Ceterum. 111. lenitur et ex. 112. et ei nuntiat - in potestatem habuisset.

Cod. II. (G. 22.) Membran. Sæc. XIII. Sed alia alio tempore scripta. Nam pars Jugurthæ cap. 61 — 101. Sæc. XIV. et cap. 102. usque ad finem recentiore etiam manu exarata esse videntur, certe proprio titulo distinguuntur. Nam cod. inscriptus est: *Salustii Catilinaria et bellum Jugurthinum*, *Lucii Sillæ ad Bochum regem oratio cum ejusdem responsione.* Codicem Venetiis emtum esse, Olgiatus primus Ambrosianæ bibliothecæ præfectus animadvertit. Ante bellum Jugurthinum tabula geographica delineata.

Ab initio multa omissa et in margine adscripta, sæpius etiam

---

c. 37. ubi omnes fere libri *præceps erat* exhibent, jam antiquitus esse mutatum ab iis, qui *præcipitem ire* haud commode dici posse censerent.

correctus est, et aliquoties lectiones aliorum codd. notatæ; verborum ordo sæpissime turbatus. Paucas lectiones memoratu dignas exscripsi.

Cat. 1. Omnis nostra vis. 2. aut bonæ artis (quem ordinem aliis locis multi codd. retinent.) 3. adulescentulus. 4. incepto studio me. 5. domi militiæ - quomodo (*quæ* m. sec. addidit). 6. ab origine genus - metu percussi. 8. qui fecere ea. 9. jus bonum apud eos. 10. bonas artes. 19. In provincia. 20. ni animus forte fallit. 30. missi sunt. Utrique (*nam* m. sec. superscripsit). 43. uti cum Catilina in agrum Fesulanum venisset. 47. abdicatus magistratu. 48. senatum edocet. 55. ubi paululum ascenderis.

Jugurtha 6. exacta sua ætate, parvis liberis (*ac* m. sec. superscripsit). 7. facile occasurum (*eum* m. sec.) 11. tribus proximis annis. (*his* m. sec. superscripsit). 20. ab Africa discessere - invasit. 23. ad virtutem erigere. 24. me manibus (*ex* m. sec. superscripsit). 31. neque eos qui fecere (*ea* m. sec. adjecit). 33. si verum aperiat. 36. Romam discessit. 38. fame, ferro clausum tenet. 39. animus ardebat. 40. neglegisset (m. pr.) 41. mittere (m. pr.) 44. spei bonæ. 47. comportarent (m. sec.) 50. Romanorum turba. 54. inimicum - neque acie. 60. paululum modo. 71. audivit, ex consuetudine. 75. eo imponit. 76. duobus in locis. 78. leges cultusque. 80. adversum Rom. 84. volente plebe militia. 95. pudeat an pigeat magis disserere. 100. in hiberna quæ - et sane Marius illo aliis temporibus. 101. et in percussos acrius incedere. 102. unde Jugurtham populus Romanus expulerat. 108. pater - ortus erat. 110. deberem. Hercle Silla. 111. lenitur ex voluntate. 113. vultu colore motu corporis. 114. factus et ei.

Cod. III. (H. 202.) Sal. Catilinarium bellum et pauca ex Jugurthino. Codex antiqua scriptura, adspersus notis nonnullis. Forma quadrata, in prima pagina picturæ et hominis imago; multæ glossæ in textum receptæ, paucas lectiones bonæ frugi continet.

Cap. 2. bonæ artis famam. 4. incepto studio me. 9. in pace vero beneficiis. 10. bonas artes. 18. Kalendas Januarii - urbem Romam tam pessimum. 25. psallere, saltare, cantare - dicerneres. 35. cum alienis nominibus. 43. Statilius Gabinius. 47. uti abdicatus a magistratu sit. 49. exercebant. 52. refert mihi atque vobis. 55. ascenderis. 59. et a dextra rupe aspera.

Cod. IV. Membran. Sæc. xiv. De bello Jugurthino, foliis majoribus. Insunt præterea libri de bellis civilibus inter Cæsa-

rem et Pompejum et de bello Alexandrino. Manu secunda sed recentiori emendatus est liber: probæ et pessimæ lectiones mirum in modum mixtæ sunt.

C. 1. bonas artes. 2. secuntur - fuit jus. 4. adept. sim. 10. me falsum. 11. deinde ut ætati. - illum trib. prox. annis. 14. præcepta patris mei. - versabitur. 20. legati Romanorum ab Africa discessere. 23. ad virtutem erigebat. 24. ex manibus. 25. eisdem illis - scelus rapiebatur. 27. est cognitum. 29. Vacam. 30. invidia probarentne - secessione est opus - inter bonos amicitia appellantur - quamquam gravia sint. 33. si vera aperiret. 34. ex concione discessit. 35. paucis post diebus. 37. aliaque incepto. 38. occultiora fuere - fame et ferro clausum tenet. 39. animus ejus ardebat. 43. auxilia mittebant - animum invictum. 44. a spurio Albino proconsule - spei bonæ. 47. opportunitate loci - frequentia. 48. deserta erat penuria aquarum. 49. occultari poterant. 50. collis haberetur quam campi fuerant. 51. hostes et cives - neque acie - in iisdem locis. 57. picem et tædam sulfure mistam ardenti. 60. paululum modo. 62. accersiri jubet. 63. inter bonas artes. 66. alia, quæ spe. 67. inulte obtruncati. 69. ex collatio erat. 73. sed ea res frustra fuit. 74. ceteri ejus milites - tutati sunt. 75. et id oppidum magnum erat - quam plurimum aquæ ut quisque - quam oppido proximam aquam supra diximus. 76. opus jubet ministros tutari. 77. gnaviter fecerunt. 79. eam rem locus ammonuit. 84. plebe militia volenti. 85. posteris lumen est - facundiam et compositam - ex animi sententia - divitiarum, arma - temeritate ducum attrita. Quamobrem. 93. difficilia faciundi animum vertit. 95. qui uti milites cogeret - an pudeat an pigeat. 97. cunctari accepit dubium - ejus proximos - aderat, victis - difficiliorem. Igitur - quia numero plures. 98. feroces esse. 100. in hiberna uti proficiscitur - diffidentia futuri - illo aliisque. 101. apud primos erat - cum plurimis aderat - in percussos. 102. Jugurtham Marius expulerat. 103. deinde in. 104. negotio quod inceperat - Sillam advenire jubet. 105. victoribus adversum eos. 107. optimum factum. 109. sanctus vir, fidus internuncius jurat ex sententia ambobus - statim rex sic loqui incipit. 110. Jugurtham ingredi sinam. 111. lenitur. 112. et ei nunciat - senatus aut populi. 113. vultu corporis pariter atque animo - dicuntur patefecisse - deductus. Per. 114. Illique usque.

Cod. V. Membran. scriptus anno MCCCLXXX. Vicentiæ a Petro de Dolzanis, id quod in calce libri notatum est, negligenter exaratus, multa omissa, multa per compendium scripta; glossæ sæpius in textum receptæ; quare paucas memoratu dignas lectiones notabo.

Catil. c. 7. Sic quisque. 8. ea quantum verbis. 9. in amicis - in pace vero magis beneficiis. 10. bonæ artes. 11. in Asia. 18. tum pessimum. 19. quam plures - in provinciam. 20. spes magnæ dominationis - idem velle atque nolle. 21. proscriptionem locupletum - quam plures periculi (sed paulo infra *cum pluribus* scriptum). 22. addiceret. 23. cœpit, interdum ferro minari. 24. mutuo sumptam. 26. quas consuli paraverat. 28. Curius ubi intellexit - impendebat. 30. item decreverant. 39. animos eorum erexit. 40. negotiatus esset - percontatur pauca. 47. abdicatus a magistratu Lentulus sit. 48. senatum edocet - judicem esse falsum. 51. aliis, alia. 54. ac munificentia. 55. ascenderis. 58. nunc vero quo loco. 59. et a dextra rupe aspera.

Jugurtha. 1. bonas artes. 4. qui sustinent. 7. facile occasurum eum præfecit. 10. vitæ finem facit. 13. quis præcipit. 14. patris mei - in vestra est manu. 17. arbori infecundus. 19. et Numidæ. 33. si verum aperiat. 50. Romanorum turba. 62. bellum sumit. Romæ. 63. bonas artes. 69. uti erat, Metellum. 71. audivit, ex. 73. invidiæ erat. 75. id oppidum. 76. uno die aut nocte. 83. habere eum. 85. posteris est quasi lumen - bonum animum habetote. 93. animum convertit. 95. qui uti - cogeret Romæ - pudet an piget magis. 97. difficiliorem esse. 100. in hiberna propter commeatum - illo aliisque. 191. occurrit aux. 102. pectus tuum demitte - unde Jugurtham expulit. 110. Fuerit mihi pretium - flagitiosum. Cæterum 111. Quem si tradidisset - lenitur. 112. et ei nunciat - ibiqua Sillam traderet. 113. secum multum - vultu colore motu corporis - occulta patefecisset - accersiri.

Cod. VI. Chartaceus, Sæc. XIV. exaratus. Solum Catilinam continet, emendatus est a manu secunda sed multo recentiori; aliquoties variantes lectiones in margine adscriptæ, verba sæpius transposita et pessimis lectionibus scatet hic liber.

Cap. 4. De quo jus hominis (m. sec.). 8. obscurat. Atheniensium. 10. bonas artes. 12. atque moderati. 14. quottidiano. 15. adultum ætate. 16. torpescerent. 18. nequiverit - Kal. Januarii. 19. Piso in provincia. 20. vindicemus - ingenium est - forte animus fallet. 23. polliceri cœpit, minari. 30. missi. Nam utrique. 31. facies. Ex summa. 34. Conscius fuit (*esset* m. sec.). 35. cum alienis nominibus. 73. ea vero præceps de multis (*erat* manus secunda addidit). 43. Statilius, Gabinius. 47. abdicatus magistratu. 48. senatum edocet. 49. exercebant. 50. electos atque exercitatos orabat in audaciam. 51. eam modestiam - quibus exilium (*legibus* manus secunda addidit). 54. ac munificentia. 55. ascenderis - eo magis assequebatur (*ellam* m. sec. superscripsit). 58. nunc vero quo loco - in vestris dextris - sin metu - quo audacius adgrediendum (*adgrediamini* m. sec.). et a dextra rupe aspera.

Cod. VII. (L. 91.) Chartaceus sed a bono libro descriptus; de bello Jugurthino. Insunt præterea nonnulla ex Ciceronis philosophicis et duæ Invectivæ. Liber a corruptelis satis integer, sæpius optimorum librorum lectiones confirmat et, ubi a meliorum auctoritate recedit, cum ratione errat. Qui brevitatem Salustii, quam dicunt, suis in editionibus exprimere student, is hic codex magno erit adjumento.

Cap. 1. Invenies – virtuti via – bonas artes – suam quique culpam. 4. adeptus sum – nequiverant – et quasi per latrocinia. 7. præficit Jugurtham. 11. in unum convenere – quom multa – illum tribus proximis. 13. quis præcepit, uti primum – ambiundo. 14. versabimur – vestram amicitiam colerent. 17. arbori infecundus. 18. multis sibi imperium. 20. dolore permotum adherbalem. 21. Romam ab adherbale missos. 23. discessisse (sed supra cap. 20. *decessere*) – erigere. 24. me ex manibus impiis. 25. senatus princeps – rapiebatur. 29. scaurum acceperat. 31. dedecora pervenerunt. 32. accersebant – Cassius perlata rogatione p. r. – misericordiam experiri mallet. 33. suasque opes. 38. occultiora fore – fame ferro clausum tenet. 39. accersere. 40. G. Mamillus – ex Mamilli. 43. auxilia mittendo. 44. a Spurio Albino proconsule – spei bonæ. 47. imposuit; frumentum et alia – eo portare – et commeatum. 49. proximum hostes. 50. campi fuerant. 54. inimicum certamen. 62. accersiri. 67. obtruncati. 71. audivit ex. 74. incertusque vagabatur – qua in parte res fuit – tutati. 75. pervenit. Oppidum – ibique plerique – eo imponit – quam proximam oppido aquam supra. 76. una die – superque eas aggerem terras super aggerem impositis jubet turribus opus administros tutari. 77. gnaviter fecerant – petitum – pauci impediverant. 81. quis – sint. 82. linguam moderari. 83. quom victores. 84. cognitos ascire – plebe militiam volente. 85. quo pluris est – videtur mihi illa administrari – is imperatorem – ex animi sententia – nam quom tu te. 92. illi aut mentem divinam, aut. 93. quom unam – difficilia faciundi animum advertit. 97. accepit, dubium – difficilem fore. 100. profectus in hiberna, propter. 101. primos erat. 102. velle de suo, populi – quom te talem – cui scilicet complacuit – unde Jugurtham. 103. ab illis amicis – deinde in itinere. 104. Syllam ab Utica – et ab consule. 105. et adversum quos. 187. pars uti fortem animum gerant hortatur – quom ipse filius – optim. factum. 110. et Hercle – precium tuæ amicitiæ – nunquam tibi. 112. quom talem.

Cod. VIII. (R. 31.) Anno MCCCLIV. scriptus et manu secunda emendatus est. Initio xxv. capita belli Catilinarii desunt.

Cap. 26 R. p. dissentiret. 27. prius si Ciceronem. 28. ubi intellexit – impendebat. 30. nam hi utrique. 32. ibi secum multa. 35. cum etiam alienis. 39. ani–

mos eorum erexit. 43. Statilius Gabinius uti - exsequeretur. 48. Senatum edocet. 49. exercebant. 50. ad eum ubi ventum est. 51. sed aliis alia - mores atque modestiam - laudabat? sceleratos, factiosos - quis finem statuet. 55. paululum ascenderis - dimissus est. 58. nunc vero quo loco.

Jugurtha cap. 4. adeptus sum quales - clara atque magnifica. 6. suæ liberorum ætatis. 7. facile occasurum - Publii Scipionis. 10. Falsum habuit me - natura finem facit. 11. illum tribus proximis adoptione. 14. vos affinium loco - amicitiam coluerunt (*diligenter* m. sec. superscripsit). 15. ne alium putarent. 17. arbori infecundus. 19. aliis - avidis, (ita prima manus scripsisse videtur). 20. Africa discessere - vendicaturum. 21. die extremum (prima manus, quantum video) - dignum fore. 23. ad virtutem erigere. 28. regnum ipsum deditum. 31. at qui sunt, qui. 33. si verum aperiat. 34. discessit. 35. obmisit - Romam recessit. 38. Numidia decederent. 44. auxilii aut spei accedebat. 62. accersiri jubet - at Romæ. 66. alia, quæ. 68. animis eorum erectis (ex emendatione). 71. ex servis cognovit. 75. id oppidum - ibi multi (*que* man. sec. addidit) - eo imponit - quod proximum oppido esse. 76. deinde jubet - tutari jubet. 77. gnave fecere (sed hoc in margine adscriptum). 78. leges cultusque. 84. plebe volenti militia. 85. non eisdem - is imperatorem alium - mea benefacta dicere licet (*met mihi* manus secunda addidit). 93. difficilia faciundi animum advertit - paululum modo prona - paululum arrectus. 95. tanti viri res - pudeat an pigeat (*magis* ex emendatione superscriptum). 101. quem primum attigerant - primos erat - plurimis erat - occurrit auxilio suis. 102. velle de suo - unde Jugurtham Marius expulerat. 103. Sulla omnia pollicitus docuit. 107. quem manus armaverant - ex castris ire. 109. sanctus vir accersitur ex sententia jurat amborum. 110. aliquando tuæ operæ pretium. 111. prius negare agitare - leniter ex voluntate. 112. et ei nunciat. 113. et scilicet oris immutatione tacenti ipso occulta pectoris patefecisse. 114. illique et inde usque.

Cod. IX. (53. P.) Membran. forma quadrata, liber satis emendatus; præter libros historiarum Arretini continet Catilinam et Jugurtham et Invectivas. Insunt præterea duæ aliæ Jnvectivæ Ciceronis in Catilinam et Catilinæ in Ciceronem, quæ in editione Basileensi MDLXIV. p. 1098. typis expressæ esse dicuntur; easdem in codice Romano inveni.

Catilina 1. nam priusquam. 3. studio ad rempublicam latus sum. 6. metu percussi - in dominationem convertit se. 7. per laborem et usu - sic quisque hostem. 9. quod beneficiis magis quam metu. 11. corpus, animum virilem - ne dum illi - temperarent. 12. nihil pensi atque moderati - neque quicquam. 14.

molles, ætate fluxi. 15. color exsanguis ejus. 16. torpesceret manus. 17. Publius et Servius Sillæ, Servii filii. 18. in quibus Catilina fuerat - nequiverit - tum pessimum. 19. quam plures - in provinciam. 21. quietam r. p. 26. quas Consulibus fecerat. 36. agro Aretino. 39. animos eorum erexit. 43. Statilius Gabinius. 45. dimittit cum illis homines militares, qui. 47. abdicatus magistratu Lentulus. 50. lectos, exercitatos in audaciam orabat. 51. sed in exilium mitti. 52. cetera malefacta - non de sociorum - qui mihi, animo. 59. et ab dextra rupes asperas.

Jugurtha cap. 6. suæ atque liberorum. 7. statuit objectare. 17. arborum infecundus. 18. quo nox. 20. discessere - convertit se. 21. dignum fore. 28. hi decrevere. 33. si verum aperiat - suasque res. 34. discessit. 35. ab Italia decedere. 36. Romam discessit. 37. et alia quæ. 38. ita delicta auli occultiora essent - a Numidia discederet. 39. in animo ardebat. 43. undique accersire. 47. comportavit commeatum. 50. deinde pro re. 60. paululum modo. 70. præmia Metelli in pestem ne converteret. 71. audivit, ex consuetudine. 73. decori fuerat. 74. rex affuit - tutati. 75. id oppidum. 76. una die aut nocte. 77. gnave fecerant. 85. divitiarum arma. 93. animum advertit - paululum modo. 97. accepit dubium belli - difficilem fore. 100. hiberna it propter. 101. occurrit auxilio. 102. de suò et - unde expulerat vi Marius Jugurtham. 106. ad Sillam occurrit. 111. agitare cognationem. 113. constituto loco et tempore.

Cod. X. Membran. (P. 89.) Solum Jugurtham continet. Non modo ordo verborum sed etiam foliorum turbatus est. Insunt multa scripturæ menda, et sæpius conjunctiones omissæ; nihilo minus tamen inter multas pravas paucæ bonæ lectiones inveniuntur.

1. invenies. 2. secuntur. 7. quippe neque consilium (*cujus* omissum). sed si ad impetrandum. 17. philosophi plerique - arboris infecundus. 19. originibus suis præsidium - Numidiæ atque flumen. 26. cogundi potestas. 30. probarem tantum. 36. Romam decessit. 39. denique omnibus festinare. 43. Quintus Metellus et Sillanus - auxilia mittundo. 44. sed neque ea, neque more. 47. propter opportunitates - et commeatum - paratis et rebus. 49. neque plane occulti. 74. qua in parte rex affuit. 80. nulla per sociam obtinet. 83. habere magnum. 84. volenti plebe militia. 85. is imperatorem alium quærat - divitiarum arma. 93. cupido difficilia ad faciendum animum intendit. 95. pudet magis an piget. 98. et ipsi duces erant feroces. 102. velle de suo populi - ad hoc populus Romanus visum est melius - unde vi Jugurtham expulerat. 105. advorsum. 107. ad hostis - sæpe antea paucis - qui manus armaverit optimum factum. 108. pater ex concubina ortus erat - tempus ipse deligeret. 110. et Hercule Silla - pretium tuæ amicitiæ flagitiosum. Ceterum. 112. frustra fuisse. Quos Marius accipiens hæc mandata

mittit bocho. Ceterum bochus - in hostium potestatem. 113. tempore, loco constituto - vultu corporis mente pariter - patefecissent - accedit, statim. 114. illisque temporibus et inde usque.

Cod. XI. (A. 40.) Sæc. xv. Continet Catilinam et Jugurtham liber satis emendatus, sed aliquoties glossæ in textum receptæ.

Catil. 1. bonæ artis. 3. adulescentulus. 5. repetere: paucis. 7. simul laboris ac belli. 8. quantum eam - in amicis fideles. 10. bonas artes. 11. artes bonæ, 16. torpesceret manus - quam plures. 20. idem velle atque nolle. 29. nullis earum rerum. 30. nam hi utrique - paucorum potentium - ducenta millia sestertium (ex emendatione). 35. cum etiam alienis. 43. Statilius Gabinius - percussis omnibus - abdicatus (m. sec.). 48. edocet. 51. aliis alia - eos mores atque modestiam - laudabat? sceleratos factiosos - quis finem statuet. 52. non de sociorum. 55. dimissus. 58. compertum habeo.

Jugurtha 1. bonas artes. 4. adeptus sum. 6. suæ liberorum. 7. facile occasurum. 11. in unum conveniunt - tribus proximis in regnum. 14. quem jussissetis - isdem dolis - is ne alium putarent. 18. se gætulis miscuere. 20. discessere. 21. dignum fore. 24. et quæ antea - me ex manibus. 27. agitari cœpit. 28. ipsum deditum. 31. item nostri ordinis. 32. eum interposita - magnis itineribus. 38. Numidia decederent - plena forent. 44. aut spei accedebat. 48. quas potest copias. 49. et pedibus delectos suos (sed *delectos* m. sec. ex emendatione) - occultati - cum dilectis. 62. is, ut opportunum fuit - captos aut occisos - At Romæ senatus. 63. inter bonas artes. 75. quod proximum oppido esse. 77. gnave fecere - majorum facta, cognatorum - is alium imperatorem quærat - jocundiora. 93. difficilia faciundi animum incendit - paululum modo prona - qua ipse ascenderat. 95. pudeat magis an pigeat. 98. feroces esse, quia non fugere, pro. 100. duritiem. 101. apud primos erat - acrius instare jamque. 102. unde Jugurtham Marius expulerat. 103. benevolentiæ 110. tuæ operæ pretium amicitiæ. 111. leniter ex voluntate. 113. vultu, colore motu corporis - et scilicet oris immutatione tacente ipso occulta cordis patefecisse.

Cod. XII. (C. 39.) Chartaceus Sæc. xv. Solum continet Catilinam. Insunt multæ glossæ èt pravæ lectiones; sæpius verba transposita sunt.

Cap. 3. haud absurdum. Vel - nequaquam par. 4. sed a quo incepto me. 6. satis pollens. 7. se quisque extollere, magisque - sic quisque hostem. 9. magis quam legibus natura - in amicis fideles. 10. bonas artes. 12. atque moderatis. 14. qui alienum æs grande. 17. domi nobiles. Præterea. 18. nequiverit - tum pessimum.

19. in provincia - in medium relinquemus. 20. nobiles volgus - ubi volunt - en illa, illa - utemini. 21. eum eo se consule. 24. sumptam mutuo. 36. ac veluti tabes. 47. abdicatus magistratu. 50. aliis alia - sed ad exilium permitti - ex bonis orta sunt - sceleratos et factiosos. 52. malefacta. 55. ascenderis. 61. vivus ceperat.

DE CODICIBUS VENETIS.

Bibliothecæ St. Marci codices, jam multo accuratius quam antea digestos, inspiciendi et examinandi copia mihi facta est a viro clarissimo Bettio, bibliothecæ præfecto, cujus eruditionem, facilitatem atque comitatem jam tot viri docti experti sunt, ut ejus nomen non minus in Germania quam Venetiis celebratum sit. Cum ex legibus non nisi tres horas singulis diebus in Bibliotheca studiis vacare liceat, facile passus est, ut ego duplex temporis spatium ibi commorarer. Qua re factum est, ut septem codices Salustianos brevi examinarem.

Cod. I. (Clas. X. CIII. a Morellio inscriptus). Pergam. Sub finem Sæculi XI. vel initio XII. exaratus; folia nonnulla lacerata et aliquoties contaminata; ductus literarum in fine codicis vetustate deleti, verba sæpissime transposita, alia omissa; nec desunt menda scripturæ. C ante *i* sæpissime cum *t* mutatum, *e* pro *æ* scriptum, *h* alieno loco appositum et omissum. Orthographia antiqua in nonnullis vocibus servata; *lubidinem, neglegere, neglegentia, adlevati, adscendere, adgredi, communis omnium hostis* (cap. 81.) *difficilis* (cap. 87.) etc. Liber melioribus adnumerandus; ex quo hoc certe discas, non ubique iis codicibus fidem esse habendam, qui cæteris breviores sunt.

Catil. cap. 1. qui student sese - obedientia ventri - omnis nostra vis. 2. peregrinantes transiere. 3. tu memores. 6. prospera, pollens - nomen regium - ingenium validum. 7. laboris belli simulac paciens - discebant usu militiam - sic... hostes quisque - ea divitias, bonam famam. 8. minores quam. 10. falsos subegit - promptum habere edocuit. 19. in provinciam. 20. omnia victoribus præmia. 21. cum eo consulem. 30. missi; utrique. 40. negotiatus esset. 43. uti Catilina. 46. quid facto opus sit. 47. cui fatum urbis potiri - abdicatus a magistratu. 49. exercebant - oppugnatus pecuniarum. 50. electos exercitatos orabat in audaciam.

51. quibus exilium damnatis. 58. in dextris portare. 59. tumult. causa. 60. omnibus exploratis - inducit dein utrimque.

Jugurtha cap. 4. qui ea sustinent virtus. Verum. 7. facile occasurum. 9. eum dimisit - senatui sit - igitur rex Micipsa ubi quæ fama. 11. illum tribus proximis. 14. regni habiturum - ut ille, quem tu parem liberis. 17. in parte tertia - in Europam. 18. neque legibus aut imperio - qui alveos. 24. manibus ex impiis - memoria manet. 25. porro libidine cæcus rapiebatur. 30. inter dubitationes et moras. 31. quod majus dedecus - neque ego Quirites hortor. 32. sui imperatoris plurima flagitiosissima. 33. vera aperiret - suasque opes. 34. discessit. 36. Romam discessit. 38. Numidia decederent. 48. penuria aquarum. 49. circuiens - uti prudentes - occultati. 50. antea jam - quattuor. 54. interfici jubet. 58. propere mittit. 60. pariter oppidani. 62. aut occisos. 70. in quis molliciem. 71. audivit ex consuetudine - ex servis. 73. decori fuerat. 74. agitabat se - virtuti an fide - adfuit pugnæ - ceteri ejus milites - tuta sunt. 75. id oppidum. 76. dein locis - aggerem jacere jubet - opus et ministros (*ad* manus sec. delevit). 77. naviter. 80. advers. nos bellum - nulla (man. prima - man. sec. *nullà*). 81. operæ pretium. 83. habere eum. 84. plebe militia volenti. 85. supplicii modicos (unde conjicias, *supplicis* primitus scriptum fuisse) - ita res habet - sed quam egomet meis plurimis - ipsa virtus satis ostendit - profuerant - divitiarum, arma non - jocundiora - animum habete - tuta sunt - uti boni honestique plura. 87. capi aut occidi. 88. exploratum. Sed. 89. visum Erat. 90. lybis - oppido loca propinqua. 91. antea neque beneficio. 92. clarus ante. 93. animum accendit - qua ipse ascenderat - quattuor. 94. diu multum fatigati. 95. ocio luxurioso; ceterum - an pigeat magis. 97. accepit dubium. 98. ac se pro victoribus (*atque* m. pr.) 100. hiberna it, propter. 101. Marius apud primos erat, quia ibi Jugurtha cum plurimis astabat - profligatis is. 102. duo quam fidissimo (*s* m. sec. apposuit; sed alias etiam *s* sæpissime omissum; ita paulo infra *s' amico quam servo*) - de suo et - ille sine mora statim - quo ingenium ejus aut adversum - cui 'scilicet vim - multa opportuna quo facilius (quæ desunt, m. sec. addidit) - numquid valeat - omittere, si per Marium. 103. placeat legatos ire jubet - deinde in itinere. 104. confecto, quo intenderat negotio. 105. arbitratu communibus. 106. ad Sillam occurrit - ante consedisse. 108. nam insidiis ejus - attenuisse. 109. tunc res - internuncius sanctus jurat. 110. ratus, fore maximas - lenitur et. 112. et ei nuntiat - aut pop. R. fieret fœdus. 113. loco constituto, tempore - patefecisse - accersiri. 114. Kal. Januarii.

Cod. II. (381. arm. 5. A. 11. Th. 12.) Octonis Sæc. XIV. eleganter scriptus; verba sæpius transposita sed ab ipso librario emendata, et pars extrema Jugurthæ recentiori manu exarata est. Libra-

rius bonum exemplum secutus et ipsos ductus literarum antiquos imitatus esse videtur; sed quæ fuit hominis imperitia, etiam glossas recepit et verborum ordinem turbavit.

Catil. cap. 1. animantibus. 3. ibique multa adversa fuere. 4. explananda, quam. 6. coaluerunt - dominationemque convertit (*se* manus sec. addidit). 7. simulac laboris belli - sic quisque - quibus locis. 8. sicuti existimo - minores, quam fama - fecere ea. 9. se remque publicam. 18. tum pessimum. 19. in provinciam. 20. quom tabulas. 21. cum eo se Consule. 22. ficta hæc. 28. ubi intellexit. 30. nam utrique. 33. quom et alienis. 38. est restituta. 39. erexit - isdem temporibus. 40. negotiatus esset - uti sui misereretur. 45. quis sim. 47. cui fatatum erat - quom prius - abdicatus a magistratu. 51. magna est mihi - ut is in proscriptorum - exercitus sit in manu. 53. quare quom - magnus atque clarus. 55. ascenderis - dimissus. 58. quo loco - adgredimini - quom vos. 60. utrisque ex lateribus.

Jugurtha cap. 1. sui natura. 2. animo et corpore - et alia hujuscemodi. 6. primus ferire. 7. facile occasurum - Publii Scipionis. 10. vitæ finem facit - monumenta plurima sunt. 17. diversum, tamen. 19. Numidæ - erat. 20. discessere. 27. aliaque bello usui forent. 31. quo magis dedecus. 32. Romæ aguntur - plurima flagitiosissima - timido ex conscientia diffidenti. 33. socios suos tanti sceleris. 37. aliaque incepto - tumultu percussi insolito. 42. desereret. 46. opportunos cognorat. 50. Romanorum turba. 52. non prælio neque acie. 55. latius crescerent. 60. paululum modo. 62. sibi Numidæ consultent - accersiri - sumit. Romæ. 68. ire, signa. 69. uti erat, Metellum. 70. in quis molliciem. 76. uno die ac nocte - jubet duobus locis. 77. gnaviter. 79. quo fines. 83. habere eum - plebe volenti militiam. 85. faciunt idem - mea facta dicere licet - ex animi sententia - bonum animum habetote. 89. procul abesse aliis - libis memorabatur. 91. infidum erat - coercebatur. 93. animum convertit - paululum modo. 95. an pigeat magis. 96. in vigiliis multus. 97. difficiliorem esse. 98. quom. 100. in hiberna : propter. 101. morati fuerant - primos erat - plurimis erat - occurrit auxilio. 102. pervenit oppidum - quom - cui scilicet complacuit - demitte - expulit - obmittere. 103. permittit ipsis - aut benivolentia esse. 104. quom. 105. arbitratu communibus - equitum peditum. 106. occurrit - totiens - quom. 107. haberet, spes - cum ipsius. 108. populus Romanus quæ vellet - Romanos, Numidam. 110. terra hac omnium opulentissimus, quos - fuerit mihi precium. 111. multum disseruit - in gratia habituros - quem si tradidisset - peteret, ultro adventuram - lenitur et. 112. condicionibus - aut pop. Rom. 113. promittit - loco constituto et tempore - occulta patefecisset - Tum postremo - accersiri - enuntiatum.

Cod. III. (CCCCXXXII. Arm. 50. M. M. Th. 2.) Codex eleganter scriptus et satis correctus, Sæc. XIV. initio pulcherrimæ picturæ; viri imago librum tenentis præcedit Catilinam, in prima pagina Jugurthæ conspicitur miles, equo insidens et hostem telis petens. Tabula geographica etiam in aliis codd. exarata in hoc multo elegantior et accuratior est. Insunt præterea Invectivæ et Ciceronis orationes pro Deiotaro et in senatu post reditum habitæ.

Catil. cap. 1. obedientia ventri - indiget. 2. transiere. 3. delicta quia plerique, quæ tu - incepto studio me. 19. in provinciam. 27. opportunum esse sibi credebat. 30. nam utrique. 35. cum alienis nominibus. 44. qui sim. 47. cui fatatum foret - abdicatus magistratu. 48. agitabant. 49. exercebant - faucibus urguet. 55. paululum ad lævam ascenderis.

uti antea cum prædatoria manu, sed magno exercitu comparato
bellum gerere cœpit et aperte totius Numidiæ imperium petere.
Ceterum qua pergebat, urbis, agros vastare, prædas agere; suis
animum, hostibus terrorem augere. Adherbal ubi intellegit, eo 21
processum, uti regnum aut relinquendum esset aut armis reti-
nendum; necessario copias parat et Iugurthæ obvius procedit.
Interim haud longe a mari prope Cirtam oppidum utriusque exer-
citus consedit, et quia diei extremum erat, prælium non inceptum
Sed ubi plerumque noctis processit, obscuro etiam tum lumine,
milites Iugurthini, signo dato, castra hostium invadunt; semi-
somnos partim, alios arma sumentis fugant funduntque: Adherbal
cum paucis equitibus Cirtam profugit, et ni multitudo togatorum
fuisset, quæ Numidas insequentis mœnibus prohibuit, uno die
inter duos reges cœptum atque patratum bellum foret. Igitur
Iugurtha oppidum circumsedit, vineis turribusque et machinis

omnes Leid. *atque aliam prædam* Fabr. 1. Guelf. 3. *hostiliter loca* Fabr. 1. Teg. Erl. Bas. 4. Tur. *dein* Senat. 1. *dehinc* Guelf. 7. *se convertit* Franc. Leid. n. *convertitur* Heuss. Sen. 2. Commel. *Adherbalem dolore permotum* Bas. 1. Fabric. 2. tres alii ex Cort. omnes Leid. Bern. 1. *d. p. Ad.* Rivii libri. *magis quam. magis* om. Vrat. 2. *misit questum* Bas. 1. Bern. 3. *neque eo magis* Bas. 1. 4. Teg. Turic. Bern. 1. ita Gruter. Wass. Haverc. *tamen* Cort. adiecit. in Erl. *tamen* locum mutat. *uti antea* Bas. 1. 4. Turic. Bern. 1. 3. *quod tentatum* Acc. Guelf. 11. *ex. magn. comp.* Bas. 1. *congregato m. ex.* Fabr. 2. *cum ex. comp.* Guelf. 7. *totius imp. Num.* Struv. Guelf. 4. *hostibus terrorem* hoc ordine omnes ferre libri. *terr. host.* Ac.

Cap. 21. *intellegit* Fabric. Bas. 1. Sen. 1. Guelf. 4. *processit* Ecc. Guelf. 3. 11. *utriusque consedit exerc.* Fabric. 1. Tur. *extrem. diei* Acad. Fabric. 2. Guelf. 3. *die extr.* Vrat. 1. m. pr. *non est incept.* Leid. a. b. e. f. h. i. l. *inc. est* Leid. d. *a moen. proh.* Struv. Franc. Guelf. 9. 10. 11. Leid. d. f. m. *bellum foret* Bas. 1. 4. Franc.

omnium generum expugnare adgreditur: maxume festinans tempus legatorum antecapere, quos ante prælium factum ab Adherbale Romam missos audiverat. Sed postquam Senatus de bello eorum accepit, tres adulescentes in Africam legantur: qui ambos reges adeant, Senatus populique Romani verbis nuncient: „Velle et censere, eos ab armis discedere: de controversiis suis iure po-
22 tius quam bello disceptare: ita seque illisque dignum esse." Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis, quod Romæ, dum proficisci parant, de prælio facto et oppugnatione Cirtæ audiebatur; sed is rumor clemens erat. Quorum Iugurtha accepta oratione respondit: „ Sibi neque maius quicquam neque carius auctoritate Senati: ab adulescentia ita se enisum, uti ab optumo quoque probaretur: virtute non malitia P. Scipioni, summo viro, placuisse: ob easdem artis ab Micipsa, non penuria liberorum, in regnum adoptatum esse: Ceterum quo plura bene atque strenue fecisset, eo animum suum iniuriam minus tolerare: Adherbalem dolis vitæ suæ insidiatum; quod ubi comperisset, sceleri eius

Struv. ita Gruter. Bern. 1. 3. Wass. et Haverc. ediderunt. *foret bellum* ceteri Cortii libri. Tur. *bellum* delet Leid. l. *ab Adherb.* præpos. om. Ecc. Guelf. 4. Fabr. 1. Reg. *Rom. Adh. miss.* hoc ordine Fabric. et quidam alii ex Cort. Bas. 4. Tur. *bello eor. acc.* pron. om. Guelf. 3. Leid. a. *ambo* Guelf. 4. m. pr. *de controv.-disceptare.* hæc non leguntur in Pal. et Wassii libris. Bas. 1. 4. Fabr. inc. Rem. Sen. 1. Vrat. Guelf. Leid. a. b. c d. e. f. h. i. k. l. Teg. Tur. Bern. 3. sed leguntur in Vinar. 2. Senat. 2. Heuss. Franc. atque in margine Guelf. 3. Struv. Acad. Leid. g. m. n. Bern. 1. Erl. *itaque* Fabr. 1. Acad. Franc. Guelf. 3. 11. Leid. a. c. e. m. Teg. Tur. *dignum fore* Ecc. Guelf. 3. Fabric. 2.

Cap. 22. *eoque magis* Ac. *et de oppug.* idem. *audibatur* Guelf. 4. *rumor demens* multi libri. *orat. accept.* Tur. *maius quidq.* pron. om. Accad. *car. quidq.* Bern. 3. Senat. 2. Heuss. *carius esse auctor.* Fabr. 1. inc. 1. Teg. Erl. Turic. Bas. 4. *sen. esse* Leid. c. k. l. Bas. 1. *in regno adopt.* Guelf. 4. 10. Vinar. Vrat. 3. Acad. Struv. inc. 2. Franc. Leid. b. e. h. m. Bodl. Mark. A. *adol. sua.* multi Codd. *quod plura* Senat. 1. Rem. 1. Fabric. 1. Vrat. 1. Ac. Struv. inc. Franc. Ecc. Guelf. 1. 2. 3. 11. Leid.

obviam isse: populum Romanum neque recte neque pro bono facturum, si ab iure gentium sese prohibuerit: postremo de omnibus rebus legatos Romam brevi missurum." Ita utrique digrediuntur. Adherbalis adpellandi copia non fuit. Iugurtha ubi 23
eos Africa decessisse ratus est, neque propter loci naturam Cirtam armis expugnare potest; vallo atque fossa mœnia circumdat, turris exstruit easque præsidiis firmat: præterea dies noctesque, aut per vim, aut dolis temptare, defensoribus mœnium præmia modo, modo formidinem ostentare, suos hortando ad virtutem arrigere: prorsus intentus cuncta parare. Adherbal, ubi intellegit, omnis suas fortunas in extremo sitas, hostem infestum, auxilii spem nullam, penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse; ex his, qui una Cirtam profugerant, duos maxume impigros delegit, eos multa pollicendo ac miserando casum suum confirmat, uti per hostium munitiones noctu ad proxumum mare, dein Romam pergerent. Numidæ paucis diebus iussa effici- 24
unt; literæ Adherbalis in Senatu recitatæ, quarum sententia hæc fuit.

h. i. m. Teg. Bas. 1. 4. Tur. *sceleri eius* Fabr. Bas. 1. 4. Struv. inc. Sen. 1. Vin. 2. Guelf. 1. 2. 9. Erl. Teg. Bern. 1. 3. *eius sceleri* Grut. Wass. Haverc. pron. om. aliquot Rivii. Tur. *prohibuerint* Paris. d. Fabric. 1. *itaque utrique* Fabr. 1. Struv. inc. 2. Franc. Guelf. 9. 11. Erl. *Adherbali* Struv. inc. 2. Vrat. 2. Leid. a. e. f. h. k.

Cap. 23. *discessisse* Vrat. Vin. 2. Acad. Franc. Sen. 2. Heuss. Bern. 1. 3. Guelf. 3. 7. 11. *ab Afr.* Ecc. Sen. 2. Heuss. Guelf. 7. 9. *per loci naturam* Merseb. Riv. *naturam loci* hoc ordine Grut. Wass. Haverc. Bern. 1. *loci nat.* Bas. 1. 4. Tur. *dies noctes* inc. 1 *modo modo.* alterum *modo* om. Bas. 1. Acad. Vrat. 2. 3. Ecc. Guelf. 7. 11. *omnis suas fortunas* Bas. 1. Acad. Struv. inc. 2. Tur. ita etiam Haverc. *arrigere* Leid. l. plures Cortii libri. Mark. A. Bas. 1. Bern. 3. *intellegit* Fabr. 1. Bas. 1. Senat. 1. *necessarium* Guelf. 1. 3. Ac. Struv. Rem. 2. Reg. Martin. *multa pollicendo. pollicitando* Rem. 1. Bodl. Leid. d. h.

Cap. 24. *fuit hæc* Fabr. 1. Tur. *hæc erat* Struv. *erat h.* Guelf. 11. *hæc sen. fuit*

„Non mea culpa sæpe ad vos oratum mitto, Patres conscripti, sed vis Iugurthæ subigit: quem tanta lubido exstinguendi me invasit, ut neque vos neque deos immortalis in animo habeat; sanguinem meum quam omnia malit. Itaque quintum iam mensem socius et amicus populi Romani armis obsessus teneor: neque mihi Micipsæ patris mei beneficia neque vestra decreta auxiliantur, ferro an fame acrius urguear incertus sum. Plura de Iugurtha scribere dehortatur fortuna mea: etiam antea expertus sum, parum fidei miseris esse. Nisi tamen intellego, illum supra quam ego sum petere, neque simul amicitiam vestram et regnum meum sperare: utrum gravius existumet, nemini occultum est. Nam initio occidit Hiempsalem fratrem meum: deinde patrio regno me expulit, quæ sane fuerint nostræ iniuriæ, nihil ad vos. Verum nunc vestrum regnum armis tenet: me quem vos imperatorem Numidis posuistis, clausum obsidet: legatorum verba quanti fecerit, pericula mea declarant. Quid reliquum nisi vis vestra, quo moveri possit? Nam ego quidem vellem, et hæc quæ scribo, et illa quæ antea in Senatu questus sum, vana forent po-

Vin. 2. *sæpe vos oratum* Bern. 4. Vatic. *subigit me* Guelf. 10. inc. Ac. Rem. 1. Struv. Leid. f. k. Erl. Bas. 4. *subegit* Sen. 2. Heuss. Vrat. 3. Franc. Struv. Leid. e. g. n. Bodl. Ball. Erl. *me exsting.* Fabr. 1. cum paucis Cort. Teg. Tur. *ut neque* Bas. 2. 4. Bern. 1. 3. 4. Tur. *iam quint. mens* Fabr. 1. Ac. *socius amicus* Bas. 4. Guelf. 10. *mihi Mic.* pron. om. Ac. Franc. *patris mei* pron. retinent omnes Cortii præter unum. om. Vatic. Putsch. Bas. 1. Bern. 1. 4. *urguear* Sen. 1. duo Guelf. Bern. 4. *incertum est* Vatic. *deh. me fort.* me delent Ecc. Senat. 2. Guelf. 9. Leid. a. c. d. e. f. m. n. plures Rivii. Bas. 4. Bern. 3. *ni tamen* Teg. Tur. m. pr. *frat. meum Hiemp.* Fabr. 1. Franc. Teg. Tur. *deinde patrio* Bas. 1. 4. Bern. 3. *vestrum regnum* Bas. 1. 4. Ac. Fabr. 2. Struv. inc. Franc. quatuor Guelf. Bern. 1. 4. *nostrum reg.* Bern. 3. *vos imp. vos* om. Ac. *quid est reliquum. est* in aliquot Codd. locum mutat. *quid enim* (sive *est*, hoc superscript.) Tur. *quid quidem rel.* Bas. 1. *quo moveri* Fabr. 1. Guelf. 1. Vratisl. 2. *a quo* Leid. l. Sen. 1. Bern. 3. *et illa quæ, et hac quæ antea* Tur. Erl. Teg. *nisi vis vestra commoveri* Bern. 1. 4. *deprecor ut evadam* Fabr. 1. Struv. Rem. 1. Vinar. 2.

tius quam miseria mea fidem verbis faceret. Sed quoniam eo natus sum, ut Iugurthæ scelerum ostentui essem, non iam mortem neque ærumnas, tantummodo inimici imperium et cruciatus corporis deprecor. Regno Numidiæ, quod vestrum est, uti lubet, consulite: me manibus impiis eripite per maiestatem imperii, per amicitiæ fidem; si ulla apud vos memoria remanet avi mei Masinissæ.

His literis recitatis fuere, qui exercitum in Africam mitten- 25
dum censerent, et quam primum Adherbali subveniundum: de Iugurtha interim uti consuleretur, quoniam legatis non paruisset. Sed ab isdem illis regis fautoribus summa ope enisum, ne tale decretum fieret. Ita bonum publicum, ut in plerisque negotiis solet, privata gratia devictum. Legantur tamen in Africam maiores natu, nobiles, amplis honoribus: in quis fuit M. Scaurus, de quo supra memoravimus, consularis et tum in Senatu princeps. Hi, quod res in invidia erat, simul et ab Numidis obsecrati, triduo navim ascendere: dein brevi Uticam adpulsi literas ad Iugurtham mittunt, quam ocissume ad provinciam accedat, seque ad

Ecc. Guelf. 1. 2. 11. Vrat. 2. 3. Leid. c. Erl. Teg. *d. evadere* Leid. l. m. *ex man. imp.* præp. om. Bas. 1. Sen. 1. Ac. Bern. 4. Vin. 2. Struv. inc. 2. Vrat. 3. Guelf. 12. Leid. h. l. n. septem Wassii. *a manib.* Bern. 1. *remanet* om. Guelf. 4. etiam Struv. qui loco eius *est* in fine addit.

Cap. 25. *in Africa mittend.* Fabr. 1. *uti cons. uti* om. inc. 1. Fabr. 2. Ecc. Vrat. 3. Guelf. 7. 9. 11. Leid. h. Bas. 4. *legatis non par.* Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. *n. p. l.* ceteri. *isdem illis. illis* om. Fabr. 2. *illius* Struv. *v. c.* Bas. 1. *enisum est* addunt plures libri. alii *nisum* vel *enixum. ne tale decretum. tale* om. Fabr. 2. *devict. est* Leid. b. d. f. h. Tur. Bern. 1. 3. *nobiles ampl. nobiles* om. Guelf. 3. *usi hon.* Struv. *usi* om. Comm. Fabr. 1. 2. Tur. m. pr. Paris. b. e. *in quis fuit* Fabr. Bas. 1. Senat. 1. ceterique vetusti. *M. Aemil. Sc.* Vin. 2. Ac. inc. 2. Rem. 2. *in senatu princeps* Bas. 1. Vin. 2. Heuss. Senat. 2. Acad. inc. Struv. Ecc. Guelf. 10. 11. 22. Bern. 1. *senatus princ.* Fabric. Turic. Bern. 3. *simul – ob et Num. abs.* Fabr. 2. *simul* om. Struv. *et* om. Guelf. 4. *navem* inc. Fabr. 2. Ecc. Bas. 4. Bern. 1. *se ad eum* Riv. libri et ali-

eum ab senatu missos. Ille ubi accepit, homines claros, quorum auctoritatem Romæ pollere audiverat, contra inceptum suum venisse: primo commotus, metu atque lubidine divorsus agitabatur. Timebat iram Senatus, ni paruisset legatis: porro animus cupidine cæcus ad inceptum scelus rapiebat. Vicit tamen in avido ingenio pravum consilium. Igitur, exercitu circumdato, summa vi Cirtam irrumpere nititur, maxume sperans, diducta manu hostium, aut vi, aut dolis, sese casum victoriæ inventurum. Quod ubi secus procedit neque, quod intenderat, efficere potest, ut prius, quam legatos conveniret, Adherbalis potiretur; ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus in provinciam venit. Ac tametsi Senati verbis graves minæ nunciabantur, quod ab oppugnatione non desisteret; multa tamen oratione consumta, legati frustra disces-
26 sere. Ea postquam Cirtæ audita sunt, Italici, quorum virtute mœnia defensabantur, confisi, deditione facta, propter magnitudinem populi Romani inviolatos sese fore, Adherbali suadent, uti seque et oppidum Iugurthæ tradat: tantum ab eo vitam pa-

quot Cort. Bas. 4. *dein* Fabr. 1. aliique vetustiores *audierat*. Struv. Ac. *primum comm.* Bas. 4. Tur. *rapiebat* Naz. Comm. pauci ex Cort. Leid. l. duo Rivii. *rapiebatur* ceteri. *ad inc. celerandum* Bertin. Palm. et quinque Wassii. *deducta* Guelf. 4. 7. 10. Vin. 2. Ac. Heuss. Senat. 2. Struv. incert. 1. plures Leid. Bas. 4. Bern. 1. *ducta* Leid. l. Bas. 1. *causam victoriæ* Guelf. 1. 2. Ser. 1. Rem. 1. *Adherbale pot.* Guelf. 1. 4. 7. 11. Struv. Acad. m. sec. inc. 1. Franc. Vrat. 2. *Adherbalem* Guelf. 9. et in quinque vet. Codd. quos Vossius inspexit. *Adherbalis* præter ceteros libros firmat Prisc. 18. c. 25. p. 229. Ed. Kr. *attamen etsi* Sen. 2. Vratisl. 2. *minæ grav.* hoc ordine Riv. ex Codd. *quod oppugn.* Commel. unus Rivii. Leid. f. n. *frustra* delet Leid. a. Vrat. 1.

Cap. 26. *Itali* Fabr. 1. Vrat. 1. Sen. 1. Guelf. 2. *seque et oppidum* ita optimi libri. *seseque et op.* Rem. 1. Guelf. 7. *se et op.* Franc. et Guelf. 11. *seque oppidumque* Guelf. 10. *sese et opp.* Ac. inc. 2. *traderet* Fabr. 1. Teg. *curæ esse* Fabr. 1. Teg. Tur. 1. *tamen quia. tamen* om. Fabric. 2. *si advorsaretur* Fabric. 1. et unus Rivii. *ded. facit. fecit.* multi libri deterioris notæ, etiam Teg. Tur. Fabr. 1. m. sec. *igi-*

ciscatur, de ceteris Senatui curæ fore. At ille, tametsi omnia
potiora fide Iugurthæ rebatur; tamen quia penes eosdem, si advor-
saretur, cogendi potestas erat, ita, uti censuerant Italici, dedi-
tionem facit. Iugurtha in primis Adherbalem excruciatum necat,
deinde omnis puberes Numidas et negotiatores promiscue, uti
quisque armatis obvius fuerat (interficit.) Quod postquam Ro- 27
mæ cognitum est et res in Senatu agitari cœpta, idem illi mini-
stri regis interpellando ac sæpe gratia, interdum iurgiis trahen-
do tempus, atrocitatem facti leniebant. Ac ni C. Memmius, tri-
bunus plebis designatus, vir acer et infensus potentiæ nobilitatis,
populum Romanum edocuisset: id agi, ut per paucos factiosos
Iugurthæ scelus condonaretur, profecto omnis invidia prolatan-
dis consultationibus dilapsa foret. Tanta vis gratiæ atque pecuniæ
regis erat. Sed ubi Senatus delicti conscientia populum timet; lege
Sempronia provinciæ futuris Consulibus, Numidia atque Italia de-
cretæ: Consules declarati P. Scipio Nasica, L. Bestia Calpurnius;
Calpurnio Numidia, Scipioni Italia obvenit, deinde exercitus, qui
in Africam portaretur, scribitur: stipendium aliaque, quæ bello

tur Iugurtha Bas. 1. Fabr. Rivii. cum aliis duob. Cort. plerique Wassii. *dein* multi Cort. libri. sed *deinde* Bas. 1. Senat. 1. Fabric. 1. *armatus obvius fuerat*, ita Ecc. Franc. Ac. Struv. Guelf. 4. 7. 9. 10. 11. sed *armatis* meliores. *fuit* Fabric. 1. Teg. *fuerat obv.* Bas. 4. *obv. fuit arm.* Tur. *interficit* Bas. 1. Franc. Ac. Sen. 1. Vrat. 1. *interfecit* reliqui. ita Gruter. edidit adsentientibus omnib. Leid.

Cap. 27. *coepta* vetustissimi Cort. Leid. c. d. g. i. k. l. n. *coepit* Vrat. 1. 2. Sen. 2. Heuss. Acad. Struv. inc. Rem. 2. Franc. Ecc. Guelf. 3. 4. 7. 9. 10. 11. 12. Leid. a. b. e. f. h. m. Bern. 1. *idem* ita omnes fere libri. *illi idem* Fabr. 1. Teg. Tur. *lenibant* Ecc. Guelf. 3. 10. Struv. *populum ed.* inc. 1. *ut per* Bas. 1. 4. Turic. Bern. 3. *protelandis* Ursini lib. et Tur. *dilapsa erat* Guelf. 1. Sen. 2. *foret* ceteri. *regis erat. pec. e. reg.* Guelf. 1. *regis incesserat* Guelf. 2. *gratiæ erat* tres alii Cort. *decretæ sunt* Leid. a. b. d. h. Erl. Bern. 3. *L. Capurn. B.* Sen. 1. Erl. Bas. 4. *Calp.* a vetusto Ursini Cod. et Bodl. Bern. 3. *alia quæque* Commel. Ecc. *aliaque omnia* Guelf. 7. *aliaque bello quæ* Guelf. 10. *atque alia quæ* Bas. 1. Guelf. 9. *et alia quæ* inc. 2. *alia quæ bello* Struv.

28 usui forent, decernuntur. At Iugurtha, contra spem nuncio accepto, quippe cui Romæ omnia venum ire in animo hæserat; filium et cum eo duos familiaris ad Senatum legatos mittit: hisque ut illis, quos Hiempsale interfecto miserat, præcepit, omnis mortalis pecunia adgrediantur. Qui postquam Romam adventabant; Senatus a Bestia consultus est: placeretne legatos Iugurthæ recipi mœnibus; hique decrevere: nisi regnum ipsumque deditum venissent, uti in diebus proxumis decem Italia decederent. Consul Numidis ex Senati decreto nunciari iubet; ita infectis rebus illi domum discedunt. Interim Calpurnius, parato exercitu, legat sibi homines nobilis, factiosos, quorum auctoritate, quæ deliquisset, munita fore sperabat: in quis fuit Scaurus, cuius de natura et habitu supra memoravimus. Nam in Consule nostro multæ bonæque artes animi et corporis erant, quas omnis avaritia præpediebat; patiens laborum, acri ingenio, satis providens, belli haud ignarus, firmissumus contra pericula et insidias. Sed legiones per Italiam Rhegium, atque inde Siciliam, porro ex Sicilia in Africam transvectæ; igitur Calpurnius initio, paratis commeatibus, acriter Numidiam ingressus est, multosque mortalis,
29 et urbes aliquot pugnando cepit. Sed ubi Iugurtha per legatos

Cap. 28. *venire* Leid l. et duo Rivii libri. Palat. meliores. duo Wassii. *venum ire* ceteri. *in animo inhæserat* Bas. 1. *duo familiares* Guelf. 9. 10. *isque* Bas. 1. *his* Bern. 1. *præcepit* multi Cort. Codd. Leid. d. h. i. l. *præcipit* Vin. 1. Sen. 1. inc. 1. Vrat. 1. plures Guelf. ceteri Leid. Bas. 1. *ut omn. mort.* Sen. 1. Fabric. 2. Vinar. 2. Ac. Guelf. 4. 11. Leid. a. e. Bas. 4. Tur. Bern. 1. 3. *omn. ut m.* Fabric. Guelf. 2. Erl. *Rome advent.* Turic. Fabric. 1. 2. *consultus est. est* om. tres Cortii libri. *hique* plures libri. *hi* Bern. 1. *ni regnum* plures Rivii. omnes Palat. (ni fallor) Bas. 4. *ita domum reversi sunt* Fabr. 1. Tur. *rev. sunt* etiam Fabr. 2. *transvectæ sunt* Erl. Teg. Leid. a. d. f. g. h. i. k. Tur. Bern. 1. *initio acriter Calpurn.* Bas. 1. *impunita fore* Vin. 2. *multos mortales* Franc. Fabr. 2. etiam Fabr. 1. *que* inter lineas. *et urb. et* om. Erl. Guelf. 10. *capit* inc. 1. et duo alii Cort.

Cap. 29. *ac minister* Struv. Guelf. 4. 9. 12. *et minister* Franc. inc. 1. Guelf. 10.

pecunia temptare bellique, quod administrabat, asperitatem ostendere coepit: animus æger avaritia facile convorsus est. Ceterum socius et administer omnium consiliorum adsumitur Scaurus: qui tametsi a principio, plerisque ex factione eius corruptis, acerrume regem impugnaverat; tamen magnitudine pecuniæ a bono honestoque in pravum abstractus est. Sed Iugurtha primum tantummodo belli moram redimebat, existumans, sese aliquid interim Romæ pretio aut gratia effecturum: postea vero quam participem negotii Scaurum accepit: in maxumam spem adductus recuperandæ pacis, statuit cum eis de omnibus pactionibus præsens agere. Ceterum interea fidei caussa mittitur a Consule Sextius Quæstor in oppidum Iugurthæ Vaccam: cuius rei species erat acceptio frumenti, quod Calpurnius palam legatis imperaverat: quoniam deditionis mora induciæ agitabantur. Igitur rex, uti constituerat, in castra venit; ac pauca præsenti consilio locutus de invidia facti sui atque uti in deditionem acciperetur; reliqua cum Bestia et Scauro secreta transigit: dein postero die, quasi per saturam exquisitis sententiis, in deditionem accipitur. Sed uti pro consilio imperatum erat, elephanti triginta, pecus atque equi multi, cum parvo argenti pondere Quæstori traduntur. Calpur-

Leid. h. *administer* ceteri. *primo* Fabr. Struv. inc. 1. Erl. Bas. 4. Tur. *se aliquid* Fabric. Struv. Teg. Tur. *acceperat* Commel. aliquot Wassii, tres Guelf. Fabric. Ac. Struv. *accipit* Vin. 2. *accepit* ceteri. *cum eis* om. Guelf. 4. *cum his* Tur. *Vacca* Teg. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 3. *Vaga* Palat. meliores. *Sextius. Q. Sextus* Fabr. 2. Struv. Sen. 2. Heuss. Guelf. 11. inc. Struv. Franc. *transigit* Naz. B. Pub. Bas. 1. Guelf. 2. Leid. c. l. n. Bern. 1. 3. *transegit* ceteri. *secreto* Fabr. 2. Vrat. 2. Vin. 2. Ac. Guelf. 3. 2. m. sec. *præsenti loc. conisl.* Tur. Bern. 1. *sui facti* Bern. 1. *satiram legem* Ecc. Guelf. 7. 9. 10. 11. 12. Vin. 2. Vrat. 2. 3. Struv. inc. 2. Rem. 1. Franc. Leid. l. m. Erl. Bern. 3. *l. s.* Leid. b. h. Bern. 1. *imp. est.* Rem. 1. Bern. 1. *non cum parvo.* aut *c. n. p.* Guelf. 9. 11. 12. Ecc. Struv. incert. Vratisl. 3. Fabric. 2. Rem. 1.

nius Romam ad magistratus rogandos proficiscitur. In Numidia
30 et exercitu nostro pax agitabatur. Postquam res in Africa gestas quoque modo actæ forent fama divolgavit; Romæ per omnis locos et conventus de facto Consulis agitari: apud plebem gravis invidia: Patres solliciti erant; probarentne tantum flagitium an decretum Consulis subvorterent, parum constabat. Ac maxume eos potentia Scauri, quod is auctor et socius Bestiæ ferebatur a vero bonoque impediebat. At C. Memmius, cuius de libertate ingenii et odio potentiæ nobilitatis supra diximus, inter dubitationem et moras Senati, concionibus populum ad vindicandum hortari: monere, ne rempublicam, ne libertatem suam desererent: multa superba et crudelia facinora nobilitatis ostendere; prorsus intentus omni modo plebis animum accendebat. Sed quoniam ea tempestate Romæ Memmii facundia clara pollensque fuit; decere existumavi, unam ex tam multis orationem eius perscribere:

Franc. plures Wassii. Bas. 4. Bern. 3. *Numidia exerc.* Bern. 1. Bas. 4. *et in ex.* Bern. 3.

Cap. 30. *divolgavit.* Bas. 1. *quo modo* Rem. 1. Franc. Ecc. Guelf. 9. *et quomodo* Guelf. 4. 7. 11. Struv. *quo quomodo* Tur. m. pr. *et* m. sec. superscripsit. *solliciti erant. erant* om. Mss. Putschii. *probarent t. fl. p. solliciti erant ante decretum cons. subv. par. const.* ita Bas. 4. *a vero bono* Ac. *a vero et bono* inc. 2. *impedibat* Guelf. 4. *ingeni* mox *Memmi* Ecc. *supra docuimus* Fabr. 2. *s. memoravimus* Ac. Senat. 2. Heuss. *inter dubitationes* Ecc. et alii duo. *monere popul. Roman. ne libert.* Vrat. Senat. 1. Vinar. 2. Rem. 1. Bas. 1. inc. 2. Leid. i. k. l. *monere pop. Rom. ne remp. ne lib.* Fabr. 1. Franc. Struv. Sen. 2. Heuss. Ac. Rem. 2. Guelf. 2. 9. 10. Leid. a. b. c. d. e. h. Tur. Bern. 3. *monere* om. Ecc. prius *ne* om. alii duo Cort. Bas. 4. *neque lib.* tres Cort. scribunt. *monere ne P. R. remp. neque* Leid. g. *neu lib.* unus Cortii. *superba crudelia* tres Guelf. Ecc. uterq. Fabr. Rem. 1. *sup. et crud.* plurimi libri. *atque crud.* Tur. *Rom. Memmii. Rom.* om. Rem. 1. et unus Wassii. Leid. b. *Mennii* Fabric. 1. *unam orationem ex t. m. eius* Bern. 1. *orationibus eius* Guelf. 4. incert. Struv. Franc. Vrat. 3. *eius* om. Guelf. 9. 10. *eius orat.* Bas. 4. Tur. *ea dicam quæ,*

ac potissumum ea dicam, quæ in concione post reditum Bestiæ huiuscemodi verbis disseruit:

„Multa me dehortantur a vobis, Quirites, ni studium rei- 31
publicæ omnia superet: opes factionis, vestra patientia, ius nullum; ac maxume quod innocentiæ plus periculi quam honoris est. Nam illa quidem piget dicere, his annis quindecim quam ludibrio fueritis superbiæ paucorum; quam fœde quamque inulti perierint vestri defensores; ut vobis animus ab ignavia atque socordia corruptus sit: qui ne nunc quidem, obnoxiis inimicis, exsurgitis, atque etiam nunc timetis eos, quibus decet terrori esse. Sed quamquam hæc talia sunt: tamen obviam ire factionis potentiæ animus subigit, certe ego libertatem, quæ mihi a parente meo tradita est, experiar: verum id frustra an ob rem faciam, in vestra manu situm est, Quirites. Neque ego vos hortor, quod sæpe maiores vestri fecere, ut contra iniurias armati eatis. Nihil vi, nihil secessione opus est: necesse est, suomet ipsi more præcipi-

sic vulgo editum, et ita etiam Cortii meliores. Paris d. incertum an Leid. *eam dicam, quam* Guelf. 2. 4. 9. 10. 11. 12. Struv. Sen. 2. Heuss. Vinar. Franc. Vrat. 2. 3. Rem. 1. inc. Leid. b. n. Paris. a. b. c. e. Bas. 1. 4. Turic. Bern. 1. 3. *dicam* om. Guelf. 7. *qua* Bas. 1. m. pr.

Cap. 31. *dehort. me* Struv. Rem. 1. *me* Guelf. 4. inter lineas. *superaret* Acad. inc. 1. Ecc. Guelf. 1. 7. 9. *Nam et illa quidem* Acad. Sen. 2. Heuss. *quoque multi* Bas. 1. *nec nunc quidem* Ac. Struv. Vinar. 2. Vrat. 3. Mark. Γ. Λ. Guelf. 3. 4. 7. 9. 11. 12. Bas. 4. *obnoxii* plerique Cort. Codd. perperam. ita et Leid. omnes. *obnoxiis* aliquot Rivii. Naz. pauci Wassii, Manutii, Cortii. *exsurgitis. surgitis* Bas. 1. *consurgitis* Rem. 1. *insurgitis* Vin. 2. Vrat. 2. *quibus vos decet. vos* om. omnes fere meliores libri. *quis* Sen. 1. m. pr. *talia hæc sint* Fabr. Teg. Tur. *hæc ita sint* Guelf. 9. *sint* etiam Struv. Sen. 1. Franc. incert. 1. Bas. 4. Bern. 1. *subegit* Leid. c. f. m. *ire obviam* Fabr. Bas. 1. Teg. Tur. *situm est. est* om. Fabr. 2. *situm* om. Struv. *ego vos hortor. ego* om. Guelf. 10. Vin. 2. *vos* om. Guelf. 3. 12. *maiores nostri* Fabric. Bas. 1. 4. Guelf. 4. aliique ex Cort. Leid. b. c. d. e. i. ita et Rivii libri. *opus est. est* om.

tes eant. Occiso Tiberio Graccho, quem regnum parare aiebant, in plebem Romanam quæstiones habitæ sunt. Post C. Gracchi et M. Fulvii caedem item vestri ordinis multi mortales in carcere necati sunt: utriusque cladis non lex verum lubido eorum finem fecit. Sed sane fuerit regni paratio, plebi sua restituere; quicquid sine sanguine civium ulcisci nequitur, iure factum sit. Superiobus annis taciti indignabamini, ærarium expilari; reges et populos liberos paucis nobilibus vectigal pendere; penes eosdem et summam gloriam et maxumas divitias esse: tamen hæc talia facinora impune suscepisse, parum habuere. Itaque postremo leges, maiestas vestra, divina et humana omnia hostibus tradita sunt. Neque eos, qui ea fecere, pudet aut pœnitet: sed incedunt per ora vestra magnifici; sacerdotia et consulatus, pars triumphos suos ostentantes: perinde quasi ea honori non prædæ habeant. Servi ære parati iniusta imperia dominorum non perferunt: vos, Quirites, imperio nati, æquo animo servitutem toleratis. At qui sunt hi, qui rempublicam occupavere? homines sceleratissumi,

unus Wassii, *esse* Teg. *ut contra* Bas. 1. *suimet ipsi more* Bas. 1. Vin. 2. *Graccho* Bas. 1. Fabr. et vetustissimi Guelf. *Gracco* multi, *Graco* ceteri. *regnum sibi parare* Franc. Ac. Heuss. Sen. 2. Bern. 1. *quæstion. graves* inc. Struv. Franc. plures Guelf. *grav. q.* Leid. a. h. k. plerique Palat. (exceptis Naz. et Comm.) Erl. Bern. 1. *item vestri ord. m. m.* ita plurimi Cort. Erl. Bas. 1. 4. Bern. 1. 3. *item m. v. o.* etc. (omisso *mortales*) Guelf. 1. Fabric. Turic. m. pr. *libido eorum* pron. om. Guelf. 9. Bern. 1. *regni reparatio* Acad. Struv. Franc. incert. Guelf. 1. 7. 10. 11. 12. Leid. d. e. f. h. Erl. Bas. 4. *sua iura* Ecc. Ac. Struv. Franc. Vrat. 3. Guelf. 4. 7. 9. 10. 11. 12. Erl. Bas. 4. Bern. 3. *nequitur* Vinar. 1. Senat. 2. Heuss. Guelf. 1. Rem. 2. et Senat. 1. Guelf. 2. 3. 4. m. pr. Leid. l. duo Rivii. Beroald. Bas. 1. m. pr. *iure factum est* Ecc. Guelf. 11. Teg. *ærarium exspoliari* Vin. 2. Struv. Franc. Merseb. Rivii. Reg. Wassii. Vrat. 3. Rem. 1. Guelf. 7. 10. 11. Leid. a. b. d. e. m. *et summam gratiam* Rem. 2. *hæc talia facin. talia* om. Fabr. 2. *et alia* Guelf. 7. *magnifici* Ecc. Guelf. 3. Vinar. 2. Ecc. Ac. Sen. 2. Heuss. Bas. 1. et ita Gruter. Leid. a. b. e. f. g. i. l. m. Bern. 1. *magnifice* ceteri. *proinde quasi ea* Guelf. 1. 3. inc. 2. Vrat. 1. Sen. 2. Heuss. *ea*

cruentis manibus, immani avaritia noeentissumi idemque superbissumi; quibus fides, decus, pietas, postremo honesta atque inhonesta omnia quæstui sunt. Pars eorum occidisse tribunos plebis, alii quæstiones iniustas, plerique cædem in vos fecisse, pro munimento habent. Ita quam quisque pessume fecit, tam maxume tutus est, metum a scelere suo ad ignaviam vestram transtulere: quos omnis eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere in unum coegit; sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio est. Quod si tam vos libertatis curam haberetis, quam illi ad dominationem accensi sunt; profecto neque respublica, sicuti nunc, vastaretur; et beneficia vestra penes optumos, non audacissumos, forent. Maiores vestri, parandi iuris et maiestatis constituendæ gratia, bis per secessionem armati Aventinum occupavere: vos pro libertate, quam ab illis accepistis, nonne summa ope nitemini? atque eo vehementius, quo maius dedecus est, parta amittere quam omnino non paravisse. Dicet aliquis: quid igitur censes? vindicandum in eos, qui hosti prodidere rem-

om. Guelf. 1. 9. 12. *servi ære comparati* inc. 2. Franc. Guelf. 2. Leid. c. m. *servire parati* Rem. 1. Guelf. 11. Vrat. 3. *sevire parati* Vin. 1. *imperia iniusta* Fabr. et duo Guelf. *imp. dom. iniusta* Bern. 1. *in imperio nati* longe plurimi Codd. præpos. om. Merseb. Riv. Gruter. pauci Cortii et Manutii libri. Leid. a. b. c. f. h. i. m. n. *et idem superb.* Guelf. 2. Vin. Sen. 1. Leid. b. l. c. f. inc. 2. Franc. Vrat. 2. Mark. r. Pemb. *idem* sine copula Ecc. *idem* omnes fere libri confirmant. *transtulere vestram* Fabr. Tur. *amic. est inter malos factio* Fab. 2. *quod si tam vos. vos tantam* Guelf. 7. Fab. Sen. 2. Heuss. Teg. ita edidit Carrio. *vos* om. Guelf. 1. 4. Struv. Rem. 1. in aliis locum mutat. *tantum vos ... quantum* Bas. 4. *dominationem vestri* Sen. 2. Heuss. *vostri* Bern. 3. *maiores nostri* Guelf. 9. 10. Fabr. et alii quidam Cortii. Leid. b. d. f. k. *Avent. montem* Fabr. Vin. 2. Ac. Rem. 2. Teg. Bas. 4. Bern. 1. Tur. Struv. Franc. inc. 2. Ecc. Guelf. 7. 9. 10. 11. Leid. c. d. e. f. h. i. k. n. *Adventinum* Bas. 1. Bern. 3. sed is *Adv. oc. m. non summa* Fabr. 2 *magis* Leid. b. d. f. k. Teg. Paris. d. c. *quod maius. quod* Sen. 1. Struv. inc. 2. Rem. 1. Guelf. 9. Paris. b. e. *quoniam* Ac. Franc. *parata amitt.* Guelf. 3. 9. Vin. 1. Fabr. 2. m. pr. Leid. e. g. *omittere* Vin. 1. Fabric. 2. Sen. 1. Guelf. 1.

publicam: non manu neque vi; quod magis vos fecisse quam illis accidisse indignum est; verum quæstionibus et indicio ipsius Iugurthæ, qui si dediticius est, profecto iussis vestris obediens erit: sin ea contemnit, scilicet existumabitis, qualis illa pax aut deditio sit, ex qua ad Iugurtham scelerum impunitas, ad paucos potentis maxumæ divitiæ, in rempublicam damna atque dedecora pervenerint. Nisi forte nondum etiam vos dominationis eorum satietas tenet, et illa quam hæc tempora magis placent, quum regna, provinciæ, leges, iura, iudicia, bella atque paces, postremo divina et humana omnia penes paucos erant: vos autem, hoc est, populus Romanus, invicti ab hostibus, imperatores omnium gentium, satis habebatis animam retinere; nam servitutem quidem quis vestrum recusare audebat? Atqui ego, tamen etsi viro flagitiosissumum existumo impune iniuriam accepisse; tamen vos hominibus sceleratissumis ignoscere, quoniam cives sunt, æquo animo paterer, ni misericordia in perniciem casura esset. Nam et illis, quantum importunitatis habent, parum est, impune male fecisse, nisi deinde faciundi licentia eripitur: et vobis æterna sollicitudo remanebit, quum intellegetis aut serviundum esse aut per manus libertatem retinendam. Nam fidei quidem

Tur. Bas. 4. *dicet aliquis* delet Leid. c. erasit Guelf. 12. *vos fecisse. vos* om. Rem. 1. *indign. est. est* om. Sen. 2. Guelf. 4. 10. Leid. f. *dediticius* Fabr. 1. Sen. 1. Bas. 1. Tur. 1. Vin. Guelf. 1. 2. duo Rivii. tres Wassii. *deditius* Leid. l. m. *deditus* ceteri. *iussis nostris* Guelf. 12. Fabr. 1. Bas. 1. *æstumabitis* Rivii libri. Commel. *illa pax aut deditio sit. illa* om. Rem. 1. Franc. *pax fuit* Fabr. Teg. *fuerit* Guelf. 11. *deditio foret* Franc. *in remp. damna* sic Gruter. Fabr. 1. Guelf. 2. inc. 1. Leid. a. b. d. g. e. h. Palatin. *at in remp.* Ecc. Vin. 1. Rem. 2. Leid. i. *ac in* Leid. c. *ad remp.* ceteri. *damna atque d. atque* om. Fabr. 1. *audebat recusare* Tur. Teg. *tamen etsi* Guelf. 4. incert. 2. *viros flagitiosissimos* Nazar. Vinar. 2. Guelf. 1. et plures Wassii. Bern. 5. *viro flagitios.* ita legitur ex Rivii coniectura. *viro* om. Vin. 1. Senat. 2. Bern. 1. *flagit. æstimo* Tur. *virum* omnes fere libri. *in virum* Fabric. 1. Sen. 1. m. sec. *ni mis.* omnes Cortii libri. Bas. 1. Bern. 1. *nam et illi* inc. Rem. 1. Struv. Vrat. 2. 3.

aut concordiæ quæ spes est? Dominari illi volunt, vos liberi esse: facere illi iniurias, vos prohibere: postremo sociis vestris veluti hostibus, hostibus pro sociis utuntur. Potestne in tam divorsis mentibus pax aut amicitia esse? Quare moneo hortorque vos, ne tantum scelus impunitum omittatis. Non peculatus ærarii factus est, neque per vim sociis ereptæ pecuniæ: quæ quamquam gravia sunt, tamen consuetudine iam pro nihilo habentur. Hosti acerrumo prodita Senati auctoritas, proditum imperium vestrum: domi militiæque respublica venalis fuit. Quæ nisi quæsita erunt, nisi vindicatum in noxios: quid erit reliquum, nisi ut illis, qui ea fecere, obedientes vivamus? Nam impune quælibet facere, id est regem esse. Neque ego vos, Quirites, hortor, ut malitis civis vestros perperam quam recte fecisse; sed ne, ignoscendo malis, bonos perditum eatis. Ad hoc in republica multo præstat beneficii quam maleficii immemorem esse; bonus tantumodo segnior fit, ubi neglegas, at malus improbior. Ad hoc si iniuriæ non sint, haud sæpe auxilii egeas.

Hæc atque alia huiuscemodi sæpe dicundo, Memmius populo persuadet, uti L. Cassius, qui tum Prætor erat, ad Iugurtham mitteretur eumque interposita fide publica Romam duceret; quo facilius 32

Guelf. 7. 9. 10. 11. 12. Leid. d. h. k. l. n. Bas. 4. Bern. 1. *malum fecisse* Ecc. Guelf. 3. Franc. Vrat. 2. *alterna sollicitudo* tres Wassii libri. Bas. 1. *eripiatur* Ecc. Guelf. 10. Vin. 1. Fabr. 2. Ac. inc. Franc. Rem. 1. Leid. b. e. f. g. h. l. m. n. Bas. 4. Bern. 1. *intellegitis* Bas. 1. Guelf. 1. 2. *intellegetis* Fabr. 1. Sen. 1. Tur. *intelligitis* Acad. Senat. 2. Vrat. 3. Heuss. Guelf. 9. 10. Bern. 1. *spes est. est* om. Ac. *sociis nostris* plerique Cortii. *divorsis* Guelf. 2. *impunitum dimittatis* sic Gruter. et Wass. ediderunt. sed omnes fere libri *omittatis - obmitt.* Bern. 3. *ærari* Ecc. omittunt aliquot Palat. *gravia sunt. sint* plures Cort. ita et Tur. Bern. 1. om. Guelf. 10. *prod. imp. vestrum est* Leid. a. i. k. l. m. Bas. 1. Bern. 3. *erit reliquum* Guelf. 10. *neque ego vos. ego* om. Ac. *vos* delet Guelf. 4. *memorem esse* Bas. 1. Fabric. m. pr. Guelf. 1. 2. 4. 10. Leid. l. Tur. m. pr.

Cap. 32. *sæpe indicendo* longe plurimi libri. in multis tamen præpos. *in* seiun-

indicio regis, Scauri et reliquorum, quos pecuniæ captæ accersebant, deliota patefierent. Dum hæc Romæ geruntur, qui in Numidia relicti a Bestia exercitui præerant, secuti morem imperatoris sui plurima et flagitiosissuma facinora fecere. Fuere, qui auro corrupti elephantos Iugurthæ traderent; alii perfugas vendere, pars ex pacatis prædas agebant; tanta vis avaritiæ in animos eorum, veluti tabes, invaserat. At Cassius, (prætor) perlata rogatione a C. Memmio, ac perculsa omni nobilitate, ad Iugurtham proficiscitur, eique timido et ex conscientia diffidenti rebus suis persuadet, quo se populo Romano dedisset, ne vim quam misericordiam eius experiri mallet. Privatim præterea fidem suam interponit, quam ille non minoris quam publicam ducebat; talis ea tempestate fama de Cassio erat.

33 Igitur Iugurtha, contra decus regium, cultu quam maxume miserabili, cum Cassio Romam venit. Ac tamen etsi in ipso magna vis animi erat; confirmatus ab omnibus, quorum potentia aut scelere cuncta ea gesserat, quæ supra diximus, C. Bæbium

gitur. *dicendo* Guelf. 3. 9. Senat. Fabric. 2. Franc. Heuss. Leid. b. f. m. Paris. b. Bern. 1. *populo Romano* ita Grut. et omnes Leid. (exc. f.) *accersebant* etiam hoc loco plurimi libri. *captæ* om. Vrat. 2. *acceptæ* Teg. Fabr. Tur. *eumque* om. Leid. h. Ecc. Guelf. 11. *et eum* Bas. 4. Guelf. 4. inter lineas. *exercitu præ.* ita Ac. m. pr. *imp. sui* pron. in multis locum mutat. om. Bern. 1. 3. *venderent* plurimi libri. *vendere* unus Wassii. *pl. et flagit. fac. et* om. Guelf. 10. 12. *fac.* delet incert. 2. *agerent* Leid. l. *agere* unus Wassii. Bern. 1. *in animos* ita et Cort. meliores. sed præpos. om. Leid. e. g. k. l. Bas. 1. Bern. 3. Turic. erasa in Fabric. 1. Guelf. 4. Vinar. 1. *Cassius prætor. prætor* om. Bas. 1. Guelf. 9. Bern. 1. *pro eo multi P.R.* aut *R. P.* aut *populi Romani* habent. sic Ecc. inc. 2. Rem. 1. Franc. Guelf. 2. 3. Leid. a. b. e. h. m. n. c. d. Erl. Paris. a. b. c. d. Bas. 4. *prætor populi Romani* Guelf. 10. Senat. 1. Struv. Vin. 2. Leid. f. i. k. *ei timido* Ecc. Bern. 3. *et ex consc. et* om. Ecc. Guelf. 9. 10. 12. *ex* delent Ecc. Vrat. 2. Erl. Bern. 3. *dedisset* omnes Leid. et Wassii. Teg. Bas. 1. 4. *neu vim* Bas. 4. Bern. 1. *malit* ita Gruter. confirm. Leid. a. b. c. d. e. f. g. n. *quo se populo* plurimi libri. *mis. eius* pron. om. Ecc. Fabr. 2. Guelf. 11. Tur. m. sec. adpinxit. *privato præterea* Tur. *Cassio fuit* Ac.

tribunum plebis magna mercede parat, cuius impudentia contra ius et iniurias omnis munitus foret. At C. Memmius, advocata concione, quamquam regi infesta plebes erat, et pars in vincula duci iubebat, pars, ni socios sceleris sui aperiret, more maiorum de hoste supplicium sumi; dignitati quam iræ magis consulens, sedare motus et animos eorum mollire; postremo confirmare, fidem publicam per sese inviolatam fore. Post, ubi silentium cœpit, producto Iugurtha, verba facit: Romæ Numidiæque facinora eius memorat; scelera in patrem fratresque ostendit: quibus iuvantibus quibusque ministris ea egerit, quamquam intellegat populus Romanus, tamen velle manifesta magis ex illo habere: si vera aperiat, in fide et clementia populi Romani magnam spem illi sitam: sin reticeat, non sociis saluti fore; sed se suasque spes corrupturum. Deinde, ubi Memmius dicundi finem fecit, et Iu- 34
gurtha respondere iussus est, C. Bæbius, tribunus plebis, quem pecunia corruptum supra diximus, regem tacere iubet: ac tamen etsi multitudo, quæ in concione aderat, vehementer accensa,

Cap. 33. *tamen etsi* Vin. 1. m. pr. *tamen si et* Guelf. 11. *erat animi* Teg. *cuncta ea gesserat quæ supra diximus* Vrat. 1. 2. Vin. 2. Ecc. Guelf. 1. 3. 9. 11. ita edidit Haverc. adsentientibus omnibus Leid. neque de Palatin. aliquid monuit Gruter. *firmant ex nostris* Bas. 1. Bern. 3. *cuncta gesserat* Struv. Arond. Paris. b. *memoravimus* ceteri Cortii libri. Bas. 4. *narravimus* Tur. *ius et iniur. vis et iniur.* longe plurimi Cortii libri. *et pars in v. et* om. Rem. 1. Guelf. 4. *aperuisset* Bas. 4. *sceleris sui* pron. om. Rivii libri. Bern. 1. *d. quam iræ magis c.* ita Guelf. 1. 3. 4. 11. Fabric. Bas. 1. 4. Tur. ita Wass. Gruter. Haverc. ediderunt. Vin. Senat. 1. Struv. *dig. magis quam* ceteri. *animos eorum* pron. om. Rem. 1. unus Wassii. *v. fecit* Leid. a. d. e. h. Bas. 4. *ea egerit* pron. om Vin. 2. *eg. ea* Struv. inc. 2. *in fratres patremque* Bas. 1. *si verum aperiat* Bas. 1. Bern. 1. pauci ex Cort. recentiores Palatin. Leid. I. Mark. r. ex correct. *non saluti sociis fore* Bas. 1. *sed se suasque spes corrupturum. sese suasque* (*sed* omisso) Guelf. 4. 10. Vrat. 2. 3. Vin. 2.

Cap. 34. *dicundi* Guelf. 3. *tamen etsi* Heuss. *voltu* Bas. 1. Vrat. 2. Senat. 2. Heuss. unus Wassii. *discessit* Leid. d. f. h. i. plures Rivii et Wassii Comm. aliquot. Pa-

terrebat eum clamore, voltu, sæpe impetu atque aliis omnibus quæ ira fieri amat: vicit tamen impudentia. Ita populus ludibrio habitus ex concione discedit: Iugurthæ Bestiæque et ceteris, quos illa quæstio exagitabat, animi augescunt.

35 Erat ea tempestate Romæ Numida quidam, nomine Massiva, Gulussæ filius, Masinissæ nepos: qui, quia in dissensione regum Iugurthæ advorsus fuerat, dedita Cirta et Adherbale interfecto, profugus ex Africa abierat. Huic Sp. Albinus, qui proxumo anno post Bestiam cum Q. Minucio Rufo consulatum gerebat, persuadet, quoniam ex stirpe Masinissæ sit, Iugurtham ob scelera invidia cum metu urgueat; regnum Numidiæ ab Senatu petat. Avidus Consul belli gerundi, movere quam senescere omnia malebat; ipsi provincia Numidia, Minucio Macedonia evenerat. Quæ postquam Massiva agitare coepit, neque Iugurthæ in amicis satis præsidii est: quod eorum alium conscientia, alium mala fama et timor impediebat: Bomilcari, proxumo ac maxume fido sibi, imperat, pretio, sicuti multa confecerat, insidiatores Massivæ paret, ac maxume occulte: sin id parum procedat, quovis modo Numidam, interficiat. Bomilcar mature regis mandata exsequitur, et per homines talis negotii artifices itinera egressusque eius, postremo loca atque tempora cuncta explorat: deinde, ubi res postulabat,

lat. Fabr. 2. Rem. Ac. Vrat. 3. Guelf. 1. 9. *discedit* Fabric. Rivii. Nazar. Palatin. 2. multi ex Cort. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 3. *Bestiæ et ceteris* Bas. 4.

Cap. 35. *ea erat t.* ita Cort. et Havere. ed. *erat ea t.* Leid. b. c. e. f. g. h. i. k. l. Teg. Bas. 1. Bern. 3. *ea t. er.* Tur. Bern. 1. *is qui* antiquus Rivii liber. *cons. regebat* Bas. 1. Guelf. 9. *Iugurthamque* Sen. Fabr. 1. Bas. 1. m. sec. Ac. Heuss. Vrat. 3. Ecc. Guelf. 1. 2. 10. 11. Leid. l. k. Naz. Pal. 2. Teg. Erl. Tur. *urgebat* Fabr. 1. Ecc. Leid. k. Teg. Tur. *movere* Fabr. Rem. 1. Bas. 1. 4. Ac. Sen. Franc. inc. Ecc. Guelf. 2. 3. 10. Tur. *moveri* pauci ex Cort. *præs. est. erat* Rem. 1. Leid. h. verb. om. Sen. 1. *timor animi* tres ex Cort. libri, plures Putschii, deterior. Pal. *Bomulcari* Bas. 4. ut et aliis locis. *multa consuerat* Thosan. Palmer Guelf. 10. *sibi fido* Bas. 4. Bern. 1. Teg. *sit ins.*

insidias tendit. Igitur unus ex eo numero, qui ad cædem parati
erant, paullo inconsultius Massivam adgreditur, illum obtruncat:
sed ipse deprehensus, multis hortantibus et in primis Albino con-
sule, indicium profitetur. Fit reus magis ex æquo bonoque quam
ex iure gentium Bomilcar, comes eius, qui Romam fide publica
venerat. At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit
contra verum niti quam animum advortit, supra gratiam atque
pecuniam suam invidiam facti esse. Igitur, quamquam in prio-
re actione ex amicis quinquaginta vades dederat; regno magis
quam vadibus consulens, clam in Numidiam Bomilcarem dimit-
tit: veritus ne reliquos popularis metus invaderet parendi sibi,
si de illo supplicium sumtum foret. Et ipse paucis diebus eodem
profectus est, iussus ab Senatu Italia decedere. Sed postquam Ro-
ma egressus est, fertur, sæpe eo tacitus respiciens, postremo dixis-
se: „urbem venalem et mature perituram, si emptorem invenerit."
Interim Albinus, renovato bello, commeatum, stipendium alia- 36
que, quæ militibus usui forent, maturat in Africam portare; ac
statim ipse profectus, uti ante comitia, quod tempus haud longe
aberat, armis aut deditione aut quovis modo bellum conficeret.
At contra Iugurtha trahere omnia, et alias deinde alias moræ
caussas facere: polliceri deditionem, ac deinde metum simulare:

Guelf. 1. Vin. 1. Fabr. Rem. 1. Teg. *insid. tetendit* inc. 2. Rem. 1. Guelf. 4. Arond. *ac deinde* Teg. Erl. *ius postulat* Leid. f. Erl. Guelf. 3. et alii duo ex Cort. *illumque* inc. 2. Franc. Leid. b. m. Erl. Bas. 4. *et illum* Leid. k. m. *verum obniti* Vratisl. 3. Leid. h. *animum advortit*. Arond. *fit magis ex æquo bonoque reus* Teg. Turic. *priori* plurimi Cortii libri scribunt. *popularis* Guelf. 1. *populareis* Fabric. Rivii. *sumtum suppl. for*. Bas. 1. *paucis post dieb.* pauci libri. *eodem* quod priores Edit. omiserunt, in omnibus fere libris legitur. *a senatu* Bas. 1. 4. Bern. 1. ita Hav. *Romam egressus* Rem. Fabr. m. pr. Vin. 2. *tacit. eo respic.* Fabr. Tur. *respectans* Guelf. 3.

Cap. 36. *aliaque quæ mil.* Teg. Bas. 1. 4. omnes Leid. Bern. 1. *fuere qui tum. tum* om. Rem. 2. Guelf. 10. *tunc* Bas. 1. *com. dies adventabant* Fabr. Rem. 1. priores

cedere instanti et paullo post, ne sui diffiderent, instare : ita
belli modo, modo pacis mora, Consulem ludificare. Ac fuere,
qui tum Albinum haud ignarum consilii regis existumarent, ne-
que ex tanta properantia tam facile tractum bellum socordia ma-
gis quam dolo crederent. Sed postquam, dilapso tempore, comi-
tiorum dies adventabat; Albinus, Aulo fratre in castris pro Præ-
37 tore relicto, Romam decessit. Ea tempestate Romæ seditionibus
tribuniciis atrociter respublica agitabatur. P. Lucullus et L.
Annius, tribuni plebis, resistentibus collegis, continuare magistra-
tum nitebantur : quæ dissensio totius anni comitia impediebat.
Ea mora in spem adductus Aulus, quem pro Prætore in castris
relictum supra diximus, aut conficiundi belli aut terrore exercitus
ab rege pecuniæ capiundæ, milites mense Ianuario ex hibernis
in expeditionem evocat; magnisque itineribus, hieme aspera,
pervenit ad oppidum Suthul, ubi regis thesauri erant. Quod
quamquam et sævitia temporis, et opportunitate loci neque ca-
pi, neque obsideri poterat: (nam circum murum, situm in præ-
rupti montis extremo, planities limosa hiemalibus aquis paludem
fecerat) tamen aut simulandi gratia, quo regi formidinem adde-
ret, aut cupidine cæcus ob thesauros oppidi potiundi, vineas a-

Edit. *cedere inst.* Erl. Teg. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 3. *Rom. discess.* Guelf. 1. 3. Vin. 1. Fabr. inc. 1. Sen. 1. m. sec. Leid. c. f. h. l. duo Rivii. plures Pal. *secessit* Guelf. 7. *recessit* Vin. 2. Ac. Vrat. 2. Struv. inc. 2. Rem. 2. Franc. Guelf. 4. 11. Leid. a. b. d. g. m.

Cap. 37. *quem Prætorem* Fabr. 9. *pro Prætorem* Ecc. *pro Prætore* Cortii plurimi libri. nostri omnes. *confic. belli.* alii libri *causa,* alii *gratia,* alii *spe* addunt. *quod quamq.* pron. om. Teg. Turic. m. sec. adiecit. *cap. pec.* Teg. *ex hibernaculis* Struv. inc. 1. Vrat. 3. Guelf. 4. 9. 11. 12. Leid. e. h. n. *magnis itin.* Fabr. Guelf. 2. 12. Tur. Erl. Bas. 4. *ac magnis* Fabr. 2. *ob thes. opp.* om. duo Wassii. *ob thesauros potiundos* Teg. Fabric. 1. *thesauri op.* Guelf. 9. *alia quæ* unus Wassii. Acad. Struv. *præparare* plures Rivii. Commel. Fabric. Vin. 1. Franc. Ecc. Struv. Guelf. 9. 11. Sen. 1. Guelf. 12. m. sec. Bas. 4.

gere, aggerem iacere, aliaque, quæ incepto usui forent, properare. At Iugurtha, cognita vanitate atque imperitia legati, subdole 38
eius augere amentiam: missitare supplicantis legatos: ipse, quasi vitabundus per saltuosa loca et tramites exercitum ductare. Denique Aulum spe pactionis perpulit, uti, relicto Suthule, in abditas regiones sese, veluti cedentem, insequeretur; (ita delicta occultiora fuere.) Interea per homines callidos die noctuque exercitum temptabat: centuriones ducesque turmarum, partim uti transfugerent, corrumpere; alii signo dato locum uti desererent. Quæ postquam ex sententia instruit, intempesta nocte de improviso multitudine Numidarum Auli castra circumvenit. Milites Romani, perculsi tumultu insolito, arma capere alii, alii se abdere, pars territos confirmare; trepidare omnibus locis: vis magna hostium, cœlum nocte atque nubibus obscuratum; periculum anceps: postremo fugere an manere tutius foret, in incerto erat. Sed ex eo numero, quos paullo ante corruptos diximus, cohors una Ligurum cum duabus turmis Thracum et paucis gregariis militibus transiere ad regem: et centurio primi pili tertiæ legionis per munitionem, quam uti defenderet acceperat, locum hostibus introeundi dedit: eaque Numidæ cuncti irrupere. Nostri

Cap. 38. *subdole* Vin. Sen. 1. Bas. 1. 4. cum tribus aliis Cort. Leid. m. aliquot Pal. Teg. Paris. b. c. d. e. Tur. Bern. 1. 3. *subdolo* Vrat. 2. 3. Paris. a. *subdolus* Cort. *eius aug.* pron. om. Fabr. 1. Vin. 2. *occult. fuere* Comm. aliique vetust. ex Cort. Leid. a. b. c. e. f. h. i. k. l. Pemb. B. Pub. Mark. A. Bas. 1. Tur. *forent* aut *essent* multi alii pro varia lectione. *fore* ex Cort. Rem. 2. Struv. incert. 1. Franc. Acad. Senat. 2. Heuss. Guelf. 3. 11. Palat. septem. Bas. 4. Bern. 1. Teg. Erl. *instruit* Bas. 1. 4. Fabr. inc. 2. Franc. Sen. Vin. Heuss. Leid. a. b. c. d. e. f. h. i. k. l. m. Tur. Bern. 1. 3. Ac. Struv. Vrat. 2. Guelf. 1. 4. 9. 10. 11. sex Wassii. *instruxit* ceteri. *Albini castra* Leid. l. Naz. m. pr. *tumultu per. in.* Fabr. Vin. 1. Struv. Vrat. 1. Franc. tres Guelf. Tur. *perc. t. ins.* ceteri. *magna vis host.* Tur. Teg. *nub. atque nocte* Tur. Bas. 4. *arm. cap.* (*alii* om.) Struv. Ecc. inc. 1. Franc. 2. Guelf. 1. 4. 9. *pauci ex* Mark. A. m. sec. *paucis ex* inc. 2. *transire* Fabr. Sen. 2. Vrat. 2. Heuss. Naz. Pal. 2. *irrumpere* Vin. 1. Ac. Sen. 2. Heuss.

fœda fuga, plerique abiectis armis, proxumum collem occupavere. Nox atque præda castrorum hostis, quo minus victoria uterentur, remorata sunt. Deinde Iugurtha postero die cum Aulo in colloquio verba facit: tametsi ipsum cum exercitu fame ferroque clausum tenet: tamen se humanarum rerum memorem, si secum foedus faceret, incolumes omnis sub iugum missurum: præterea uti diebus decem Numidia decederet. Quæ quamquam gravia et flagitii plena erant: tamen, quia mortis metu mutabantur, si-
39 cuti regi lubuerat, pax convenit. Sed ubi ea Romæ comperta sunt, metus atque mœror civitatem invasere: pars dolere pro gloria imperii: pars insolita rerum bellicarum timere libertati: Aulo omnes infesti, ac maxume, qui bello sæpe præclari fuerant; quod armatus dedecore potius quam manu salutem quæsiverat. Ob ea Consul Albinus ex delicto fratris invidiam ac deinde periculum timens, Senatum de fœdere consulebat, et tamen interim exercitui supplementum scribere, ab sociis et nomine Latino auxilia accersere, denique omnibus modis festinare. Senatus ita, uti par fuerat, decernit, suo atque populi iniussu nullum potuis-

Rem. 1. Franc. Vratisl. 3. *eruperit* Leid. l. *nostri plerique foeda* Bas. 1. *verba fecit* Teg. Bas. 1. Tur. *clausum teneat* Guelf. 3. 11. Leid. g. aliquot Rivii. *fame ferro* Guelf. 9. inc. 2. Mark. A. *fame et f.* Bas. 1. 4. Ac. Struv. Rem. 1. Franc. Bern. 3. *foedus fecit* Leid. l. *se memorem* Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 3. *sub iugo* Vin. 1. Vrat. 3. *Numid. disc.* Bas. 1. *flagitio plena* Leid. f. g. k. *mutabantur* Guelf. 1. 2. 4. 9. Fabric. 1. Ac. Struv. inc. 2. Franc. Vrat. 3. Leid. a. b. d. h. i. k. m. Nazar. et Pal. 2. 8. quinque Wassii, quinque Paris. Bas. 1. 4. Turic. *minitabantur* Senat. 1. Vin. 1. Fabric. 2. Leid. c. l. Bern. 3. *multabantur* incert. 1. Guelf. 7. Pal. 5. *tenebantur* Ecc. Guelf. 10. 12. Leid. e. f. Pal. 7. Bern. 1. *tenebatur* Guelf. 11. *cogebantur* Vinar. 2. Leid. g. *cogebatur* Vrat. 2. *angustiabantur* Sen. 2. Heuss. *urgebantur* Vrat. 1. *urgebatur* Palat. 6. *mortis metuebant pericula* Guelf. 3. *terrebantur* Leid. a. *mutabant* plures libri, teste Rivio. *metu mortis* Tur.

Cap. 39. *sæpe clari* inc. 1. Ecc. Guelf. 3. 12. Leid. l. *per dedecora.* Fabric. 2. *quæsiverat* longe plurimi libri. *quæsierit* alii, in quib. Teg. Turic. *quæsivit* Leid. d.

se foedus fieri. Consul impeditus a tribunis plebis, ne, quas paraverat copias, secum portaret, paucis diebus in Africam proficiscitur, nam omnis exercitus, uti convenerat, Numidia deductus, in provincia hiemabat. Postquam eo venit: quamquam persequi Iugurtham et mederi fraternæ invidiæ animo ardebat; cognitis militibus, quos præter fugam, soluto imperio, licentia atque lascivia corruperat, ex copia rerum statuit sibi nihil agitandum. Interim Romæ C. Mamilius Limetanus tribunus plebis 40
rogationem ad populum promulgat, uti quæreretur in eos, quorum consilio Iugurtha Senati decreta neglegisset; quique ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepissent; qui elephantos, quique perfugas tradidissent; item, qui de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent. Huic rogationi partim conscii sibi, alii ex partium invidia pericula metuentes, quoniam aperte resistere non poterant, quin illa et alia talia placere sibi faterentur; occulte per amicos, ac maxume per homines nominis Latini et socios Italicos impedimenta parabant. Sed plebes, incredibile memoratu est, quam intenta fuerit quantaque vi rogationem

consulebat utrum foedus quod pepigerat cum Iugurtha firmum et sic factum perdurare debuisset necne. hanc glossam in contextu exhibent Sen. Vinar. Guelf. 3. Heuss. Leid. l. Bern. 3. *a soc.* Tur. Bas. 4. Bern. 1. *decrevit* Leid. c. d. f. m. Vin. 2. Franc. *ventum est* Leid. d. aliquot Rivii et Wassii. Erl. *animus ardebat* Struv. inc. Franc. Guelf. 7. 10. Leid. b. d. e. f. k. m. Paris. b. e. Bas. 4. *in provinciam* Leid. f. l. Struv. Guelf. 9. 10. 11. *agendum* Guelf. 4. 10. 11. Fabr. Vrat. 1. Struv. inc. Rem. 1. Bas. 4. Tur. Leid. b. c. d. g. h. k. Teg. Erl. *sibi nihil* Bas. 1. 4. Erl. Teg. Tur. Bern. 3. Rivii libri. Bern. 1. ceteri inverso ordine. *agitandum* Palatini; ceterique meliores confirmant.

Cap. 40. *interim* Leid. a. c. f. h. i. k. l. m. Bern. 1. 3. Bas. 1. 4. *C. Mamillus Limetanus* ita plurimi libri. sed lectio quam maxime variat. *C. Mamilius Limet.* Naz. Commel. Bas. 4. et antiqui nummi. Tur. *Senati decreta* duo Rivii libri. *neglegisset* Bas. 1. *neglisisset* inc. 2. *quique eleph.* Vinar. 1. Bas. 4. *periculum metuentes* Fabric. Teg. Tur. *plebes* Vin. 1. Sen. Heuss. plures Rivii libri. *quantum intenta* Fabr. Struv.

iusserit, decreverit, voluerit: magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura reipublicæ; tanta lubido in partibus erat. Igitur ceteris metu perculsis, M. Scaurus, quem legatum Bestiæ supra docuimus, inter lætitiam plebis et suorum fugam, trepida etiam tum civitate, quum ex Mamili rogatione tres quæsitores rogarentur, effecerat, uti ipse in eo numero crearetur. Sed quæstio exercitata aspere violenterque ex rumore et lubidine plebis; ut sæpe nobilitatem, sic ea tempestate plebem ex secundis
41 rebus insolentia ceperat. Ceterum mos partium popularium et Senati factionum, ac deinde omnium malarum artium paucis ante annis Romæ ortus est, otio atque abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt. Nam ante Carthaginem deletam populus et Senatus Romanus placide modesteque inter se rempublicam tractabant: neque gloriæ neque dominationis certamen inter civis erat: metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat. Sed ubi illa formido mentibus discessit; scilicet ea, quæ res secundæ amant, lascivia atque superbia incessere. Ita, quod in advorsis rebus optaverant, otium, postquam adepti sunt, asperius

inc. Franc. Leid. k. Commel. aliique ex Palat. plures Wassii. Teg. Tur. *decreverit voluerit* om. Vin. 2. Ac. Sen. 2. Heuss. inc. 1. Vrat. 2. Guelf. 3. 9. Leid. a. Bas. 4. *B. supra* (omisso *fuisse*) Bas. 1. m. pr. Franc. incert. 1. Guelf. 4. Paris. a. Bern. 3. *docuimus* Bas. 1. 4. Fabr. Sen. Ecc. Ac. Vin. 1. Tur. Heuss. Rem. 2. Guelf. 1. 10. Leid. b. d. e. f. h. i. k. l. n. quinque Wassii. quinque Paris. *diximus* inc. 1. Leid. a. g. B. Pub. Bern. 3. *memoravimus* plurimi. *Mamilli rog.* plurimi libri. *Mamilii* Bas. 4. Bern. 3. *Manilii* alii. *Mamilia* Sen. 1. *quæstio* Vinar. Fabric. Bas. 1. 4. Senat. 1 Rem. 2. Struv. inc. 2. Guelf. 1. 2. 3. 4. Leid. c. Tur. Bern. 3. *quæstione* antea editum fuit. *exercitata* Vinar. 1. Vrat. 3. Acad. Senat. 2. Bas. 4. Bern. 1. Heuss. Fabric. 2. Struv. Rem. 1. Franc. Guelf. 9. 10. 11. 12. Leid. c. d. e. f. g. h. i. k. octo Wassii. *est* addunt Vin. 2. Struv. inc. 2. Fabric. 2. *ex more est libid.* Fabr. 2. *cepit* Bas. 4.

Cap. 41. *et Senat. fact. Sen.* om. Nazar. in Commel. et Palat. 2. manu recenti additum. *et* om. Palat. 3. *ortus est. est* om. Fabric. 2. Guelf. 3. *otio atque* Bas. 1. Tur. Bern. 1. 3. Leid. Haverc. *earum rerum* plerique libri. *earum* om. Leid. l. *ear.*

acerbiusque fuit. Namque cœpere nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubidinem vertere: sibi quisque ducere, trahere, rapere. Ita omnia in duas partes abstracta sunt, respublica, quæ media fuerat, dilacerata. Ceterum nobilitas factione magis pollebat: plebis vis soluta atque dispersa in multitudine minus poterat: paucorum arbitrio belli domique agitabatur: penes eosdem ærarium, provinciæ, magistratus, gloriæ triumphique erant: populus militia atque inopia urguebatur; prædas bellicas imperatores cum paucis diripiebant. Interea parentes aut parvi liberi militum, uti quisque potentiori confinis erat, sedibus pellebantur. Ita cum potentia avaritia sine modo modestiaque invadere; polluere et vastare omnia; nihil pensi neque sancti habere, quoad semet ipsa præcipitavit. Nam ubi primum ex nobilitate reperti sunt, qui veram gloriam iniustæ potentiæ anteponerent; moveri civitas et dissensio civilis, quasi permixtio terræ, oriri cœpit. Nam 42
postquam Tiberius et C. Gracchus, quorum maiores Punico atque aliis bellis multum reipublicæ addiderant, vindicare plebem in libertatem et paucorum scelera patefacere cœpere: nobilitas

rer. Tur. om. m. pr. *civit. in b. art.* Fabr. Tur. *mentibus decessit* Leid. l. Paris. a. c. Bern. 1. *res sec.* Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. *acerbius asperiusque fuere* Fabric. Teg. Tur. m. pr. *fit Bas.* 1. 4. Struv. inc. 2. Rem. Franc. Guelf. 4. *tulere* Vin. 2. Guelf. 3. Vrat. 2. *fuit* plurimi libri. *dignit. in superbiam* pauci ex deteriorib. Cortii libris. *d. in dominat.* Guelf. 3. 11. 12. Leid. l. tres Wassii. Pal. 7. 10. Bas. 4. Bern. 1. *dilac. est.* Leid. a. c. d. e. f. g. h. k. m. *respubl. agitabatur* Leid. b. e. f. h. k. l. m. n. Bas. 4. Bern. 1. plures Wassii. Erl. Paris. b. e. *triumphi erant* inc. *urguebatur* incert. 2. *cum paucis* om. Vrat. 2. Guelf. 3. *uti quisque* Bas. 1. 4. Tur. *ad finis* Leid. d. m. n. plures Rivii. aliquot Palatin. Struv. Rem. 1. Franc. Guelf. 12. tres Wassii. *polluere vastare* Bas. 4. *semet ipsam* omnes Cortii libri. Leid. f. g. k. l. n. *semet ipsa* Rivii libri et ceteri, Leid. Pemb. B. Pub. *permixtione* Leid. c. l. m. Guelf. 1. Naz. Commel. Pal. 2. Teg. *per mixtionem* Bern. 3. *terræ* om. Bas. 1. in Tur. ante et post *terræ* aliquid erasum.

Cap. 42. vendicare Fabr. Vin. Sen. Heuss. Guelf. 2. 9. 11. Tur. *tribunum. plebis*

noxia atque eo perculsa, modo per socios ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos spes societatis a plebe dimoverat, Gracchorum actionibus obviam ierat: et primo Tiberium, dein paucos post annos eadem ingredientem Caium, Tribunum alterum, alterum Triumvirum coloniis deducendis, cum M. Fulvio Flacco ferro necaverat. Et sane Gracchis cupidine victoriæ haud satis moderatus animus fuit. Sed bono vinci satius est, quam malo more iniuriam vincere. Igitur ea victoria nobilitas ex lubidine sua usa, multos mortalis ferro aut fuga exstinxit, plusque in reliquum sibi timoris quam potentiæ addidit. Quæ res plerumque magnas civitates pessum dedit: dum alteri alteros vincere quovis modo et victos acerbius ulcisci volunt. Sed de studiis partium et omnis civitatis moribus si singulatim aut pro magnitudine parem disserere, tempus quam res maturius me deseret. Quamob-
43 rem ad inceptum redeo. Post Auli fœdus exercitusque nostri fœdam fugam, Metellus et Silanus Consules designati, provincias inter se partiverant: Metelloque Numidia evenerat, acri viro, et quamquam advorso populi partium, fama tamen æquabili et inviolata.

addunt pauci libri, iique deteriores, Leid. g. h. Bern. 1. *colonis deduc.* Fabr. 2. Ecc. Senat. 2. Bas. 4. *necaverant* Guelf. 1. Paris. d. Tur. m. sec. *haud satis a. m. f.* Fabr. 1. et alii quatuor ex Cort. Teg. Turic. *omnis civ. morib.* Guelf. 3. Bas. 1. Senat. 1. m. pr. Leid. l. *me desereret* Bas. 1. Struv. inc. 1. Guelf. 11. 12. Leid. b. d. n. Teg. Bern. 1. *me deseret* Fabr. Senat. 1. Vinar. 2. incert.. 2. Guelf. 2. 3. Leid. c. e. f. g. i. k. l. Erl. Bern. 3. *me deserat* Acad. Tur. m. sec. *me* om. aliquot Rivii libri. Leid. a. h. m

Cap. 43. *Post Albini foedus* tres meliores Gruteri. Sen. 1. Guelf. 2. m. pr. Fabric. 1. m. sec. *Q. Metellus et M. Silanus* Vin. 2. Franc. Guelf. 10. Leid. g. m. ceteri sine prænomine. *Metello Num.* Bern. 3. *partiverant* Cledon 1916. Edit. Putsch. Serv. ad Aen. 1. 194. confirmant. *obvenerat* deterioris notæ libri. *adverso populi partium* ita optimi libri Comm. Naz. Fabr. 1. Bas. 1. *accedunt* Rem. Vin. 2. Struv. Bern. 3. Turic. Franc. Vrat. 2. 3. Guelf. 2. 4. 7. 9. 10. omnes Leid. *adversus* Guelf. 1. Vin. 1. Fabric. 2. inc. 1. *milites el. præs. scrib. u. ar.* Tur. *milites eligere scribere* plurimi

Is ubi primum magistratum ingressus est, alia omnia sibi cum collega ratus, ad bellum, quod gesturus erat, animum intendit. Igitur diffidens veteri exercitui, milites (eligere) scribere, præsidia undique accersere: arma, tela, equos, et cetera instrumenta militiæ parare: ad hoc commeatum affatim: denique omnia, quæ in bello vario et multarum rerum egenti usui esse solent. Ceterum ad ea patranda Senatus auctoritate socii nomenque Latinum, et reges ultro auxilia mittendo: postremo omnis civitas summo studio adnitebatur. Itaque, ex sententia omnibus rebus paratis compositisque, in Numidiam proficiscitur, magna spe civium, quum propter artis bonas, tum maxume, quod advorsum divitias invictum animum gerebat, et avaritia magistratuum ante id tempus in Numidia nostræ opes contusæ hostiumque auctæ erant.

Sed ubi in Africam venit, exercitus ei traditur Sp. Albini 44
Proconsulis; iners, imbellis, neque periculi neque laboris patiens, lingua quam manu promtior, prædator ex sociis et ipse præda hostium, sine imperio et modestia habitus. Ita imperatori novo plus ex malis moribus sollicitudinis, quam ex copia militum au-

libri, omnes fere Cortii, ex Leid. f. g. h. k. l. Teg. Erl. Bas. 1. *scrib. elig.* Leid. m. n. *accersere* præter alios multos Codd. Bas. 1. *et cetera. et* Cort. omis. *in bello vario* præpos. om. Fabr. 1. Guelf. 12. *ad ea paranda* Ecc. Ac. Senat. 2. Heuss. Guelf. 2. m. sec. *auxilia mittere* Guelf. 3. 12. Vin. inc. 1. Leid. k. m. n. Vrat. 2. Franc. Senat. 2. Heuss. unus Putschii. Palat. 3. 4. 6. 7. 10. tres Wassii. *aux. mittunt* Bas. 4. *adnitebatur* ita omnes fere libri. *adnitebantur* inc. 2. Rem. 2. Bas. 4. *annitebantur* Erl. *Numidia prof.* Erl. *cum magna spe* Vin. 1. Struv. Fabric. 1. m. pr. Guelf. 12. *artis* Rivii libri. *artes bonas* Bas. 1. 4. Tur. Rivii vetustiores. *invictum animum* Bas. 1. Tur. et omnes fere libri. *an. inv.* Fabr. *hostium auctæ* Bern. 1.

Cap. 44. in Africa venit Ecc. *Sp. Alb. Proconsulis* Naz. Comm. Vin. 1. Fabr. 2. Guelf. 2. 3. Fabr. m. pr. Teg. *a Sp. Alb. Proconsule* reliqui Cortii, omnes Leid. *Sp. Albini Proconsule* Tur. m. sec. superscripsit. *imbecillis* Bas. 1. 4. *sine imperio sine modestia* Fabr. 1. *malis ex mor.* Bern. 1. *ex copia aux.* (omisso *militum*) Bern. 1. *spei bonæ*

*

xilii aut bonæ spei accedebat. Statuit tamen Metellus, quamquam et æstivorum tempus comitiorum mora imminuerat, et exspectatione eventus civium animos intentos putabat; non prius bellum adtingere quam maiorum disciplina milites laborare coegisset. Nam Albinus, Auli fratris exercitusque clade perculsus, postquam decreverat non egredi provincia, quantum temporis æstivorum in imperio fuit, plerumque milites stativis castris habebat: nisi quum odos aut pabuli egestas locum mutare subegerat. Sed (neque muniebantur ea) neque more militari vigiliæ deducebantur; uti cuique lubebat, ab signis aberat. Lixæ permixti cum militibus die noctuque vagabantur, et palantes agros vastare, villas expugnare, pecoris et mancipiorum prædas certantes agere: eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio et aliis talibus: præterea, frumentum publice datum vendere, panem in dies mercari: postremo, quæcumque dici aut fingi queunt ignaviæ luxuriæque probra, in illo exercitu cuncta fuere, et alia
45 amplius. Sed in ea difficultate Metellum non minus quam in rebus hostilibus magnum et sapientem virum fuisse comperior;

Bas. 1. Struv. Guelf. 1. *bonæ spei* reliqui. *labore evenisset* Guelf. 3. Fabr. 2. Leid. l. n. Bas. 4. *laborare consuesceret* Bern. 1. *egredi de provincia* Fabr. 1. Ac. *provinciam* Ecc. Senat. 2. Heuss. *quantum æst. t.* Fabr. Tur. *q. tempus æ.* Vin. 1. Guelf. 10. *in imperio* præp. om. Vin. 1. inc. 1. Franc. Guelf. 1. 3. 9. 11. pauci Leid. Pal. 1. 2. 7. Erl. *fuit* Acad. om. *in statutis castris* deteriores libri. Guelf. 11. Vinar. 2. Vrat. 2. 3. Struv. inc. Franc. Leid. a. b. c. d. f. g. h. m. *statutis castris* etiam alii multi Fabr. 2. Ac. Vin. 1. Vrat. 1. Ecc. Rem. Guelf. 2. 9. 10. Leid. e. i. n. Erl. *stativis* Riv. Grut. Fabr. 1. Sen. Bas. 1. Heuss. quatuor Guelf. Leid. l. multi Wassii. *stativ. in c.* Bern. 1. *vig. ducebantur* Sen. 1. Fabr. 2. inc. Franc. Struv. m. pr. Ecc. Guelf. 3. 7. 9. 11. Leid. l. m. his in libro Popmæ et Leid. g. præponuntur: *sed neque muniebantur ea, neque etc.* hæc item in Codd. Frontonem legisse animadvertit Angelus Maius Ed. Francf. 1813. p. 317. *libuit* Fabr. Teg. *permixti c. equit.* Struv. Rem. 1. Ecc. Guelf. 9. 10. Erl. *vagabantur palantes* Bern. 1. *certantes agitare* Vin. 2. Vrat. 2. *alia* om. Leid. f. Pal. 10. *et amplius alia* Fabric. Vinar. 1. Guelf. 4. Pal. 3. 4. Erl.

tanta temperantia inter ambitionem sævitiamque moderatum. Namque edicto primum adiumenta ignaviæ sustulisse: ne quisquam in castris panem aut quem alium coctum cibum venderet; ne lixæ exercitum sequerentur; ne miles gregarius in castris neve in agmine servum aut iumentum haberet; ceteris arte modum statuisse. Præterea transvorsis itineribus cotidie castra movere, iuxta ac si hostes adessent, vallo atque fossa munire, vigilias crebras ponere et eas ipse cum legatis circumire: item in agmine in primis modo, modo in postremis, sæpe in medio adesse, ne quispiam ordine egrederetur, uti cum signis frequentes incederent, miles cibum et arma portaret. Ita prohibendo a delictis magis quam vindicando exercitum brevi confirmavit.

Interea Iugurtha ubi, quæ Metellus agebat, ex nunciis accepit; simul de innocentia eius certior Romæ factus, diffidere suis rebus ac tum demum veram deditionem facere conatus est. Igitur legatos ad consulem cum suppliciis mittit, qui tantummodo ipsi liberisque vitam peterent, alia omnia dederent populo Romano. Sed Metello iam antea experimentis cognitum erat genus Numi- 46

Cap. 45. *fuisse comperio* Ecc. Franc. Rem. 1. Vin. 2. Struv. Leid. f. g. h. i. k. l. m. n. Vrat. 1. 3. Guelf. 3. 4. 7. 9. 10. 11. 12. Bas. 4. Bern. 1. 3. *fuisse* om. Guelf. 9. *nam* Fabr. 1. Guelf. 12. *namque* om. Teg. *primum* vetustiores Gruteri. Bas. 1. 4. Turic. Bern. 1. *primo* multi. *ne quispiam* B. Pub. Mark. A. *comperio sust*. Vrat. 2. *sust. comp*. Fabr. 2. *sust. dicitur* Franc. Struv. Guelf. 9. 10. Leid. f. h. k. m. *quem alium coctum cibum* ita meliores Cort. *cib. coct*. Rivii libri. pauci *quem* om. *venderet præcepit* Guelf. 7. *iuxta* om. Guelf. 4. *cotidie* Bas. 1. Bern. 3. *et eas ipse cum legatis circuire. circuire* plerique Cort. *circumire* Bas. 1. inc. 1. Franc. duo Wassii. Leid. l. et pauci alii ex Palat. Paris. a. e. Turic. Bern. 3. *eas* om. Vrat. 3. Leid. h. *ne quispiam* Vin. Senat. Bas. 1. Heuss. Guelf. 1. 4. Leid. k. l. *ut cum* Bas. 1. 4. Tur. *magis a del*. Tur.

Cap. 46. *dedere* Rem. 1. Fabric. 1. primitus. *avidum esse. esse* om. Cort. *alium alio div*. Bas. Acad. *tradunt* Ecc. *opportunos sibi* prou. om. Cort. *cetera palam* Guelf. 3. Franc. Acad. Sen. 2. Heuss. Vin. 2. Leid. *nunciare* Paris. a. c. Turic. Teg.

darum infidum, ingenio mobili, novarum rerum avidum esse. Itaque legatos alium ab alio divorsos adgreditur; ac paullatim temptando, postquam opportunos sibi cognovit, multa pollicendo persuadet, uti Iugurtham maxume vivum, sin id parum procedat, necatum sibi traderent: ceterum palam, quæ ex voluntate forent, regi nunciare iubet. Deinde ipse paucis diebus, intento atque infesto exercitu, in Numidiam procedit: ubi contra belli faciem, tuguria plena hominum, pecora cultoresque in agris erant: ex oppidis et mapalibus præfecti Regis obvii procedebant, parati frumentum dare, commeatum portare, postremo omnia, quæ imperarentur, facere. Neque Metellus idcirco minus, sed pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere, late explorare omnia illa deditionis signa ostentui credere, et insidiis locum temptare. Itaque ipse cum expeditis cohortibus, item funditorum et sagittariorum delecta manu apud primos erat; in postremo C. Marius legatus cum equitibus curabat: in utrumque latus auxiliarios equites tribunis legionum et præfectis cohortium dispertiverat, ut cum his permixti velites, quocumque accederent, equitatus hostium propulsarent. Nam in Iugurtha tantus dolus tantaque peritia locorum et militiæ erat, ut absens an præsens, pacem an

in Numidia procedere Guelf. 10. *deinde paucis dies* Bas. 4. *cultores* (sine copula) Vrat. 2. *obvii* ex Cortii libris. Guelf. 1. 2. Sen. 1. Vin. 2. Bas. 1. Rem. 2. accedunt Naz. Palat. 2. quatuor Wassii. Leid. a. b. h. i. l. n. *quæ imperantur* Sen. 1. *quæ imperaret* Rem. 1. *incedebat* Leid. l. *apud primos adesse* Leid. k. unus Wassii. Bern. 1. *dispartiverat* incert. 1. Senat. 2. Vinar. 2. Vrat. 3. Guelf. 7. 11. 12. Bern. 1. *curare* Bern. 1. *nam Iugurthæ* Sen. 1. Vin. 1. Guelf. 1. Fabr. 2. Leid. k. n. *ut cum his* Tur. Bern. 1. 3. Leid. *quacunque* Cort. contra omnes Codd. *inerat* Vin. 2. Vrat. 2. *tanta per.* Vin. 1. *abs. an pr.* plurimi Cort. omnes Leid. ita Haverc. Bas. 1. *absens ac pr.* Guelf. 4. *ut absens* Bas. 1. Bern. 1. 3. Leid. *abs. et pr.* Guelf. 10. *abs. aut pr.* Sen. 1. inc. 2. *abs. vel pr.* Fabric. Rem. 2. Vin. 1. Guelf. 1. Vrat. 1. Bas. 4. Tur. ita meliores Palatin. in ceteris eadem lectionis varietas. *in inc.* præpos. om. Guelf. 1. 5. 9. 11.

bellum gerens, perniciosior esset, in incerto haberetur. Erat 47
haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numi-
darum, nomine Vacca, forum rerum venalium totius regni ma-
xume celebratum; ubi et incolere et mercari consueverant Italici
generis multi mortales. Huc Consul, simul temptandi gratia, et
si paterentur, opportunitate loci, præsidium imposuit; præterea
imperavit frumentum et alia, quæ bello usui forent, comportare:
ratus id, quod res monebat, frequentiam negotiatorum et com-
meatu iuvaturum exercitum et iam paratis rebus munimento fore.
Inter hæc negotia Iugurtha impensius modo legatos supplices mit-
tere, pacem orare, præter suam liberorumque vitam, omnia Me-
tello dedere. Quos item, uti priores, Consul inlectos ad proditio-
nem domum dimittebat: regi pacem, quam postulabat, neque
abnuere neque polliceri, et inter eas moras promissa legatorum
exspectare. Iugurtha ubi Metelli dicta cum factis composuit, ac se 48
suis artibus temptari animadvortit; quippe cui verbis pax nun-
ciabatur, ceterum re bellum asperrumum erat: urbs maxuma
alienata, ager hostibus cognitus, animi popularium temptati
coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. Igitur explo-
rato hostium itinere, in spem victoriæ adductus ex opportunitate

Bas. 1. Rem. 2. Vrat. 2. 3. Leid. b. h. l. duo Wassii. Bern. 5. *incertum* Fabr. 1. Bodl. Teg. *in incertum* Tur.

Cap. 47. *Vacca* optimi libri. *Vaga* Guelf. 4. *Vaca* Guelf. 3. *Vacha* Guelf. 11. *simul tentandi gratia et piundi* Vinar. 2. unde facile elicias *experiundi*. *tentandi manendique gratia* Acad. *tent. et simul gratia hiemandi* Erl. *tent. gr. si pat.* Senat. 1. Vinar. 2. Palmer. *paterent* Rem. 1. Reg. *propter opportunitates* Guelf. 11. *opportunitate* haud dubie legendum, qua quidem Gruteri coniectura omnia ista concidunt, quæ Cort excursu IV. doctius quam verius disputavit. *et commeantium* Guelf. 9. *commeantum* Paris. a. *et commeatum populi* Vinar. 2. Vratisl. 2. *et commeatu* alii libri. quos Ciacc. laudat. *etiam* plurimi Gruteri et Cort. libri. *et iam* priores Editores. *impens. modo. modo* om. Guelf. 4. *suam suorumque vit.* Leid. m. Franc. *inlectos* Rivii libri. Guelf. 1. Bas. 1. qui etiam *inpensius* et *inposuit*.

loci, quam maxumas potest copias omnium generum parat, ac per tramites occultos exercitum Metelli antevenit. Erat in ea parte Numidiæ, quam Adherbal in divisione posséderat, flumen oriens a meridie, nomine Muthul; a quo aberat mons ferme millia passuum viginti tractu pari, vastus ab natura et humano cultu. Sed ex eo medio quasi collis oriebatur, in immensum pertingens, vestitus oleastro ac mirtetis aliisque generibus arborum, quæ humi arido atque arenoso gignuntur. Media autem planicies deserta penuria aquæ, præter flumini propinqua loca: ea consita arbus-
49 tis, pecore atque cultoribus frequentabantur. Igitur in eo colle, quem transvorso itinere porrectum docuimus, Iugurtha, extenuata suorum acie, consedit: elephantis et parti copiarum pedestrium Bomilcarem præfecit, eumque edocet, quæ ageret: ipse propior montem cum omni equitatu et peditibus delectis suos collocat: dein singulas turmas et manipulos circumiens monet atque obtestatur, uti memores pristinæ virtutis et victoriæ sese regnumque suum ab Romanorum avaritia defendant: cum his certamen fore, quos antea victos sub iugum miserint: ducem illis non animum mutatum: quæ ab imperatore decuerint, omnia suis provisa; locum superiorem, ut prudentes cum imperitis, ne pauciores cum pluribus aut rudes cum bello melioribus manum consererent;

Cap. 48. *Muthul* ita constanter optimi libri. *millia* delet Guelf. 12. *m. vig. passuum* Fabr. 1. Teg. Acad. Turic. *a quo* præp. om. Naz. Leid. a. b. c. d. e. f. g. *vastus nat.* Vin. 2. Vrat. 2. *in im. pertingens. in* nonnulli libri om. aliis *gen.* Turic. *humi arido atque arenoso* Bas. 1. Vinar. 1. Leid. k. l. Fabr. Rivii. Nazar. Palat. 2. Paris. a. c. Ecc. Guelf. 1. 4. Prisc. 18. 31. p. 271. Ed. Kr. *humi in arido a. ar.* Paris. d. Leid. g. i. *humo arida a. arenosa* plurimi libri.

Cap. 49. *quid ageret* Fabr. Guelf. 9. Leid. e. *quid* etiam Leid. a. *propior monti* Ac. Rem. 2. Guelf. 3. *et peditibus delectis suos* hæc plurim. Codd. lectio. *dilectos suos* Senat. 1. inc. 2. Guelf. 2. 3. pron. om. Fabric. 1. *delectis suis* quinque Cortii libri. *dilectis* Fabr. 1. Guelf. 9. Erl. *circumiens* Bas. 1. inc. 1. *circuiens* ceteri. *sese regnumque* omnes fere libri. *sub iug miserat* Vrat. 2. Franc. Rem. 1. inc. 1. Leid. k. m.

proinde parati intentique essent signo dato Romanos invadere: illum diem aut omnis labores et victorias confirmaturum, aut maxumarum ærumnarum initium fore. Ad hoc viritim, uti quemque ob militare facinus pecunia aut honore extulerat, commonefacere beneficii sui et eum ipsum aliis ostentare: postremo, pro cuiusque ingenio, pollicendo, minitando, obtestando, alium alio modo excitare: cum interim Metellus, ignarus hostium, monte degrediens cum exercitu conspicitur; primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet, (nam inter virgulta equi Numidæque consederant, neque plane occultari humilitate arborum, et tamen incerti, quidnam esset; quum natura loci, tum dolo ipsi atque signa militaria obscurati); dein, brevi cognitis insidiis, paullisper agmen constituit; ibi commutatis ordinibus, in dextro latere, quod proxumum hostis erat, triplicibus subsidiis aciem instruxit: inter manipulos funditores et sagittarios dispertit: equitatum omnem in cornibus locat: ac pauca pro tempore milites hortatus, aciem sicuti instruxerat, transvorsis principiis in
planum deducit. Sed ubi Numidas quietos neque colle degredi 50
animadvortit, veritus ex anni tempore et inopia aquæ, ne siti conficeretur exercitus, Rutilium legatum cum expeditis cohortibus et parte equitum præmisit ad flumen, uti locum castris an-

miserant Leid. c. g. Bas. 4. *pro cuiusq. ing.* præp. om. aliquot Wassii. Fabr. Rem. Bas. 1. Acad. Vinar. Senat. 1. Vrat. 2. Ecc. Struv. Guelf. 1. 2. 3. 4. 7. 9. 10. 12. Teg. Bern. 3. *cuiusq. pro* Erl. B. Pub. *pollicitando* incert. 1. Guelf. 12. m. sec. Leid. i. *digrediens* Fabr. Bas. 1. 4. Vin. 1. Sen. Heuss. Franc. Guelf. 1. 2. 4. 9. 10. 11. omnes Leid. præter l. Paris. a. b. d. e. Bern. 1. 3. *montem* Fabr. 1. Franc. *obscurata* Ece. *agm. instituit* Bas. 1. Vrat. 1. 2. Guelf. 3. 10. 11. 12. Leid. c. e. f. l. Paris. b. *constitit* Fabric. Rivii. *constituit* reliqui omnes. *prox. hostibus* Acad. Struv. Franc. Guelf. 3. 7. 9. 10. 11. 12. Leid. b. d. e. f. k. m. Bas. 4. Tur.

Cap. 50. *digredi* Fabr. Vin. Acad. Sen. 1. inc. Struv. Ecc. Guelf. 2. 9. 10. 11. omnes Leid. præter l. Bas. 4. Bern. 1. 3. *ex anni temperie* Fabric. Guelf. 3. m. sec.

te caperet: existumans, hostis crebro impetu et transvorsis præliis iter suum remoraturos, et quoniam armis diffiderent, lassitudinem et sitim militum temptaturos. Deinde ipse pro re atque loco, sicuti monte descenderat, paullatim procedere: Marium post principia habere: ipse cum sinistræ alæ equitibus esse, qui in agmine principes facti erant. At Iugurtha, ubi extremum agmen Metelli primos suos prætergressum videt, præsidio quasi duum millium peditum montem occupat, qua Metellus descenderat: ne forte cedentibus adversariis receptui ac post munimento foret; dein repente signo dato hostis invadit. Numidæ alii postremos cædere; pars a sinistra ac dextra temptare; infensi adesse atque instare; omnibus locis Romanorum ordines conturbare; quorum etiam qui firmioribus animis obvii hostibus fuerant, ludificati incerto prælio, ipsi modo eminus sauciabuntur, neque contra feriundi aut conserendi manum copia erat; ante iam docti ab Iugurtha equites, ubicumque Romanorum turma insequi coeperat, non confertim neque in unum sese recipiebant, sed alius alio quam maxume divorsi. Ita numero priores, si ab persequendo hostis deterrere nequiverant, disiectos ab tergo aut lateribus circumveniebant: sin opportunior fugæ collis quam campi fuerat; ea vero consueti Numidarum equi facile inter virgulta evadere; nostros asperitas et insolentia loci retinebat.

prætergressos Fabr. Bas. 1. Sen. 1. Vin. 1. Acad. Vrat. 2. Tur. Bern. 3. Guelf. 1. 3. Guelf. 4. m. sec. Leid. g. i. Teg. Palat. (præter 3. 5. 7.) *mont. oc. peditum* Erl. Teg. Tur. *hostes invasit* Guelf. 4. *a dextra ac sinistra* Bas. 1. m. pr. Fabric. 1. Franc. Teg. Turic. *infesti adesse* Leid. a. *eorum etiam* Guelf. 4. idem *casi* supra pro *quasi*. *hostibus fuere* Vin. 1. Fabr. 1. m. sec. *conserendi man.* Bas. 1. 4. Erl. Tur. Bern. 1. ita Haverc. *ubi Rom.* Rem. Struv. Franc. Guelf. 3. 7. Leid. b. g. n. *ab persequendo* Bas. 1. Fabric. 1. Vrat. 1. Guelf. 1. 2. Tur. *Campi fuerat* Mss. Grut. Fabric. Bas. 1. Rem. 2. Vin. 2. inc. Ac. Sen. 1. Struv. Vrat. 3. Guelf. 1. 2. 3. 7. 10. 11. Leid. n. Bern. 1. *campus fuerat* sic emendatum in Naz. et Fabr. 1. Leid. c. Tur. m. sec. *eo vero* Vin. 1. m. sec. Sen. 2. Heuss. duo Rivii. Bern. 1. *retinere* Bern. 1. *retinebant* Ecc.

Cap. 51. *hostes atque cives* Bas 1. Sen. Ac. Heuss. Rem. Struv. Leid. a. b. d. h. i. k. l.

Ceterum facies totius negotii varia, incerta, fœda atque mi- 51
serabilis: dispersi a suis pars cedere, alii insequi; neque signa neque ordines observare; ubi quemque periculum ceperat, ibi resistere ac propulsare: arma, tela, equi, viri, hostes atque cives permixti; nihil consilio neque imperio agi: fors omnia regere. Itaque multum diei processerat, quum etiam tum eventus in incerto erat. Denique omnibus labore et æstu languidis, Metellus ubi videt Numidas minus instare, paullatim milites in unum conducit, ordines restituit et cohortes legionarias quatuor advorsum pedites hostium collocat; eorum magna pars superioribus locis fessa consederat. Simul orare, hortari milites, ne deficerent, neu paterentur hostis fugientes vincere: neque illis castra esse, neque munimentum ullum, quo cedentes tenderent: in armis omnia sita. Sed ne Iugurtha quidem interea quietus erat: circumire, hortari, renovare prælium et ipse cum delectis temptare omnia: subvenire suis, hostibus dubiis instare; quos firmos cognoverat, eminus pugnando retinere. Eo modo inter se duo imperatores, 52
summi viri, certabant: ipsi pares, ceterum opibus disparibus. Nam Metello virtus militum erat, locus advorsus: Iugurthæ alia omnia præter milites opportuna. Denique Romani, ubi intellegunt, neque sibi perfugium esse neque ab hoste copiam pugnandi fieri; (et iam die vesper erat); advorso colle sicuti præceptum

m. n. Erl. Franc. Vrat. 1. Ecc. Guelf. 1. 3. 4. 7. 9. 11. 12. Bern. 1. 3. *atque* om. duo Rivii. Tur. Bas. 4. aliquot Cortii, Leid. e. f. g. Palatini meliores credo. *consederant* Bas. 4. *orare et hortari* plerique Cortii libri Erl. Teg. Bas. 1. 4. Bern. 1. *et* om. Vin. 1. inc. 1. Rem. 2. tres præterea Cort. Bern. 3. Riv. Gruter. Wass. Leid. *hostis fugientes* ita Bas. 1. *neque illis mun.* Naz. Guelf. 1. Fabric. Rivii. *sed ne Iug.* Vin. Fabric. 2. inc. 1. Rem. 2. Senat. 2. Heuss. Vrat. 1. 2. Guelf. 1. 3. Bas. 1. Tur. Bern. 1. 3. *nec* vel *neque* ceteri. ita Gruter. Haverc. Leid. *circumire* Bas. 1. Acad. Struv. Franc. Guelf. 4. *circuire* plurimi libri. *renovare præl. revocare* inc. 2. *cum dilectis* Senat. 2. Guelf. 9. Vrat. 2. *dubius instare* Bas. 1. Fabr. 1.

Cap. 52. *summi* om. Guelf. 1. Bas. 4. *summa vi* Rem. 1. *dispares* Leid. e. *intellegunt* Senat. 1. Guelf. 1. 2. Ecc. *profugium* novem Cortii deteriores. Bas. 4. *die*

fuerat, evadunt. Amisso loco, Numidæ fusi fugatique, pauci interiere; plerosque velocitas et regio hostibus ignára tutata sunt. Interea Bomilcar, quem elephantis et parti copiarum pedestrium præfectum ab Iugurtha supra diximus, ubi eum Rutilius prætergressus est, paullatim suos in æquum locum deducit: ac, dum legatus ad flumen, quo præmissus erat, festinans pergit, quietus, uti res postulabat, aciem exornat: neque remittit, quid ubique hostis ageret, explorare. Postquam Rutilium consedisse iam et animo vacuum accepit, simulque ex Iugurthæ prælio clamorem augeri; veritus, ne legatus, cognita re, laborantibus suis auxilio foret, aciem, quam diffidens virtuti militum arte statuerat, quo hostium itineri obficeret, latius porrigit; eoque modo ad Rutilii
53 castra procedit. Romani ex improviso pulveris vim magnam animadvortunt, nam prospectum ager arbustis consitus prohibebat. Et primo rati humum aridam vento agitari: post ubi æquabilem manere et, sicuti acies movebatur, magis magisque adpropinquare vident, cognita re, properantes arma capiunt ac pro castris, sicuti imperabatur, consistunt. Deinde, ubi propius ventum est, utrimque magno clamore concurritur. Numidæ tantummodo remorati, dum in elephantis auxilium putant; postquam

duo Rivii. Senat. 1. Guelf. 1. Gruter. *præcept. erat* Commel. Mark. r. Bas. 1. *vesper aderat* Vin. 2. Vrat. 2. Leid. b. k. Bern. 1. *pluresque velocitas* Vin. 1. Rem. 1. Guelf. 3. *tuta sunt* Rem. 2. Struv. Sen. 2. Heuss. Guelf. 4. 12. Leid. d. f. h. *Bomulchar* ita Bas. 4. constanter. *in æquum deducit* Vrat. 3. *neque interim remittit* Leid. c. d. g. m. Putschii Cod. *iam* om. Rem. 2. Acad. Leid. k. *accipit* Ecc. Guelf. 11. Rem. 2. et tres alii Cort. *eo modo* Franc. Bern. 1.

Cap. 53. *arma prop. capiunt* Tur. *magno cl. concurrunt* Vin. 1. Franc. Sen. 2. Heuss. Guelf. 3. Leid. m. Bern. 1. *eos imp.* pron. om. Guelf. 3. 4. *ac noctis* Vin. 2. Guelf. 12. *atque n.* Franc. *capti sunt* Bas. 1. *interfecti sunt* Bas. 4. *numero XXX.* Leid. a. c. e. h. m. n. Rem. 1. Franc. Erl. Struv. inc. 1. Guelf. 12. Rivii et Popmæ Codd. aliquot Gruteri. Bas. 4. *fessi lassique erant* Vin. 2. Vrat. 2. Guelf. 3. 4. Leid. i. *alteri ap. alterum* Naz. Comm. Vin. 1. Guelf. 1. Teg. Tur. m. pr. *admissum esset* vel *foret* Bern. 1. pauci ex Cort. Leid. g. h. m. n. a. b. sed alii alio loco. *acta edo-*

eos impeditos ramis arborum atque ita disiectos circumveniri vi-
dent; fugam faciunt: ac plerique, abiectis armis, collis aut noc-
tis, quæ iam aderat, auxilio integri abeunt. Elephanti quatuor
capti, reliqui omnes, numero quadraginta, interfecti. At Roma-
ni, quamquam itinere atque opere castrorum et prælio fessi læti-
que erant; tamen, quod Metellus amplius opinione morabatur,
instructi intentique obviam procedunt. Nam dolus Numidarum
nihil languidi neque remissi patiebatur. Ac primo, obscura
nocte, postquam haud procul inter se erant, strepitu, velut ho-
stes adventare, alteri apud alteros formidinem simul et tumultum
facere: et pæne imprudentia admissum facinus miserabile, ni
utrimque præmissi equites rem exploravissent. Igitur pro metu
repente gaudium exortum, milites alius alium læti adpellant,
acta edocent atque audiunt: sua quisque fortia facta ad cœlum
fert. Quippe res humanæ ita sese habent: in victoria vel igna-
vis gloriari licet, advorsæ res etiam bonos detractant. Metellus 54
in isdem castris quatriduo moratus, saucios cum cura reficit, me-
ritos in præliis more militiæ donat, universos in concione laudat
atque agit gratias; hortatur ad cetera, quæ levia sunt, parem
animum gerant: pro victoria satis iam pugnatum, reliquos labo-

cent; *audiunt* Vinar. 2. Vrat. 2. *coelum ferre* inc. 2. Fabric. 1. m. pr. Putschii Cod. Tur. pro varia lect. habet *tollere. ferunt ad coelum* Leid. k. *detractant* Ecc. incert. Struv. Franc. Vrat. 3. Heuss. Guelf. 2. 3. 7. 11. 12. Naz. m. pr. Leid. d. e. h. k. l. m. n. cfr. Broukhus. ad Prop. II. 2. Pier. ad Virg. Georg. 3. 57. ceteri variant. *detrectant* Vin. 1. Guelf. 1. plures Wassii. Tur. m. pr. sed *detractant* correctum et *male tractant* pro glossa adscriptum. *decretant* Bas. 1. Rem. 2. Leid. c. i. B. Pub. *detretant* Guelf. 4. Mark. A.

Cap. 54. *isdem* inc. Senat. 1. Fabr. 2. Guelf. 3. *hisdem* plerique Codd. in quibus Fabr. 1. Bas. 1. *triduo* Leid. l. *triduo aut quatriduo* deterior. Palat. *refecit* Sen. Vinar. 1. Guelf. 2. Struv. *curare fecit* Franc. Guelf. 9. 11. *curare facit* Leid. a. n. *saucios cura reficit* Bas. 4. inc. 1. Ecc. Guelf. 4. 7. plures Wassii. cfr. Senec. de Ben. 4. 1. *agit grates* Vin. 1. *iam pugn. satis* Bas. 1. *iam* om. Fabr. 1. *lab. prædæ fore.*

res pro præda fore. Tamen interim transfugas et alios opportunos, Iugurtha ubi gentium aut quid agitaret; cum paucisne esset, an exercitum haberet; ut sese victus gereret, exploratum misit. At ille sese in loca saltuosa et natura munita receperat: ibique cogebat exercitum numero hominum ampliorem, sed hebetem infirmumque, agri ac pecoris magis quam belli cultorem. Id ea gratia eveniebat, quod præter regios equites nemo omnium Numidarum ex fuga regem sequitur; quo cuiusque animus fert, eo discedunt: neque id flagitium militiæ ducitur: ita se mores habent. Igitur Metellus ubi videt etiam tum regis animum feroeem esse; bellum renovari, quod, nisi ex illius lubidine, geri non posset; præterea inimicum certamen sibi cum hostibus, minore detrimento illos vinci quam suos vincere: statuit non præliis neque in acie, sed alio more bellum gerundum. Itaque in Numidiæ loca opulentissima pergit, agros vastat, multa castella et oppida, temere munita aut sine præsidio, capit inceditque, puberes interficit, iubet alia omnia militum prædam esse. Ea formidine mult mortales Romanis dediti obsides; frumentum et alia, quæ usui forent, adfatim præbita: ubicumque res postulabat, præsi-

inc. Rem. 1. Struv. Vrat. 3. Guelf. 12. Leid. a. e. h. plures Wassii. Bas. 4. Bern. 1. *ubivis gentium* Teg. Leid. b. k. Vinar. 2. Acad. Senat. 2. Heuss. Vrat. 2. Guelf. 11. 12. Bern. 3. *regem sequebatur* Acad. Fabric. 2. Struv. Guelf. 10. Leid. a. b. f. h. k. unus Wassii. Bas. 4. *eo disc. eo* om. Erl. *animum regis etiam tum ferocem* sic Gruterus paucis et deterior. Cortii libris omnibusque Leid. adsentientibus. *etiam tum regis anim.* Fabric. Turic. *tum et r. a.* Comm. *reg. et t. an.* Ac. Sen. 1. Struv. Rem. 2. Guelf. 1. 2. 3. Palatin. 1. 2. *etiam reg. tum an.* Bas. 1. *feroc. esse* verbum om. Ecc. *bellum revocare* Teg. *inimicum cert. sibi* ita longe plurimi libri. *iniquum* Franc. inc. 1. Guelf. 1. 2. 3. Leid. d. g. m. *non iniq.* Leid. c. *in acie* Fabric. inc. Vinar. Bas. 1. Acad. Senat. 1. Franc. Guelf. 1. 2. 3. 7. meliores Palat. *gerundum* Fabric. 1. Acad. Bas. 1. Vrat. 1. Guelf. 1. 9. Rivii libri. Bern. 1. *loca Num.* Erl. Teg. Bas. 4. Tur. Bern. 1. 3. *capit incendit* Senat. 2. Heuss. *interficit iubet* ita omnes fere libri. *interfici* unus Putschii liber. *præda esse* Struv. Guelf. 2. *pr. fore* Leid. l. *præb. sunt*

dium impositum. Quæ negotia multo magis quam prælium male
pugnatum ab suis regem terrebant; quippe cui spes omnis in fu-
ga sita erat, sequi cogebatur; et qui sua loca defendere nequive-
rat, in alienis bellum gerere. Tamen ex copia quod optumum
videbatur consilium capit: exercitum plerumque in isdem locis
opperiri iubet; ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur,
nocturnis et aviis itineribus ignoratus Romanos palantis repente
adgreditur; eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur:
nemo omnium intactus profugit; et Numidæ, priusquam ex castris
subveniretur, sicuti iussi erant, in proxumos collis discedunt.
Interim Romæ gaudium ingens ortum cognitis Metelli rebus: ut 55
seque et exercitum more maiorum gereret; in advorso loco victor
tamen virtute fuisset; hostium agro potiretur; Iugurtham magni-
ficum ex Auli socordia spem salutis in solitudine aut fuga coegis-
set habere. Itaque Senatus ob ea feliciter acta dis immortalibus
supplicia decernere: civitas trepida antea et sollicita de belli even-
tu læta agere: fama de Metello præclara esse. Igitur eo intentior
ad victoriam niti, omnibus modis festinare, cavere tamen, necu-
bi hosti opportunus fieret: meminisse, post gloriam invidiam

Leid. c. h. m. Erl. Teg. Tur. *impos. est* Erl. Teg. Leid. k. Tur. *quippe cui* Bas. 1. 4. Acad. Struv. incert. 1. Rem. 1. Ecc. Guelf. 3. 7. aliquot Rivii. quinque Wassii. Leid. e. i. m. *cuique* Leid. h. *cuius* Gruteri meliores, plures Cortii. Tur. *ex inopia quod opt.* ita omnes fere libri. *ex copia* Guelf. 4. m. pr. *ex in copia* Guelf. 2. *isdem loc.* Senat. 1. Fabric. 2. incert. 1. Guelf. 2. 3. *hisdem* celeri. *palanteis* aliquot Rivii libri. *dilect eq.* Ac. *ignaros Romanos* Vin. 1.

Cap. 55. *ortum est* Leid. a. g. h. n. *est ortum* Leid. d. f. *Albini soc.* Leid. c. e. incert. Fabric. Guelf. 3. Teg. Turic. *secord.* Leid. m. *ut in adv. loco* Ecc. Struv. Senat. 2. Heuss. Guelf. 3. 7. 9. 10. 12. Bern. 3. *ut quamvis i. a. l.* Guelf. 4. *dis* Fabr. 1. Bas. 1. Turic. *tamen v. f. virtute* Erl. Teg. Tur. *lætitiam ag.* Vrat. 1. Senat. 2. Heuss. Leid. g. n. Bas. 4. Turic. Bern. 3. *læti agere* Guelf. 1. 12. m. pr. *de Metello fama præclara esse* hoc ordine priores Edit. Bas. 1. Bern. 1. 3. omnes Leid. credo. *fama d. M. pr. e.* Vin. 1. Fabric. inc. 1. Guelf. 2. 3. Turic. Bas. 4. *igitur eo int. eo* om. Guelf. 3. *ne ubi* Vin. 1. Fabric. 2. Struv. Vratisl. 2. Rem. 1. inc. 2. *ne alicubi*

sequi. Ita quo clarior, eo magis anxius erat : neque post insidias Iugurthæ effuso exercitu prædari: ubi frumento aut pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu præsidium agitabant: exercitus partem ipse, reliquos Marius ducebat. Sed igni magis quam præda ager vastabatur. Duobus locis haud longe inter se castra faciebant; ubi vi opus erat, cuncti aderant: ceterum, quo fuga atque formido latius cresceret, divorsi agebant. Eo tempore Iugurtha per collis sequi: tempus aut locum pugnæ quærere, qua venturum hostem audierat, pabulum et aquarum fontes, quorum penuria erat, corrumpere : modo se Metello, interdum Mario ostendere; postremos in agmine temptare ac statim in colles regredi; rursus aliis, post aliis minitari: neque prælium facere, neque otium pati; tantummodo hostem ab incepto retinere.

56 Romanus imperator ubi se dolis fatigari videt, neque ab hoste copiam pugnandi fieri; urbem magnam et in ea parte, qua sita erat, arcem regni, nomine Zamam, statuit oppugnare; ratus id, quod negotium poscebat, Iugurtham laborantibus suis auxilio venturum ibique prælium fore. At ille, quæ parabantur, a perfugis edoctus, magnis itineribus Metellum antevenit; oppidanos hortatur, mœnia defendant, additis auxilio perfugis; quod genus ex copiis regis, quia fallere nequibat, firmissumum erat. Præterea pollicetur in tempore semet cum exercitu adfore. Ita

Rem. 2. Guelf. 4. Bern. 3. *clarior erat - anxius erat. erat* posteriore loco omittunt Fabr. priore om. Grut. Wass. Haverc. Leid. a. b. c. d. e. f. g. h. k. Bern. 3. *animus anxius* Naz. Commel. Palat. 2. Pemb. Arond. Reg. Mark. Γ. Λ. atiquot Wassii. Ac. Senat. 1. Guelf. 1. 9. *quo clarior et magis anxius erat* Bern. 1. *animi anxius* Cort *animus eius* Bas. 4. *magis animosior erat* Tur. m. pr. Fabr. 1. m. pr. *cresceret* Havercl. edidit, ita omnes Paris. Teg. *crescerent* Cort.

Cap. 56. *dol. fatigatum* multi Leid. *addit his aux. perfugas* Vin. 2. unus Rivii. (sed is pron. om.) *eo quod fallere* Teg. *nequibant* Guelf. 2. Bas. 2. m. pr. *firm. erat. erut* om. incert. 2. *semet* om. Guelf. 1. *semet ipsum* Guelf. 10. Senat. 1. Bern. 1. 3. *Itaque - discessit* Guelf. 2. *discessit* etiam Tur. *ac post paullo* Fabr. Vinar. ius. Sen.

compositis rebus, in loca quam maxume occulta discedit ac post paullo cognoscit, Marium ex itinere frumentatum cum paucis cohortibus Siccam missum: quod oppidum primum omnium post malam pugnam ab rege defecerat. Eo cum delectis equitibus noctu pergit et iam egredientibus Romanis in porta pugnam facit: simul magna voce Siccenses hortatur, uti cohortes ab tergo circumveniant: fortunam illis præclari facinoris casum dare; si id fecerint, postea sese in regno, illos in libertate sine metu ætatem acturos. Ac ni Marius signa inferre atque evadere oppido properavisset, profecto cuncti aut magna pars Siccensium fidem mutavissent; tanta mobilitate sese Numidæ agunt. Sed milites Iugurthini paullisper ab rege sustentati, postquam maiore vi hostes urguent, paucis amissis, profugi discedunt. Marius ad Zamam 57
pervenit; id oppidum in campo situm, magis opere quam natura munitum erat: nullius idoneæ rei egens, armis virisque opulentum. Igitur Metellus, pro tempore atque loco paratis rebus, cuncta mœnia exercitu circumvenit, legatis imperat, ubi quisque curaret: deinde signo dato undique simul clamor ingens oritur; neque ea res Numidas terret; infensi intentique sine tumultu manent: prælium incipitur. Romani, pro ingenio quisque, pars eminus glande aut lapidibus pugnare; alii succedere ac murum modo subfodere, modo scalis adgredi: cupere prælium in mani-

2. Heuss. Guelf. 2. 3. 11. Rivii libri, Bas. 1. Bern. 1. 3. *paullo post* ceteri. *fortunam illis* pron. om. Senat. 1. *illi* Guelf. 9. *illos* Fabr. et Teg. m. pr. *Num. gerunt* deterior. Codd. sed etiam Bas. 1. Bern. 3. *agunt* Vin. 1. Fabr. Guelf. 1. Naz. Commel. reliqui vetustiores. *ab rege* om. Guelf. 4. Cod. Bongarsii. Palat. 9. *substentati* Bern. 1. *urguent.* inc. 2. Guelf. 3.

Cap. 57. *munitum erat. erat* om. Bern. 1. 3. Vin. 2. *clamor exoritur* Fabr. inc. 1. Leid. 2. Teg. *evadere alii, alii succedere* ita aliquot Leid. et Naz. sed ordine mutato. ita Carrio edidit. Sen. 1. m. sec. addidit; contra Fabr. 1. m. pr. *alii evadere vel succedere vel murum ascendere, vel murum* etc. ita Teg. et Tur. *subfodere* Fabr. 1. Bas.

bus facere. Contra ea oppidani in proxumos saxa volvere; sudes,
pila, præterea picem sulphure et tæda mixtam ardentia mittere.
Sed ne illos quidem, qui procul manserant, timor animi satis
muniverat; nam plerosque iacula tormentis aut manu emissa
volnerabant parique periculo, sed fama impari, boni atque igna-
58 vi erant. Dum apud Zamam sic certatur, Iugurtha ex improviso
castra hostium cum magna manu invadit: remissis, qui in præ-
sidio erant, et omnia magis quam prælium exspectantibus, portam
irrumpit. At nostri, repentino metu perculsi, sibi quisque pro mo-
ribus consulunt: alii fugere, alii arma capere: magna pars vol-
nerati aut occisi. Ceterum ex omni multitudine non amplius qua-
draginta, memores nominis Romani, grege facto locum cepere
paullo quam alii editiorem, neque inde maxuma vi depelli qui-
verunt: sed tela eminus missa remittere, pauci in pluribus minus
frustrati: sin Numidæ propius accessissent, ibi vero virtutem osten-
dere et eos maxuma vi cædere, fundere atque fugare. Interim
Metellus quum acerrume rem gereret, clamorem hostilem ab ter-
go accepit: dein, convorso equo animadvortit, fugam ad se vor-
sum fieri: quæ res indicabat popularis esse. Igitur equitatum

1. Sen. 1. *præterea pice et sulphure tædam mistam ardentia mittere.* hanc lectionem Grut. ex coniectura invexit, ita legit Vrat. 1. *picem et sulphure tædam mixtam ardenti* Fabr. Rivii. Tur. *picem sulphure et tædam mixtam ardenti* Carrio edidit. confirmant Fabr. 2. Struv. Ecc. Guelf. 2. 7. 9. Leid. d. e. f. h. i. k. Pal. 2. 5. 7. *sulphur et picem et tædam mixtam ardentia* Vrat. 2. *picem sulphure et tædam mixtam ardenti* Fabr. 1. inc. 1. Rem. 1. Vrat. 3. Guelf. 12. Paris. a. e. Bas. 4. accedunt Senat. 2. Heuss. Guelf. 1. 10. 11. sed mutato verborum ordine, copulæ maxime positione variante. similes sunt Vin. 2. et Rem. 2. nisi quod *ardentia* legunt. *tædas mixtas ardentia.* Guelf. 3. *picem cum sulphure et tæda mixtam ardentia* Acad. *picem sulphure et tæda mixtam ardentia* Vin. 1. Bas. 1. Sen. 1. Paris. c. d. Bern. 3. Pemb. B. Pub. Mark. A. Guelf. 4. Leid. l. etiam Naz. nisi quod *tædam* legit. *omnia hæc ardentia* aliquot Palmerii. *omnia ardentia* Leid. g. *sed ne illos quidem. quidem* om. Vinar. 2. Struv. Guelf. 7. 12. *nec* legunt Bern. 1. Ecc. Rem. 1. Sen. 2. Heuss. Guelf. 4. etiam Ac. inc. 2. qui tamen *quidem* omiserunt. *volnerabant* Ac. Sen. 2. Heuss. Vrat. 2.

omnem ad castra propere misit, ac statim C. Marium cum cohortibus sociorum; eumque lacrumans per amicitiam perque rempublicam obsecrat, ne quam contumeliam remanere in exercitu victore, neve hostis inultos abire sinat: ille brevi mandata efficit. At Iugurtha munimento castrorum impeditus, quum alii super vallum præcipitarentur, alii in angustiis ipsi sibi properantes obficerent: multis amissis in loca munita sese recepit. Metellus, infecto negotio, postquam nox aderat, in castra cum exercitu revortitur. Igitur postero die, prius quam ad oppugnandum egre- 59
deretur, equitatum omnem in ea parte, qua regis adventus erat, pro castris agitare iubet: portas et proxuma loca tribunis dispertit: deinde ipse pergit ad oppidum atque ut superiore die murum adgreditur. Interim Iugurtha ex occulto repente nostros invadit; qui in proxumo locati fuerant, paullisper territi perturbantur: reliqui cito subveniunt. Neque diutius Numidæ resistere quivissent, ni pedites cum equitibus permixti magnam cladem in congressu facerent, quibus illi freti, non, ut equestri prælio solet, sequi dein cedere; sed advorsis equis concurrere, implicare ac perturbare aciem, ita expeditis peditibus suis, hostis pæne victos

Cap. 58. *irrupit* Fabr. 1. inc. 1. Guelf. 7. Bas. 4. *occisi sunt* Leid. d. g. h. m. n. Erl. Bas. 4. *frustrare* Tur. Bern. 1. Ecc. Sen. 2. Heuss. Guelf. 7. 10. *quivere* aliquot Rivii. *clam. vel tumultum* Senat. 1. Vin. 1. Acad. Struv. inc. 1. Ecc. Guelf. 1. 2. 7. Tur. Bern. 3. *clam. host. vel tum.* Leid. b. c. *clamore vel tum.* Bas. 1. *clam. ut tum.* Paris d. *clam. tum.* Paris. e. Bas. 4. *clam. et* Franc. om. *et tumult.* Fabr. om. *propere misit* Bas. 1. 4. Fabr. Ac. Struv. Ecc. Guelf. 1. 4. 10. 11. omnes fere Leid. Erl. Tur. *effecit* Senat. 1. Vin. 2. Ecc. Guelf. 2. 9. Bas. 4. *recepit* Fabric. Bas. 1. Vinar. 1. Rem. inc. 2. Franc. Ecc. Guelf. 1. 2. 4. 9. Leid. a. b. c. d. e. f. g. i. l. m. Bern. 3. sed *recipit* omnes Palat. et Wassii, Rivii aliquot, Cortii plures.

minatus est. Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quinctium, vidistis: quantæ denique nunc mihi turbæ concitantur! quæ profecto incassum agebantur, si prius quam vos serviundi finem, illi dominationis facturi erant: præsertim quum his civilibus armis dicta alia, sed certatum utrimque de dominatione in vobis sit. Itaque cetera ex licentia, aut odio, aut avaritia in tempus arsere. Permansit una res modo, quæ utrimque quæsita est et erepta in posterum, vis tribunicia, telum a maioribus libertati paratum; quod ego vos moneo quæsoque ut animadvortatis: neu nomina rerum ad ignaviam mutantes, otium pro servitio adpelletis. Quo iam ipso frui, si vera et honesta flagitium superaverit, non est conditio: fuisset si omnino quiessetis. Nunc animum advortite: et nisi viceritis, quoniam omnis iniuria gravitate tutior est, artius habebunt. Quid censes igitur? aliquis vestrum subiecerit. Primum omnium omittendum morem hunc, quem agitis, impigræ linguæ, animi ignavi, non ultra concionis locum memores libertatis. Dein (ne vos ad virilia illa vocem, quo tribunos plebei, modo patricium magistratum, libera ab auctoribus patriciis suffragia maiores vestri paravere); quum vis omnis, Quirites, in vobis sit, et quæ iussa nunc pro aliis toleratis, pro vobis agere aut non agere certe possitis, Iovem aut alium quem deum consultorem exspectatis? magna illa consulum imperia et patrum decreta, vos exsequendo rata efficitis, Quirites, ultroque licentiam in vos auctum atque adiutum properatis. Neque ego vos ultum iniurias hortor; magis uti requiem cupiatis: neque discordias, ut illi criminantur, sed earum

tic. et veteres libri a Ciacconio laudati. *agerentur* vulgo. *Nunc animum advertere* Fabr. Bric. *om.* – *agitis* C. Fronto s. v. *agere*. *quum tribunos plebis* libri a Ciacconio laudati. *quos* Ursini liber. *magistratuum* Vatic. Fabr. Bric. mihi quidem legendum esse videbatur *maxumam partem magistratuum*, sed auctoritati Codd. cessit audacia. *quamvis omnis Quirites* ita veteres libri a Ciacconio laudati. *quum vis omnis* Latinus Latinius Viterbiensis coniecit, confirmat Vaticanus. *uti quæ iussa* vulgo.

finem volens, iure gentium res repeto: et si pertinaciter retinebunt, non arma neque secessionem, tantummodo ne amplius sanguinem vestrum præbeatis, censebo. Gerant habeantque suo modo imperia; quærant triumphos: Mithridatem, Sertorium et reliquias exsulum persequantur cum imaginibus suis. Absit periculum et labos, quibus nulla pars fructus est; nisi forte repentina ista frumentaria lege munia vestra pensantur: qua tamen quinis modiis libertatem omnium æstumavere, qui profecto non amplius possunt alimentis carceris. Namque ut illis exiguitate mors prohibetur, senescunt vires: sic neque absolvit cura familiari tam parva res, et ignavus quisque tenuissima spe frustratur: quæ tamen quamvis ampla, quoniam servitii pretium ostentaretur, cuius torpedinis erat decipi et vestrarum rerum ultro iniuria gratiam debere? Namque alio modo neque valent in universos, neque conabuntur. Cavendus tamen dolus est. Itaque simul comparant delenimenta, et differunt vos in adventum Cn. Pompeii; quem ipsum, ubi pertimuere, sublatum in cervices suas, mox demto metu lacerant. Neque eos pudet, vindices, uti se ferunt, libertatis, tot viros sine uno, aut remittere iniuriam non audere, aut ius non posse defendere. Mihi quidem satis spectatum est, Pompeium, tantæ gloriæ adulescentem, malle principem volentibus vobis esse, quam illis dominationis socium, auctoremque in primis fore tribuniciæ potestatis. Verum, Quirites, antea singuli cives in pluribus, non in uno cuncti præsidia habebatis: neque mortalium quisquam dare aut eripere talia unus poterat. Itaque verborum satis dictum est.

et quæ Vatic. Fabr. Bric. *nèque - hortor* C. Fr. *hortor. censebo* Vatic. Fabr. Bric. *censeo* vulgo. *quinis modIs* ita Vatic. *ignavi qui usque tenuissimus perfrustrantur* Vatic. Fabr. Bric. *ignavus qui usque* Vatic. inde orta est ingeniosa Puteani emendatio, qua genuina auctoris verba restituta puto; quare recepi. *dominationis et socium et* om. Fabr. Bric. *et Lipsius* iam antea coniectura deleverat. *neque enim ignorantia claudit res* Don. ad Eunuch. 1, 2, 84. *nescio qua vos torpedo* ita omnes libri.

*

Neque enim ignorantia res claudit. Verum occupavit nescio qua vos torpedo, qui non gloria movemini neque flagitio, cunctaque præsenti ignavia mutavistis, abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur et huc ire licet et illuc, munera ditium dominorum. Atque hæc eadem non sunt agrestibus; sed cæduntur inter potentium inimicitias donoque dantur in provincias magistratibus. Ita pugnatur et vincitur paucis: plebes, quodcumque accidit, pro victis est et in dies magis erit: si quidem maiore cura dominationem illi retinuerint, quam vos repetiveritis libertatem.

23. Postquam egressus angustias. — 24. Ad Cyzicum porrexit firmatus animi. — 25. Ut sustinere corpora plerique nequeuntes [fessi] arma sua quisque stans incumberet. — 26. Ac statim fugitivi, contra præceptum ducis, rapere ad stuprum virgines matronasque. — 27. Quibus a Sertorio triplices insidiæ per idoneos saltus positæ erant: prima, qui forte venientes exciperent. — 28. Ingens ipse virium atque animi. — 29. Locum nullum, nisi in quo armati institissent. — 30. At Oppius postquam orans nihil proficiebat, timide veste tectum pugionem expedire conatus, a Cotta Vulcioque impeditur. — 31. Castrisque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur. — 32. Sed Pompeius a prima adulescentia, sermone fautorum similem fore se credens Alexan-

vos nescio quæ vulgo. *quia non gloria* Vatic. *qui non* Fabr. Bric. *scilicet quia tergis abstinetur* ita hæc laudat Serv. Aen. 1, 215. *vincitur a paucis. a* delevit Cortius; recte factum iudico.

23. C. Fr. *egressus.* — 24. id. *firm.* — 25. id. *incumb.* sed *instans* habet, perperam; *fessi arma sua quisque stantes incumbere* Serv. Aen. 9, 229. — 26. Non. 6, 44. — 27. *quibus-prima* Serv. Georg. 2, 98; cetera apud eundem ad Aen. 11, 896. leguntur. sed Codd. quam maxime variant, *primo. fonte* passim leguntur. *prima* unice verum esse, inde patet, quod Servius hunc locum laudavit, ut *insidia* singulari numero a Salustio dictum esse comprobaret. — 28. C. Fr. *ing.* — 29. id. *inst.* — 30. Non. 18, 9. — 31. id. 4, 235. — 32. id. 4, 13. ubi corrupte *æmulatus* legitur cfr. 9, 18. — 53. C. Fr. *dub.* — 34. id. *grat.* — 35. Non. 4, 3; sed ibi

dro regi, facta consultaque eius quidem æmulus erat. — 33. Dubius consilii. — 34. Post reditum eorum, quibus senatus belli Lepidani gratiam fecerat. — 35. Quod ubi frustra temptatum est, socordius ire milites occœpere, non aptis armis, ut in principio, et laxiore agmine. — 36. Atque eum Curio laudatum accensumque præmiorum spe, quibuscum optavisset, ire iubet. — 37. Eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum multo sanguine suorum defendens, postquam ex sarcinis paludamenta, hastati et delectæ cohortes intellegi cœpere. — 38. Fine inguinum ingrediuntur mare. — 39. M. Antonius perdundæ pecuniæ genitus, vacuusque a curis, nisi instantibus. — 40. Muros successerant. — 41. Saxaque ingentia et axe vinctæ trabes per pronum incitabantur, axibusque eminebant in modum ericii militaris veruta binum pedum. — 42. Octavium mitem et captum pedibus. — 43. Igitur discubuere, Sertorius inferior in medio, super eum L. Fabius Hispaniensis, senator ex proscriptis; in summo Antonius et infra scriba Sertorii Versius; et alter scriba Mæcenas in imo, medius inter Tarquitium et dominum Perpennam. — 44. Quarum unam epistolam forte cum servo nacti prædatores Valeriani scorpione in castra misere. — 45. Dein lenita iam ira postero die liberalibus verbis permulcti sunt.

obrepere legitur, *occœpere* Iunius emendavit. — 36. id. 4, 334; sed apud Gothofredum: *cum cupio laudatum, accensum, quæ præmiorum spes*: alii *iuvet*: *cæpio* aliquot, omnia pessime. — 37. id. 13, 11; pro *adstari*, quod vulgo legitur, vetus codex *obstari*; utrumque corrupte. *hastati* V. D. emendarunt. — 38. C. Fr. *fin.* Philarg. ad Georg. 3, 53. — 39. *perdendæ pecuniæ genitus* C. Fr. *gen.* cetera ex Asconio; qui in III. contra Verr. Orat. pag. 376. Edit. Ald. 1563. ita: „postquam M. Antonii infinitum illud imperium senserant et quem Salustius ait *perdundæ pecuniæ genitum et vacuum a curis nisi instantibus.*" — 40. C. Fr. *suc.* Serv. ad Eclog. 5, 5. — 41. Non. 18, 16. *in mod.-mil.* Serv. Aen. 9, 505. — 42. C. Fr. s. v. *capt.* — 43. Serv. Aen. 1, 698; sed in nominibus scribendis maxima varietas; *Tarquinium* plurimi; *Perperna* aliquot. — 44. Non. 8, 7. — 45. Prisc. 9, 9, 466. hæc vulgo in librum quartum transferuntur.

Lib. IV.

1. At Cn. Lentulus patriciæ gentis, collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit, per incertum stolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emtoribus bonorum remiserat, exigenda promulgavit. — 2. Omnes, quibus ætas senecto corpore, animus militaris erat. — 3. Implicitæ rates ministeria prohibebant. — 4. Igitur legiones pridie in monte positas accersivit. — 5. Anxius animi, atque incertus. — 6. Magnam exorsus orationem. — 7. Impotens et nimius animi est. — 8. Amisumque assideri sine præliis audiebat. — 9. Qui quidem mos, uti tabes, in urbem coniectus. — 10. Castella custodias thesaurorum in deditionem acciperentur.

Epistola Regis Mithridatis scripta ad Regem Arsacen.

12. Rex Mithridates regi Arsaci S. Omnes, qui secundis rebus suis ad belli societatem orantur, considerare debent, liceatne tum pacem agere. Dein quod quæritur, satisne pium, tutum, gloriosum, an indecorum sit. Tibi si perpetua pace frui licet, nisi hostes opportuni et sceleratissumi, et egregia fama, si Romanos oppresseris, futura est; neque petere audeam societatem, et frustra mala mea cum tuis bonis misceri sperem. Atque ea, quæ te morari posse videntur, ira in Tigranem recentis belli, et meæ res parum prosperæ, si vera existumare voles, maxume hortabuntur. Ille enim obnoxius, qualem tu voles societatem, accipiet: mihi fortuna, multis rebus ereptis, usum dedit bene suadendi: et, quod florentibus optabile est, ego non validissumus

Lib. IV. 1. Aul. Gell. 18, 4. — 2. Prisc. 9, 9, 464. et 10, 3, 487. — 3. id. 9, 7, 455. — 4. id. 10, 8, 504. *lacessivit* Cod. Zwicc. 2. Lips. 1, 2. — 5. C. Fr. *aux.* — 5. id. *exors.* — 7. id. *nim.* — 8. Prisc. 8, 15, 419. *Amissumque* legitur ap. Krehl. *Amisum* coni. Douza. — 9. Fest. *tabes.* — 10. Serv. Aen. 11, 801. Charis. p. 83. —

præbeo exemplum, quó rectius tua componas. Namque Romanis, cum nationibus, populis, regibus cunctis, una et ea vetus caussa bellandi est, cupido profunda imperii et divitiarum; qua primum cum rege Macedonum Philippo bellum sumpsere. Dum a Carthaginiensibus premebantur, amicitiam simulantes ei subvenientem Antiochum concessione Asiæ per dolum avortere; ac mox tracto Philippo Antiochus omni cis Taurum agro et decem millibus talentorum spoliatus est. Persen deinde Philippi filium, post multa et varia certamina, apud Samothracas deos acceptum in fidem, callidi et repertores perfidiæ, quia pacto vitam dederant, insomniis occidere. Eumenem, cuius amicitiam gloriose ostentant, initio prodidere Antiocho, pacis mercedem; post Attalum custodem agri captivi sumptibus et contumeliis ex rege miserrumum servorum effecere: simulatoque impio testamento, filium eius Aristonicum, quia patrium regnum petiverat, hostium more per triumphum duxere: Asia ab ipsis obsessa est: postremo Bithyniam, Nicomede mortuo, diripuere; cum filius Nusa, quam reginam adpellaverant, genitus haud dubie esset. Nam quid ego me adpellem? quem disiunctum undique regnis et tetrarchiis ab imperio eorum, quia fama erat, divitem neque serviturum esse, per Nicomedem bello lacessiverunt; sceleris eorum haud ignarum, et ea, quæ accidere, testatum antea, Cretenses solos omnium liberos ea tempestate et regem Ptolemæum. Atque ego ultus iniurias, Nicomedem Bithynia expuli, Asiamque spolium regis Antiochi recepi, et Græciæ demsi grave servitium. Incepta mea postremus servorum Archelaus, exercitu prodito, impedivit: illique

12. *Tibi-sperem* ita Carrio ex Mss. quæ vulgo est scriptura, omnino sensu caret. *videntur* Vatic. *videtur* Fabr. Bric. *qua primum* libri aliquot. *primo tracto Phil.* Vatic. in ceteris Codd. *tracto* omissum. *post Attalum* ita Fabr. Bric. et Ursini liber. *posthabitum* vel *posthabita* ceteri. *totam Bithyniam* vulgo. sed *totam* om. veteres libri. *quam reginam adpellarant* Vatic. *quem regem iam* Fabr. Bric. *soli omnium li-*

quos ignavia aut prava caliditas, uti meis laboribus tuti essent, armis abstinuit, acerbissumas pœnas solvunt: Ptolemæus pretio in dies bellum prolatans, Cretenses impugnati semel iam, neque finem nisi exscidio habituri. Equidem quum mihi ob ipsorum interna mala dilata prælia magis quam pacem datam intellegerem; abnuente Tigrane, qui mea dicta sero probat, te remoto procul, omnibus aliis obnoxiis, rursus tamen bellum cepi. Marcumque Cottam, Romanum ducem, apud Chalcedona terra fudi, mari exui classe pulcherruma. Apud Cyzicum magno cum exercitu in obsidio moranti frumentum defuit, nullo circum adnitente: simul hiems mari prohibebat. Ita, sine vi hostium regredi coactus in patrium regnum, naufragiis apud Parium et Heracleam militum optumos cum classibus amisi. Restituto deinde apud Caberam exercitu, et variis inter me atque Lucullum præliis, inopia rursus ambos incessit. Illi suberat regnum Ariobarzanis bello intactum: ego, vastis circum omnibus locis, in Armeniam concessi: secutique Romani non me sed morem suum omnia regna subvortundi, quia multitudinem artis locis pugna prohibuere, imprudentiam Tigranis pro victoria ostentant. Nunc quæso considera, nobis oppressis utrum firmiorem te ad resistendum, an finem belli futurum putes? scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum et auri esse: et, ea re a nobis ad societatem, ab illis ad prædam peteris. Ceterum consilium est, Tigranis regno integro, meis militibus belli prudentibus, procul ab domo, parvo labore, per nostra corpora bellum conficere: quomodo neque vincere neque

beri et rex Ptolemœus. ita olim legebatur contra Codd. *die bellum prolatat* vulgo, *dies bellum prolatans* Fabr. Bric. *in d. prolatans* Vatic. *regredi conatus* vetus editio Fabr. *apud Param* olim editum est. *Parum* Fabr. Bric. *Patrum* Vatic. *Parium* legendum. *Caberam* ita Mss. *Cabira* vulgo. *inter-incess.* hæc leguntur apud Charis. pag. 95. sed ibi perperam *prope* pro *prœliis. vastatis circum* vulgo. *vastis* Fabr. et vetus editio. *scio - conficere* Charis. p. 177. *belli prudentibus* quod vulgo omissum

vinci sine tuo periculo possumus. An ignoras Romanos, postquam ad occidentem pergentibus finem Oceanus fecit, arma huc convortisse? neque quicquam a principio nisi raptum habere, domum, coniuges, agros, imperium? convenas olim, sine patria, sine parentibus, peste conditos orbis terrarum: quibus non humana ulla neque divina obstant, quin socios, amicos, procul, iuxta sitos, inopes potentesque trahant, excidant, omniaque non serva et maxume regna hostilia ducant. Namque pauci libertatem, pars magna iustos dominos volunt; nos suspecti sumus æmuli et in tempore vindices adfuturi. Tu vero, cui Seleucia, maxuma urbium, regnumque Persidis inclitis divitiis est, quid ab illis nisi dolum in præsens et postea bellum exspectas? Romani arma in omnis habent, acerruma in eos, quibus victis spolia maxuma sunt; audendo et fallendo et bella ex bellis serendo magni facti. Per hunc morem exstinguent omnia aut occident: quod haud difficile est, si tu Mesopotamia, nos Armenia circumgredimur exercitum sine frumento, sine auxiliis, fortuna aut nostris vitiis adhuc incolumem. Teque illa fama sequetur, auxilio profectum magnis regibus latrones gentium oppressisse. Quod uti facias moneo hortorque; neu malis pernicie nostra tuam prolatare quam societate victor fieri.

13. Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus. — 14. Religione Vulcanaliorum impeditus. — 15. Scalas pares mœnium altitudine. — 16. Dissidere inter se cœpere neque in medium consultare. — 17. Multisque suspicionibus volentia plebi facturus videbatur. — 18.

fuerat, apud Charis. legitur. *quomodo neque* Fabr. Bric. vetus editio; *quando neque* ceteri. *exscindantque* Vaticanus. Fabri, Ursini et Ciacc. libris abest copula. *tuum imperium prolatare* vulgo. —

13. 14. Non. 8, 49. cfr. Charis. p. 46. ap. Pompei. Comm. A. D. p. 163. Ed. Lindemann. ita hæc leguntur: *Curio ibidem moratur regione Vulcanaliorum* et pag. 227. *religione Vulcanaliorum impeditus.* quare editor satis acute coniecit, duo diversa loca esse

Suspectusque fuit, incertum vero an per neglegentiam societatem prædarum cum latronibus composuisse. — 19. Collegam minorem et sui cultorem exspectans. — 20. Quam maxumis itineribus per regnum Ariobarzani contendit ad flumen Euphratem; qua in parte Cappadocia ab Armenia disiungitur. Et quamquam ad id naves codicariæ occulto per hiemem fabricatæ aderant. — 21. Namque primum Iasonem novo itinere mari Aeetæ hospitis domum violasse. — 22. Qui prætergrediebantur equites cataphracti, ferrea omni specie. — 23. Quum interim, lumine etiam tum incerto, duæ Galliæ mulieres conventum vitantes, ad menstrua solvenda montem ascendunt. — 24. Pluteosque rescindit ac munitiones demolitur, locoque summo potitur. — 25. Exercitum dimisit, ut primum Alpes digressus est. — 26. Tetrarchas regesque territos animi firmavit. — 27. Simul eos et cunctos iam inclinatos laxitate loci, plures cohortes atque omnes, ut in secunda re pariter acre, invadunt. — 28. Hi locorum pergnari et soliti nectere ex viminibus vasa agrestia, ibi tum, quod inopia scutorum fuerat, ad eam artem se quisque in formam parmæ equestris armabat. — 29. De pecore coria recens detracta quasi glutino adolescebant. — 30. Avidior modo properandi factus. — 31. Consilii æger. — 32. Revorsi postero die, multa, quæ properantes deseruerant in castris,

confusa. — 15. C. Fr. *par.* — 16. id. *inter.* — 17. Non. 4, 900. pro *videbatur.* ap. Gothofr. *habebatur* legitur. — 18. Non. 4, 62. — 19. C. Fr. *cultor.* — 20. Non. 13, 12. *Ariobarzani* legitur, quod reponendum. — 21. Prisc. 6, 11, 258. — 22. Non. 18, 28. — 23. Non. 8, 76. — 24. Non. 2, 204. — 25. C. Fr. *digr.* — 26. id. *territus.* — 27. Non. 2, 429. *in sec. in* ap. Goth. omissum. — 28. id. 18, 14. *pergnari* coniecit Douza. *perign.* vulgo. — 29. Serv. ad Georg. 3, 155. sed ad Aen. 7, 632: *qui de vimine facta scuta recentibus detractis coriis quasi glutino adolescebant* Philarg. ad Georg. 4, 40. *hic Glutino adolescebat* Charis. p. 67. et 106. — 30. C. Fr. *avidus.* — 31. *æger.* — 32. Non. 4, 232. — 33. id. 4, 228. — 34. id. 4, 68. — 55. C. Fr. *emergo.* 36. id. *propinquo.* — 37. Non. 4, 355. — 38. C. Fr. *patere.* — 39. id. *altus.* *alti* legi iussit A. Maius. *altis* adiecit Douza; quod probo. — 40. Prob.

nacti, quum se ibi cibo vinoque læti invitarent. — 33. Atque hiavit humus multa, vasta et profunda. — 34. Rursus iumenta nacti ad oppidum ire contendunt. — 35. Ubi se laniata navigia fundo emergunt. — 36. Tum vero Bithyni propinquantes iam amnem Tartanium. — 37. In quis notissumus quisque aut malo dependens verberabatur, aut immutilato corpore improbo patibulo eminens adfigebatur. — 38. Ad Siciliam vergens faucibus non amplius patet millibus quinque et triginta. — 39. Clausi lateribus pedem altis. — 40. Naphtas. — 41. Tenuit Lucullus thesauros custodias regias. — 42. Si nihil ante adventum suum inter plebem et patres convenisset, coram se daturum operam.

Lib. V.

1. At Lucullus, audito Q. Marcium Regem Proconsulem per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere. — 2. Legiones Valerianæ comperto, lege Gabinia Bithyniam et Pontum consuli datam, sese missos esse. — 3. Regem adversabatur. — 4. Ceteri negotia sequebantur familiaria legatorum aut tribunorum et pars sua commeatibus mercatis. — 5. Et uxori eius frater erat. — 6. Sæpe celebritatem nominis intellego timentem. — 7. Video ingentia dona quæsitum gratiæ properantem. — 8. Nam si in Pompeio quid

Cathol. 1465. et 1473. *hoc naphtas, huius naphtæ* etc. — 41. Pomp. Comm. A. D. p. 190. 191. hoc fragmentum diversum ab eo esse videtur, quod supra laudatum est. Nro. 10. — 42. Prisc. 14, 6, 608; præterea *munimenta madore infirmarentur* ex quarto hist. libro laudat; sed hæc haud dubie ad fragmentum 6 libri tertii referenda.

Lib. V. 1. Prisc. 18, 4, 122. *Lucilius* plerique Codd. *Proconsulem* Kr. ex Mss. Langer. Gphb. *pro consule* vulgo. — 2. id. ibid. p. 123. *datum* Codd. Gphb. Langer. Erl. *datam* vulgo. *esse missos* Codd. Lips. A. B. Lang. *esse missos esse* Codd. Gphb. et Gemblac. *sese missos* Douza. — 3. C. Fr. *adv.* — 4. Non. 2, 535. — 5. C. Fr. *m. sec. qui ux.* — 6. Prisc. 18. 4, 113. *te lego* plurimi libri; *intelligo* vulgo; etiam cetera maxime variant cfr. Kr. — 7. id. ibid. *indigentiam* aliquot libri. *quæsitum ire*

humani evenisset. — 9. Quibus de caussis Sullam in victoria dictatorem descendere equo, uni sibi adsurgere sella, caput aperire solitum. — 10. Dædalum ex Sicilia profectum quo Minois fugeret iram atque opes.

FRAGMENTA

INCERTORUM LIBRORUM.

1. Ne inrumiendi po - - - - - - sublicibus cavata - - - - - - sent. — 2. Cuius duas insulas propinquas inter se, et decem stadium procul a Gadibus sitas, constabat suopte ingenio alimenta mortalibus gignere. — 3. Serum bellum in angustiis futurum. — 4. Illi tertio mense pervenere in Pontum multo celerius spe Mithridatis. — 5. Ergo senati decreto serviundumne sit. — 6. Pompeius oris improbi, animoque inverecundo. — 7. Simulans sibi alvum purgari. — 8. Fecit ut nunciis confestim lugubribus. — 9. Communem habitum transgressus. — 10. Inter arma civilia æqui boni famas petit. — 11. Haud impigre neque inultus occiditur. — 12. Festinantibus in summa inopia patribus. — 13. Hostes oppressi aut elapsi forent. — 14. Exercitum argento fecit. – 15. Togam paludamento mutavit. — 16. Ibi triennio frustra trito.

Oratio C. Cottæ Consulis ad Populum.

17. Quirites, multa mihi pericula domi militiæque, multa advorsa fuere: quorum alia toleravi, partim repuli deorum auxiliis et virtute mea: in quis omnibus neque animus negotio defuit

in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. — 8. C. Fr. *evenire.* — 9. ita C. Fr. *adsurgere.* sed *in victoria* om. Non. 4, 5. *uni* om. *equo descendere* et *surgere de sella* habet. idem 4, 430. *sella surgere* cfr. Serv. ad Aen. 1, 111. Aen. 3, 206. — 10. Prisc. 6, 13, 265.

FRAGMENTA INCERTORUM LIBRORUM.

1. Fest. s. v. *sublicium.* — 2. Non. 9, 1. *sitas* pro *satis*, quod legitur, a Carrione correctum est. hunc locum alii alio libro. VI, VII, IX, X, XI. adscribunt. — 3. Serv.

neque decretis labos. Malæ secundæque res, opes, non ingenium mihi mutabant. At contra in his miseriis cuncta me cum fortuna deseruere. Præterea senectus, per se gravis, curam duplicat: cui misero, senecta iam ætate, ne mortem quidem honestam sperare licet. Nam, si parricida vestri sum, et bis genitus hic deos Penates meos, patriamque, et summum imperium vilia habeo: quis mihi vivo cruciatus satis est, aut quæ pœna mortuo? quum omnia memorata apud inferos supplicia scelere meo vici. A prima adulescentia in ore vestro privatus et in magistratibus egi: qui lingua, qui consilio meo, qui pecunia voluere, usi sunt: neque ego callidam facundiam neque ingenium ad male faciendum exercui: avidissumus privatæ gratiæ maxumas inimicitias pro republica suscepi: quis victus cum illa simul, quum egens alienæ opis, plura mala exspectarem; vos, Quirites, rursus mihi patriam deosque Penates, cum ingenti dignitate dedistis. Pro quibus beneficiis vix satis gratus videar, si singulis animam, quam nequeo, concesserim. Nam vita et mors iura naturæ sunt: uti sine dedecore cum civibus, fama et fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur. Consules nos fecistis, Quirites, domi bellique impeditissuma republica. Namque imperatores Hispaniæ stipendium, milites, arma, frumentum poscunt; et id res cogit; quoniam defectione sociorum et Sertorii per montes fuga, neque manu certare possunt neque utilia parare. Exercitus in Asia Ciliciaque ob nimias opes Mithridatis aluntur: Macedonia plena hostium est: nec minus Italiæ marituma et provinciarum: quum interim vectigalia parva et bellis incerta, vix

Aen. 5, 524; 6, 569. — 4. C. Fr. *citius* hæc ex libro 1. laudantur. — 5. Don. ad Andr. 2, 2, 28. — 6. Sueton. de claris Gramm. cap. 10. — 7. Isidor. 11, 1. Serv. Aen. 2, 19. — 8. Charis. p. 177. — 9. Prisc. 14, 3, 596. — 10. Senec. Ep. 114. — 11. Don. ad Andr. 1, 2, 34. — 12. Don. ad Eunuch. 4, 3, 8. — 13. Isid. 18, 2. — 14. Seneca Ep. 114. — 15. Isid. 19, 24. Schol. ad Iuvenal. 6, 400. — 16. Serv. Aen. 4, 271. — 17. *militiæque* Vatic. *que* om. ceteri. *in quis omnibus* Vatic. *inque his* ceteri. *nunquam animus* Fabr. Bric. *senecta iam ætate* sic Carrio emendavit;

partem sumtuum sustinent: ita classe, quæ commeatus tuebatur, minore quam antea navigamus. Hæc si dolo aut socordia nostra contracta sunt, agite, uti monet ira, supplicium sumite: sin communis fortuna asperior est, quare indigna vobis nobisque et republica incipitis? Atque ego, cuius ætati mors propior est, non deprecor; si quid ea vobis incommodi demitur, neque mox ingenuo corpori honestius quam pro vestra salute finem vitæ fecerim. Adsum en! Cn. Cotta, Consul, facio quod sæpe maiores asperis bellis fecere; voveo dedoque me pro republica, quam deinde cui mandetis circumspicite. Nam talem honorem bonus nemo volet, quum fortunæ et maris et belli ab aliis acti ratio reddenda aut turpiter moriendum sit. Tantummodo in animis habetote, non me ob scelus aut avaritiam cæsum, sed volentem pro maxumis beneficiis animam dono dedisse. Per vos igitur, Quirites, et gloriam maiorum, tolerate advorsa et consulite reipublicæ. Multa cura summo imperio inest, multi ingentes labores: quos nequicquam abnuitis et pacis opulentiam quæritis, quum omnes provinciæ, regna, maria, terræque aspera aut fessa bellis sint.

18. Germani intectum rhenonibus corpus tegunt. — 19. Unde pons in oppidum pertinens explicatur. — 20. Et ei voce magna vehementer gratulabantur. — 21. Et Marius victus duplicaverat bellum. — 22. Atque eos a tergo incurrerunt. — 23. In

cfr. Serv. Aen. 11, 165. qui hæc ex Sal. laudat. *acta iam ætate* vulgo. *bis genitus. bis* om. Vat. *quia omnia* Vat. recte. *quum* vulgo. *quis victus* Vat. *qui* vulgo. *deosque Pen.* Vatic. *que* om. ceteri. *quæ comm. tuebatur* Fabr. Bric. *qua c. vehebatur* ceteri. — 18. Isid. 19, 23. Serv. Georg. 3, 383. — 19. C. Fr. *pertinens.* — 20. Don. ad Andr. 5, 4, 36. — 21. Serv. ad Virg. Eclog. 2, 67. — 22. Rufin. de schemat. lexeos p. 46. Ed. Capperron. — 23. Pr. 18, 24, 199. — 24. Don. ad Eunuch. 5, 3, 8. *agerentur* legitur apud Westerhov. — 25. Isid. 9, 3. *bonum –. et strenuum ostentantes* addit Serv. ad Aen. 10, 370. — 26. Isid. 14, 1. sed corrupte: *venti per concava terræ præcipitati. –. ventis per cava terræ citatis* Serv. ad Virg. Georg. 2, 479. alii *citari*, alii *citatis.* — 27. Prisc. 14, 4, 602; *nefanda* aliquot Codd. — 28.

hunc modum disseruit. — 24. Inde ortus sermo percontantibus utrimque, Satin' salve; quam grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis augerentur. — 25. Quo cupidius in ore ducis sese quisque bonum et strenuum ostentantes. — 26. Ventis per cava terræ citatis, rupti aliquot montes tumulique sedere. — 27. Ubi multi nefanda casu super ausi atque passi. — 28. Saguntium. — 29. Tota autem insula modica et cultoribus inanis est. — 30. Immodicus animi. — 31. Ita sperat illam pugnam pro omni bello futuram. — 32. Tantum antiquitatis curæque maioribus pro Italica gente fuit. — 33. Opprobrii gratia. — 34. Maxumis ducibus, fortibus strenuisque ministris. — 35. Non repugnantibus modo, sed ne deditis quidem. A. B. C. M. — 36. In silva Sila fuerunt. — 37. In nuda iniecta corpora. 38. Apollinis filia et Cyrenes. — 39. Quæsere. — 40. Ne simplici quidem morte moriebantur. — 41. Quum prædixero positum insulæ. — 42. Cuius adversa voluntate, colloquio militibus permisso, corruptio facta paucorum et exercitus Sullæ datus est. — 43. A Graccho seditiones graves ortæ. — 44. M. Atilius Palicanus humili loco, Picens, loquax magis quam facundus. — 45. Insolens vera accipiundi. — 46. Quæ pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat. — 47. Curubis. — 48. Tharros. — 49. Camisos. — 50. Paces. -. Luces. — 51. Primam modo Iapidiam ingressus. — 52. Carbo turpi formidine Italiam atque

Charis. p. 115. — 29. Martian. Capella Lib. 5. p. 111. Edit. Basileens. 1580. — 30. C. Fr. *immod.* — 31. Serv. Aen. 1, 456; ad Aen. 10, 311. *pro omine bello* legitur. — 32. Serv. ad Georg. 2, 209. — 33. Agrœtius p. 2270. Ed. Putsch. — 34. Diomed. Lib. 2. c. 6. — 35. Don. ad Phorm. 1, 2, 48. — 36. Serv. ad Aen. 12, 715. — 37. Diom. 2, 6. — 38. Prob. Cathol. 1446. — 39. Phocas 1718. — 40. Serv. Georg. 3, 452. — 41. Don. ad Phorm. 1, 2, 47. — 42. Don. ad Eunuch. 3, 2, 13. — 43. Augustin. C. D. 2, 21: „eo quippe tempore disputabatur, quo iam unus „Gracchorum occisus fuit, a quo scribit seditiones graves cœpisse Salustius." — 44. Quinctil. 5, 2, 2. *Acilius* Spalding, *Atilius* vulgo. cfr. A. Gell. 1, 15. — 45. Don. Andr. 5, 4, 4. — 46. id. ad Phorm. 1, 1, 4. — 47-49. Prob. Cath. 1462. 1465. 1473. — 50. Serg. in art. sec. Don. p. 1843. — 51. Serv. Georg. 3, 475. — 52. Serv. Aen. 2, 400.

exercitum deseruit. — 53. Quæ pacta in conventione non præstitissent. — 54. Crebritate fluctuum ut Aquilo solet. — 55. Mithridates corpore ingenti, perinde armatus. — 56. Tyrannumque et Cinnam adpellantes. — 57. Nomenque Danubium habet. — 58. Cui nisi pariter obviam iretur. — 59. Septimium neque animo neque lingua satis compotem. — 60. Vulgus amat fieri. — 61. Non pœniturum. Visuros. — 62. Pompeius cum alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis vecte certabat. Neque enim ille aliter potuisset par esse Sertorio, nisi se et milites frequentibus exercitiis præparasset ad prælia. — 63. Primum Græcorum Achillem. — 64. Cupientissumus legis. — 65. Magna gloria tribunus militum in Hispania T. Didio imperante, magno usu bello Marsico, paratu militum et armorum fuit. Multaque tum ductu eius curata, primo per ignobilitatem, deinde per invidiam scriptorum parum celebrata sunt. Comminus faciem suam ostentabat, aliquot advorsis cicatricibus et effosso oculo. Quo ille dehonestamento corporis maxume lætabatur: neque illis anxius; quia reliqua gloriosus retinebat. — 66. Primos Cretenses constat invenisse re-

— 53. Don. ad Eunuch. 3, 2, 13. — 54. Serv. ad Aen. 1, 117. — 55. Quinct. Inst. Rhet. 8, 3, 82. — 56. Serv. ad Aen. 1, 5. — 57. Acron. ap. Horat. A. P. 18. — 58. Don. ad Eunuch. 1, 2, 12. — 59. Don. Adelph. 3, 2, 14. in antiqua editione *competere* legitur, apud Westerhov. *compotem*; illud confirmare videtur locus supra laudatus ex Nonio 4, 110. — 60. Quinctil. Inst. Rhetor. 9, 3, 17. — 61. id. 9, 4, 12; ad *visuros* addit i. e. ad videndum missos. — 62. Veget. de re militari 1, 9. — 63. Serv. ad Aen. 1, 96. — 64. Diomed. 1, 1. — 65. A. Gell. 2, 27. sed in multis editionibus admodum corrupte; meliora Carrio docuit cum ex vetere editione, tum Plutarchi verbis comparatis. *curata* ita Carrio. olim *quæ rapta,* alii *correpta. parum* ante *celebrata sunt* ex coniectura addidi; aliter enim sensus totius loci non constat. *celata sunt* coniecit Ciaccon. satis acute. postrema *quo ille deh.* etc. apud Don. ad Eunuch. 3, 2, 28. ita leguntur: *dehonestamento tamen esse corpori maxime lætabatur.* — 66. Lactant. Inst. Div. 1, 21. *componentis* est in libris plurimis. *componentem* Carrio. cfr. Serv. ad Aen. 3, 104. *primos Cretenses constat invenisse religio-*

ligionem. Curetes, quia principes intellegendi divina fuerunt, vetustatem, uti cetera in maius componentem, altores Iovis celebravisse. — 67. Italiæ Siciliam coniunctam constat fuisse: sed medium spatium aut per humilitatem obrutum est, aut propter angustiam scissum; ut autem tum curvum sit, facit natura mollioris Italiæ, in quam asperitas et altitudo Siciliæ æstum relidit. — 68. Pompeius devictis Hispanis tropæa in Pyrenæis iugis constituit. — 69. Atque edita undique tribus tamen cum muris et magnis turribus. — 70. Et in prœliis actu promptus. — 71. Pactione amisso Publico legato, — 72. Ipsum mare Ponticum dulcius quam cetera. — 73. Equis paria operimenta erant: quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant; et sequebantur equites cataphracti. — 74. Rebus supra votum fluentibus. — 75. Aenum, et Maroneam, et viam militarem. — 76. Impediebant iussa nautarum. — 77. Nihil socordia claudebat. — 78. Ut tanta repente mutatio non sine deo videretur. — 79. In ore gentibus agens, [populo, civitati.] — 89. Pressi undique multitudine. — 81. Hunc igitur redarguit Tarquinius. — 82. Dein campi Themyscirii: quos ha-

nem. cfr. Lactant. ad Stat. Achill. 1, 387. Serv. ad Aen. 8, 352. — 67. Serv. ad Aen. 3, 414. *aquis* quod apud Isid. 13, 18. post *obrutum est* additur, haud dubie spurium. neque ap. Isidor. 14, 6. legitur. omittit quoque Lactant. ad Stat. Theb. 3, 597. ex Isidoro intelligitur hæc ab Sallustio esse allata, ut nominis Rhegii originem illustraret. — 68. Serv. ad Aen. 11, 6. — 69. Don. ad Andr. 1, 1, 67. — 70. id. ad Eunuch. 4, 7, 14. — 71. id. ad Phorm. 1, 2, 91. — 72. Serv. ad Aen. 1, 228; 12, 143. Macrob. 7, 12. Prisc. 3, 2, 112; 15, 3, 623. — 73. Serv. ad Aen. 11, 770. — 74. id. ad Aen. 2, 169. — 75. id. ad Aen. 3, 17, — 76. id. ad Aen. 3, 128. — 77. Don. ad Eunuch. 1, 2, 84. — 78. id. ib. 5, 2, 36. Servius (Aen. 2, 632.) *repente* omisit; habent quoque hunc locum *interpretes veteres* a Maio editi pag. 33. his verbis additis: „Salustius quoque auctor est occultam potentiam deum vocari f[*atum*]. — 79. Don. Adelph. 1, 2, 13. *populo civitati* equidem pro glossa habeo. — 80. id. ibid. 3, 2, 5. — 81. id. ibid. 3, 2, 16. *Tarquinus* apud Westerhov. *Tarquitius* coniecit Carrio. — 82. Serv. ad Aen. 11, 659; pro *Themyscirii* alii *Threissi*.

buere Amazones, a Tanai flumine incertum quamobrem digressæ. — 83. Ubi eum Cotta in concione ab exercitu cogit discedere, dicit se eius opera non usurum; eumque ab armis dimittit. — 84. Et Metello procul agente longa spes auxiliorum. — 85. More equestris prælii sumptis tergis atque redditis, ad faciliores ictus loco cedebant. — 86. Castra sine volnere introitum. — 87. Multos tamen ab adulescentia bonos insultaverat. — 88. Cosa. — 89. Equis atque armis insignibus. — 90. Fessus in Pamphyliam se receperat. — 91. Profectus quidam Ligus ad requisita naturæ. — 92. Apud latera certos collocaverat. — 93. Apertæ portæ, repleta arva cultoribus. — 94. Hispaniam sibi antiquam patriam esse. — 95. Lyciæ Pisidiæque agros despectantem. — 96. Sorte ductos fusti necat. — 97. Omnis Italia coacta in angustias, scinditur in duo promontoria, Bruttium et Salentinum. — 98. Italiæ plana ac mollia. — 99. Qua tempestate ex Ponto vis piscium erupit. — 100. Igitur introrsus prima Asiæ Bithynia est, multis antea nominibus adpellata. Ipsa enim est maior Phrygia. — 101. Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingressus, matre veneno interfecta. — 102. Exercitum maiorum more. — 103. Creta altior est qua parte spectat Orientem. — 104. Se regibus devo-

— 83. Serv. ad Aen. 12, 844. priora *ubi — dicit* Servii potius quam Salustii esse videntur. — 84. Serv. ad Aen. 11, 544. — 85. Serv. Aen. 11, 619; 9, 749; quæ duo loca coniungenda esse Carrio censuit. — 86. id. ad Aen. 10, 628; 11, 230. — 87. Don. ad Eunuch. 2, 2, 54. Serv. (ad Aen. 10, 643.) *tamen* om. et *insultaverat* habet. id. ad Aen. 9, 643. *a pueritia — insultaverat*. — 88. id. ibid. 10, 168. — 89. id. ib. 10, 539. — 90. id. ibid. 8, 232. — 91. Quinctil. 8, 6, 59; Pomp. Comment. in Don. de barbarism. et Metaplas. p. 440. Ed. Lindemann. — 92. Serv. Aen. 1, 576. — 93. Serv. Aen. 2, 27. — 94. id. ibid. 1, 380; 3, 297. — 95. id. ib. 1, 420. — 96. id. ib. 2, 201. — 97. id. ib. 3, 400. — 98. id. ib. 3, 522. *Italia plana ac mollis.* ita aliqnot Editt. — 99. id. ib. 4, 132. Schol. ad Iuvenal. Satir. 4, 42. hæc ita legit: *Itaque tempestate piscium vis Ponto erupit.* ibi *finitaque tempestate* Schurzfleisch emendavit. *magna vis* coniecit Douza. — 100. Serv. Aen. 5,

vent, et post eos vitam refutant: adeo illis ingenita est sanctitas regii nominis. — 105. Dum inferior omni via grassaretur. — 106. Narbone concilia Gallorum. — 107. Post defectionem sociorum et Latii. — 108. Ad Iovis mandem nostra. — 109. Morbi graves ob inediam insolita vescentibus. — 110. Atque ea cogentes non coactos, scelestos magis quam miseros distringi. — 111. Graviori bello, qui prohibituri venerant socii, frigere. — 112. Nam quidem a Pyrrho, Hannibale, et æquor et terra. — 113. Nam Sullæ dominationem audebat. — 114. Neque est offensus dominationem Sullæ. — 115. Neu quis miles, neve pro milite. — 116. Ex insolentia avidus malefaciundi. — 117. Tergis vinciebant. — 118. Charybdis, quod, forte illata naufragia sorbens, gurgitibus occultis millia sexaginta Tauromenitana ad litora trahit. — 119. Saguntini, fide atque ærumnis incluti præ mortalibus studio maiore quam opibus, quippe apud quos etiam tum semiruta mœnia, domus intectæ parietesque templorum ambusti manus Punicas ostentabant. — 120. Apud Corduennos amomum et alii leves odores gignuntur. — 121. Quem trans stagnum omnis usque ad flumen. — 122. Repente incautos agros invasit. — 123. Belli sane sciens. — 124. Namque omnium ferocissumi ad hoc tempus Achæi atque Taurici

373; 5, 203. cfr. Isidor. 4, 3. — 101. Serv. Aen. 5, 295. — 102. id. ib. 5, 408. multi Servii Codd. *more maiorum* om. — 103. id. ib. 6, 23. — 104. id. Georg. 4, 218 et 211. duo loca in unum esse coniungenda docuit Carrio. — 105. Macrob. de different. et soc. Gr. et Lat. verbi p. 332. Ed. Bip. *vi* legendum esse censet Douza. quod vulgo hoc loco legitur. — 106. quod vulgo hoc fragmentum loco legitur, et Pompeius *in artem Donati* laudare dicitur, in Lindem. Edit. non exstat; sed ap. Cledon. p. 1876. — 107. Don. ad Adelph. 3, 4, 11. — 108. id. ib. 4, 2, 43. — 109. id. in Hecyr. 3, 1, 45. *ad inediam* ap. Westerhov. legitur. — 110. id. ib. 4, 1, 21. — 111. id. ib. 5, 1, 31. — 112. id. in Phorm. 2, 1, 13. — 113. id. ib. 1, 3, 23. — 114. id. ib. — 115. Serv. Aen. 2, 157. — 116. id. ib. 9, 343. — 117. id. ib. 9, 412. — 118. id. ib. 3, 425 et 420. — 119. Hieron. Comm. in Habacuc cap. 9. ita optimi Codd. *per mortalium studium maiores* — *quippe quis* vulgo. — 120. Philarg. in Georg. 4, 49. — 121. id. ibid. 4,

sunt, quod, quantum coniicio, locorum egestate rapto vivere coacti. — 125. Atque ipse cultus rei. — 126. Triplici fluctu. — 127. Charybdis mare vorticosum. — 128. Sed ubi tempore anni mare classibus patefactum est. — 129. Sane bonus ea tempestate contra pericula et ambitionem. — 130. Simul immanis hominum vis ex locis invasere patentes tum et pacis modo effusas. — 131. Genua patrum advolvuntur. — 132. Perrexere in Hispaniam an Sardiniam. — 133. Quæ magalia sunt circumiecta civitati, suburbana ædificia. — 134. Et onere turrium incertis navibus. — 135. Traditur fugam in longinqua Oceani agitavisse. — 136. Ad mutandum modo in melius servitium. — 137. Magna vis hominum convenerat agris pulsa aut civitate eiecta. — 138. Quum murum hostium successisset, pœnas dederat. — 139. Quippe vasta Italia rapinis, fuga, cædibus. — 140. Hi sunt, qui secundum pocula et alias res aureas, diis sacrata instrumenta convivio mereantur. — 141. In secunda festinas cohortes composuerat. — 142. Iam repente visus sævire Taguns. — 143. Exuant armis equisque. — 144. Solas festinate. — 145. Lusitaniæ gravem civitatem. — 146. Ex parte cohortium præcipere instructa, et stationes locatæ pro

293. — 122. id. ib. 3, 469. — 123. Hor. Ep. 1, 15. Schol. Cruquii. — 124. Schol. Iuvenal. 15, 115. — 125. Horat. Satir. 2, 2. Schol. Cruquii. — 126. Serv. Aen. 1, 126. — 127. id. ib. 117. *verticulosum* vulgo. *vorticosum* melius. cfr. Plin. H. N. 3, 8. Senec. de benef. 4, 1. — 128. id. ib. 1, 146. — 129. id. ib. 1, 195. — 130. id. ib. 1, 299. — 131. id. ib. 1, 307. — 132. hoc fragmentum a Servio laudatum esse dicitur, sed quo loco nescio. — 133. id. ib. 1, 421. — 134. id. ib. 1, 576. — 135. id. ib. 1, 640. — 136. id. ib. 1, 281. — 137. id. ib. 1, 270. — 138. id. Eclog. 5, 5. — 139. id. Aen. 8, 8. — 140. id. ib. 8, 278. — 141. id. ib. 9, 488. — 142. id. ib. 10, 103. — 143. id. ib. 11, 80. — 144. id. ib. 12, 425. *festinate* in Mss. *festinare* vulgo. — 145. id. ib. 12, 458. — 146. id. ib. 12, 661. — 147. id. Eclog. 5, 21. — 148. id. ib. 8, 27. — 149. id. Georg. 1, 3. — 150. Hor. Ep. 2, 2. Schol. Cruquii. — 151. Serv. Aen. 3, 265. — 152. id. ib. 3, 526. -- 153. id. Eclog. 8, 4. — 154. id. Aen. 1, 2. — 155.

castris. — 147. Bellum quibus posset conditionibus desineret. — 148. In quis longissumo ævo plura de bonis falsa in deterius composuit. — 149. Cultu corporis ornata egregio. — 150. At Sertorius vacuus hieme copias augere. — 151. Sin vis obsistat, ferro quam fame æquius perituros. — 152. Consedit in valle virgulta nemorosaque. — 153. Paullulum requietis militibus. — 154. Qui nullo certo exsilio vagabantur. — 155. Nubes foedavere lumen. — 156. Sanctus alia. — 157. Geryonis. — 158. Quæ caussa fuerat novandis rebus. — 159. Radicem montis excessit. — 160. Ut res magis quam verba gererentur, liberos parentesque in muris locaverant. — 161. Imbecilla est fortitudo dum pendet. — 126. Scythæ Nomades tenent, quibus plaustra sedes sunt. — 163. Luxo pede. — 164. Maurique vanum genus, ut alia Africæ, contendebant Antipodas ultra Aethiopiam cultu Persarum iustos et egregios agere. — 165. Et Perpennam forte cognoscit mulio redemptoris. — 166. .. mor Trequii præter s.r..ciem necessariam haud multo secus, quam ferro noceri poterat. At Varinius, dum hæc aguntur a fugitivis, ægra parte militum autumni gravitate, neque ex postrema fuga, cum severo edicto iuberentur, ullis ad signa redeuntibus, et qui

id. ib. 2, 286. — 156. id. ib. 3, 594. — 157. id. ib. 7, 662. — 158. id. ib. 4, 290. — 159. 160. 161. Lactant. ad Stat. Theb. 3, 116; 10, 573; 5, 384. — 162. Porphyrion ad Horat. Od. 3, 24, 9. — 163. Prob. Cath. 1476. — 164. Prisc. 14, 4, 603. sed ex bello Iugurthino hæc laudat. — 165. Horat. Ep. 2. 2. Schol. Cruquii. — 166—171. Sex fragmenta, quæ sequuntur, ex vetusto Servii Codice, qui in bilbiotheca Regia Parisiensi asservatur, a Petro Daniele exscripta, et ab Andrea Schotto ad Iustum Lipsium transmissa sunt. Sed ab initio tantummodo tria priora edita sunt; reliqua primus evulgavit Freinshemius. Multis annis post Iosephus de Bimard La Bastie, cum hæc fragmenta monumento cuidam inscripta fuisse suspicatus esset, eorum exemplar, inter schedas Iacobi Augustini de Chevannes, iurisconsulti quondam Divoniensis, summa fide exscriptum, Muratorio misit, qui ea Thesauro Inscriptionum (Tom. I.) inserenda curavit. Denique De Brossius hæc emendatius edidit, et disperditarum Salustii historiarum reliquias esse recte iudicavit. Variantes lectiones quas tribus prioribus fragmentis addidi, De Br. ex schedis, supra memoratus, adnotavit.

reliqui erant, per summa flagitia detrectantibus militiam, Qua
storem suum C. Thoranium, ex quo præsente vera facillume nosc
rent, * * * * commiserant, et tamen interim cum volentibus n
mero quatuor. . . .

167. * ingre, tante setui debacrittur, nefandum in modu
perverso volnere et interdum lacerum corpus semianimum omitt
tes, alii in tecta iaciebant ignis, multique ex loco servi, quos
genium socios dabat, abdita a dominis, aut ipsos trahebant
occulto, neque sanctum aut nefandum quicquam fuit iræ bar
rorum et servili ingenio: quæ Spartacus nequiens prohibere, r
tis precibus quom oraret, celeritate prævertere nuncios.

168. Aliquot dies contra morem fiducia augeri nostris cœp
promi lingua. Qua Varinius contra spectatam rem incaute
tus, novos incognitosque et aliorum casibus perculsos milite
cit tamen ad castra fugitivorum; presso gradu silentis iam, r
tam magnifice sumentis prælium quam postulaverant. Atqu
certamini conscii inter se iuxta seditionem erant, Crixo et
eiusdem Gallis et Germanis obviam ire, et ultro offerre pu
cupientibus contra Spartacum . . . . Deinde fugitivi, con

169. *Magnis operibus communita.* Deinde fugitivi, con
iam alimentis ne prædantibus ex propinquo hostis instaret

166. *ni iorrere quit præter s.... ciem bello necessario.* — *iuverentur*
deeuntibus —. *detractantib* —. *noscerent* . . *um miserant* — *quom volent*
. quo moraret celeritate

167. —. *ingres tant* . . *illudebant lim l* —. *quo moraret celeritate*
nuntios. prævertere, quod vulgo omissum est, reposui.

168. Aliquod —. *Augerinus tris coepit* —. *lingu-qua* — *incautæ* —
r. et aliorum — *certamini consilii inter se iusta* —. *ferre pugnam.* —

169. quæ literæ et syllabæ scriptura distinguuntur, ex coniectura a
Plurima supplementa debemus acumini Freinshemii, qui comparatis, q
(1, 5, 22. p. 83. Ed. Oudendorp.) memoriæ prodidit, genuina auctori
tuisse videtur. Docte in hunc locum commentatus est Kreyssig; alia
emendata confirmavit, alia mutavit; pauca addidit.

*mi*litiæ sta*tiones*que et alia munia *explent;* secunda vigilia *noctis* cuncti egrediu*ntur*, bucina*tore in cas*tris et ad vigi*lum speciem* procul visen*tibus erex*erant fult*a* recentia c*adavera et cr*ebro igni*s fecerant* ... midin .... rin ... tu ..

170. In s. converterent. Intus multa iam luce .. derans solita a Fuli ... ono actæ et in cass .. ni ictus si aridum .. strepitus tumul .....i con res undiq.. .. um mittit equitis ... um circum pro ...., vi exe orarent .... pro tire vesti ... s credens io .... ota menag .. pavens se ... m dupli .. um a ..... da ......

171. Con ...... timili ruit .... ceps monet in ..... agros malisq. pe .. urio egrediantor. pri .. quam religio exercitu adesse Varinius augertur numero selectis vir et propere nactus idoneum et callivis ducis et centinis deinde Eburnis iugis occultius ad n. ris Lucanas atque inde prima luce pervenit ad N.. Forum ignaris cul .. rib. ac statim fugitivi contra præceptum ducis rapere ad se virum vir.nes matr... et alii c...

172. A rege Dardanorum Mida, qui Phrygiam tenuit. — 173. Nam speciem efficit Scythici arcus. — 174. Ut in M. Mario cum fracta prius crura, per artes expiraret. — 165. Tamen Antoniorum Consulum pater ille, qui oræ maritimæ, qua esset imperium Romanum, præfuit, contrarius piratis. — 176. Ille Conisturgim

170. Etiam hunc locum ad dolos Spartaci, quorum supra mentio facta, illustrandos pertinere Freinshemius indicavit.

171. In eodem argumento etiam hoc fragmentum versari videtur; ceterum Freinsh. plura emendavit: *priusquam cum reliquo exercitu adesset.* —. *idoneos ex callibus duces.* —. *Picentinis deinde Eburinis occultis ad nares populi forum - cultoribus.* postrema iis, quæ Non. Marc. 6, 44. laudavit, simillima; unde hæc ad tertium historiarum librum pertinuisse recte colligas.

172. Serv. Aen. 2, 325. — 173. id. ib. 3, 533. — 174. Iul. Rufinian. de Schemat. dianœas p. 52. Edit. Caperroner. *cui fracta* et *artus* sine præpos. in aliis editt. legitur. — 175. Schol. ad Iuvenal. 8, 104; ceterum locus ex Pithœo ex Codd. restitutus est; vulgo legitur *corruptor ille Salustius.* — 176. Pompei. Comment. A.

apud legiones venit. — 177. in Hispaniam versus. — 178. Mox tanta flagitia in tali viro pudet dicere. — 179. Qua accidam aut quo. — 180. Imperii prolatandi percupidus habebatur, cetera egregius. — 181. Vestes de pellibus rhenones vocantur. — 182. Speciem captæ urbis efficere discedentes. — 183. Dum paulatim suis invicem subveniunt, omnes in bellum coacti sunt. — 184. Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur. — 185. Nam talia incepta consultorem vertissent, reipublicæ pestem factura. — 186. Vizo. Stobos. — 187. Cossutius in proxima villa fonti lavabatur. — 188. Quæ cis paucos dies iuncta in armis sunt. — 189. iudicia bella atque paces. — 189. Omnium fluminum, quæ in maria, qua imperium Romanum est, fluunt, quam Græci τὴν εἴσω θάλασσαν adpellant, maxumum esse Nilum consentitur; proxuma magnitudine esse Histrum scripsit Salustius. — 191. (sc. Virgilius in peste describenda.) Sequitur ordinem quem et Lucretius tenuit et Salustius, primo ærem, inde aquam post pabula esse corrupta. — 192. Nihil tam necessarium, aut magis, at ait Salustius, cum cura dicendum. — 193. Turbinum motus vagus est et disiectus, et, uti Salustii verbis utar, vorticosus. — 194. Salustius, auctor certissimus, asserit Tigrim et Euphratem uno fonto manare in Armenia, qui per diversa euntes longius dividuntur; quæ tamen terra, quæ ab ipsis ambitur, Mesopotamia dicitur. — 195. Pelo-

Don. p. 395. Ed. Lindemane. — 177. hæc ex Catilinario laudat Prisc. de XII. versib. Aen. c. 13. p 357. Ed. Kr. — 178. vetus Scholiasta ad Cic. pro Rosc. Amerino §. 230. laudat hunc locum Wassius pag. 343. Edit. Havercamp. — 179. Don. ad Hecyr, 3, 3, 18. — 180. Hæc ex Iugurtha laudat C. Fronto s. v. *egregius*. — 181. Serv. ad Georg. 3, 383. — 182. Serv. Aen. 8, 557. — 183. Serv. ad Aen. 12, 282. — 184. Non. 1, 298. Lactant. Instit. Div. 1, 18; ita: *Caninam illam facundiam, sicut Salustius ab Appio dictum refert, exercuit.* — 185. Don. in Aen. 1, 37. — 186. Prob. Cath. 1450. et 1462. — 187. Cledonii ars. p. 916. Ed. Putsch. — 188. id. 1993. — 189. Incerti de orthographia p. 2794. Ed. Putsch. — 190. quæ iam sequuntur fragmenta non ipsissimis Salustii verbis traduntur, sed res tractant, quarum apud illum mentio

lorium, promontorium Siciliæ, respiciens ad aquilonem, iuxta Salustium dictum a gubernatore Hannibalis, illic sepulto, qui fuerat occisus per ignorantiam regis, quum se eius dolo crederet esse deceptum. — 196. Aristæus, uti Salustius docet, post laniatum a canibus Actæonem filium, matris instinctu Thebas reliquit, et Cretam insulam tenuit primo, adhuc hominibus vacuam: postea, ea relicta, cum Dædalo ad Sardiniam transitum fecit. — 197. Dædalus vero primum Sardiniam, (ut dicit Sal. 2. hist.) post delatus est Cumas.. — 198. laudat Salustius duces, qui victoriam incruento exercitu reportarunt. — 199. Cares insulani populi fuerunt, piratica famosi, victi a Minoe, uti Salustius et Thucydides tradunt. — 200. Capys Campaniam, Helenus Macedoniam, alii Sardiniam, secundum Salustium, tenuerunt. — 201. Dardania a Dardano, Iovis et Electræ filio, aut secundum Salustium, a Mida, Dardanorum rege, qui Phrygiam tenuit. — 202. Salustius Scyllam saxum esse dicit, simile formæ celebratæ procul visentibus. — 203. In Sicilia est Enceladus, Othus in Creta, unde Othii campi, secundum Salustium; Typhœus in Campania. — 204. Salustius ait, Hispanorum morem fuisse, ut in bella euntibus iuvenibns parentum facta memorentur a matribus. — 205. Orion, ut Salustius dixit, oritur iuxta solis æstivi pulsum. — 206. Cales civitas est Campaniæ; est et in

fit. A. Gell. 10, 7. — 191. Serv. Georg. 3, 481. — 192. Seneca de Benefic. 4, 1. — 193. id. Q. N. VII. 8. — 194. Isid. 13. 21. Hieron. Loca Hebraica de genesi. Opp. Tom. 3. pag. 202. Vibius Sequester s. v. *Euphrates; sed* ibi *monstrari* legitur. — 195. Isid. 14, 7. cfr. Serv. Aen. 3, 411. is vero *respiciens ad Aquilonem* om. — 196. Serv. Georg. 1, 14. — 197. id. Aen. 6, 14. — 198. Serv. Aen. 11, 421. Isid. 18, 2. — 199. id. Aen. 8, 725. — 200. id. Aen. 1, 260; ubi hæc leguntur: *Multi enim post excidium Troiæ orbis diversa tenuerunt, ut Helenus Epirum, Antenor Venetiam, alii Sardiniam, secundum Salustium.* — 201. id. Aen. 2, 325. — 202. id. Aen. 3, 420. — 203. id. Aen. 3, 578. — 204. id. Aen. 10, 281. — 205. id. Aen. 5, 626. — 206. id. Aen. 7, 782. — 207. id. Aen. 7, 604. —

[illegible] captam a Perpenna comme- [illegible] quas Salustius a Lucullo dicit [illegible] tempore invadendarum terrarum [illegible] Salustius meminit. — 209. Curribus [illegible] et Salustius docent. — 210. [illegible] pugnabatur, ut et Sa- [illegible] potest quidem intelligi secun- [illegible] — 212. Primo mense veris [illegible] tertio præceps : sicut et Salu- [illegible] Salustius in Historiis tradit, Sertorium [illegible] fortunatas. — 214. Insulas fortu- [illegible] Homeri carminibus. — 215. Proxi- [illegible] et adiunctum, verum [illegible] inter duo discreta nihil, medium [illegible] Salustius in situ ponti de promontoriis Pa- [illegible] appellavit, posuit. — 216. Lata [illegible] Pontici oris illic dilatant, ut Salu- [illegible] Anacreon Lyricus poeta Teius fuit, i. e. ab urbe [illegible] quam in Paphlagonia esse Salustius dicit. — 218 Mesopota- [illegible] sunt in utroque sexu, ut Salu- [illegible] meminit. — 219. Nam neque apud Salustium, neque apud [illegible] neque apud Fenestellam ullius alterius ab eo latæ legis [illegible] præter eam, quam in concione, repugnante nobilitate, ma- [illegible] populi studio, ut iis, qui tribuni plebis fuissent, alios [illegible] magistratus capere liceret, quod lex a dictatore Sulla paucis [illegible] annis lata prohibebat. — 220. Fretum Siciliæ, quod Rhe-

[illegible] — 209. id. Aen. 1, 476. Lactant. ad Stat. Theb. 10, 544. [illegible] genus armorum etiam Salustius describit. — 210. Serv. Aen. 2, [illegible] — 212. id. Georg. 1, 43. — 213. Acron. ad Ho- [illegible] Serv. Aen. 5, 735. — 215. Non. 12, 24. — 216. Serv. [illegible] Porphyr. ad Horat. Od. 2, 17, 18. — 218. Schol. ad Iuv.

gium dicitur, Salustius ex tali caussa vocari scribit, dicens: Italiæ olim Siciliam coniunctam fuisse, et dum esset una tellus, medium spatium aut per humiditatem abruptum est aquis, aut per angustiam scissum. Et inde ῥήγιον nominatum, quia græce abruptum hoc nomine nuncupatur. Est autem arctissimum, trium millium spatio Siciliam ab Italia dividens, fabulosis infame monstris, quibus hinc inde Scilla et Charibdis ostenditur. Scillam accolæ saxum in mari imminens appellant, simile celebratæ formæ procul visentibus. Unde et monstruosam speciem fabulæ illi dederant, quasi formam hominis capitibus succinctam caninis, quia collisi ibi fluctus latratus videntur exprimere. Charibdis dicta, quod gurgitibus occultis naves absorbeat. Est enim mare vorticosum et inde ibi laniata naufragia emergunt. Ter autem in die erigit fluctus, et ter absorbet. Nam accipit aquas ut vomat, vomit ut rursus accipiat.

221. Sardis Hercule procreatus, cum magna multitudine a Libya profectus, Sardiniam occupavit et ex suo vocabulo insulæ nomen dedit. Hæc in Africo mari facie vestigii humani in oriente quam occidente latior prominet, ferme paribus lateribus, quæ in meridiem et septentrionem vertunt, ex quo ante commercium a navigantibus Græcorum ἴχνος appellata est. Terra patet in longitudine millia CXI, latitudine XI. In ea neque serpens gignitur neque lupus, sed solifuga tantum, animal exiguum, hominibus perniciosum. Venenum ibi quoque non nascitur, nisi herba per scriptores plurimos et poetas memorata, apiastro similis, quæ hominibus rictus contrahit et quasi ridentes interimit. Fontes

Satir. 1, 104. — 219. Ascon. Pedian. ad Cic. Orat. pro Cornelio p. 58, b. Edit. Aldin. 1563. *repugnante* et *tulit* ex coniectura addita; textus enim mutilus est. — 220. et 221. Isid. 14. 6. et 13, 18. hæc maximam partem ex Salustio hausta esse, præter ipsius auctoris verba, quæ iam supra laudavimus, vel inde patet, quod stilus non rudis atque confusus est, ut alias in Isidoro, sed gravis atque luculentus. cfr. Solin. Poly-

habet Sardinia calidos, infirmis medelam præbentes, furibus cæcitatem, si sacramento dato oculos aquæ eius tetigerint.

222. Nam quædam Corsa nomine, Ligus mulier, quum taurum ex grege, quem prope litora regebat, transnatare solitum atque per intervalla corpore aucto remeare videret, cupiens scire incognita sibi pabula, taurum a ceteris degredientem usque ad insulam navigio prosecuta est. Cuius regressu insulæ fertilitatem cognoscentes Ligures, ratibus eo profecti, eamque nomine mulieris auctoris et ducis adpellaverunt.

223. Pyrrhus a colore comæ dictus, qui Latine Byrrhus dicitur, ita et Salustius Crispus. — 224. Non tu scis, si quas ædes ignis [acriter] cepit, haud facile sunt defensu, quin et comburantur proxuma. — 225. Vitabundus per loca saltuosa recedebat.

hist. c. 4. „Sardinia quoque, quam apud Timæum Sandaliotin legimus, Ichnusam apud Crispum" cfr. cetera; in quibus eundem auctorem secutus esse videtur.

222. Isid. 14, 6. — 223. Serv. Aen. 2, 469. — 224. *acriter* ex coniectura additum; id quod omittendum non erat, nam laudavit hunc locum, ut usum adverbii *acriter* illustraret, Charis. pag. 176. — 225. Diomed. p. 224.

EPISTOLAE DUAE

AD

C. CAESAREM

DE

REPUBLICA ORDINANDA.

EPISTOLA I.

Pro vero antea obtinebat, regna atque imperia fortunam 1
dono dare, item alia, quæ per mortalis avide cupiuntur: quia
et apud indignos sæpe erant, quasi per lubidinem data: neque
cuiquam incorrupta permanserant. Sed res docuit id verum esse,
quod in carminibus Appius ait, fabrum esse suæ quemque fortu-
næ: atque in te maxume, qui tantum alios prægressus es, uti prius
defessi sint homines laudando facta tua, quam tu laude digna
faciundo. Ceterum uti fabricata, sic virtute parta, quam magna
industria haberi decet; ne incuria deformentur, aut corruant in-
firmata. Nemo enim alteri imperium volens concedit: et quamvis
bonus atque clemens sit, qui plus potest; tamen, quia malo esse
licet, formidatur. Id evenit, quia plerique rerum potentes per-
vorse consulunt et eo se munitiores putant, quo illi, quibus im-
peritant, nequiores fuere. At contra id eniti decet, cum ipse bo-
nus atque strenuus sis, uti quam optumis imperites. Nam pessumus
quisque asperrume rectorem patitur. Sed tibi hoc gravius est, quam
ante te omnibus, armis parta componere; quod bellum aliorum pa-
ce mollius gessisti: ad hoc victores prædam petunt, victi cives
sunt. Inter has difficultates evadendum est tibi, atque in posterum
firmanda respublica, non armis modo, neque advorsum hostis,
sed quod multo maius multoque asperius est, bonis pacis arti-
bus. Ergo omnis, magna, mediocri sapientia res huc vocat: quæ
quisque optuma potest, uti dicant. Ac mihi sic videtur: quali-
cumque modo tu victoriam composueris, ita alia omnia futura.

EPISTOLA I.

Cap. 1. *Populus Romanus pro vero* Ursini liber; item Fabr. et Bric. sed *pro* omisso. *fabrum esse suæ* pronom. om. Fabr. et Bric. *praegressus* omnes libri. *prætergr.* olim editum. *quod bellum* Vatic. *quod* ceteri om. *magna mediocris sapientia* ita Fabr. et Bric. *mediocrique* vulgo. *mediocri* legendum censeo.

2 Sed iam, quo melius faciliusque constituas, paucis, quæ me animus monet, accipe. Bellum tibi fuit, imperator, cum homine claro, magnis opibus, avido potentiæ, maiore fortuna quam sapientia: quem secuti sunt pauci, per suam iniuriam tibi inimici: item quos affinitas aut alia necessitudo traxit. Nam particeps dominationis neque fuit quisquam; neque, si pati potuisset, orbis terrarum bello concussus foret. Cetera multitudo volgi, more magis quam iudicio, post alius alium, quasi prudentiorem, secuti. Per idem tempus maledictis iniquorum occupandæ reipublicæ in spem adducti homines, quibus omnia probro ac luxuria polluta erant, concurrere in castra tua: et aperte quietis mortem, rapinas, postremo omnia, quæ corrupto animo lubebat, minitari. Ex quis magna pars, ubi neque creditum condonare, neque te civibus, sicuti hostibus, uti vident, defluxere: pauci restitere, quibus maius otium in castris quam Romæ futurum erat; tanta vis creditorum impendebat. Sed ob easdem caussas immane dictu est, quanti et quam multi mortales postea ad Pompeium discesserint: eoque per omne tempus belli quasi sacro atque inspo-
3 liato fano debitores usi. Igitur, quoniam tibi victori de bello atque pace agitandum est: hoc uti civiliter deponas, illa ut quam iustissima et diuturna sit: de te ipso primum, qui ea compositurus es, quod optumum factu est, existuma. Equidem ego cuncta imperia crudelia magis acerba quam diuturna arbitror; neque quemquam multis metuendnm esse, quin ad eum ex multis formido recidat: eam vitam bellum æternum et anceps gerere: quoniam neque advorsus, neque ab tergo aut lateribus tutus sis, semper in periculo aut metu agites. Contra qui benignitate et cle-

— *Cap.* 3. *illa quidem ut iustissima* Glareanus. *illa quam iustiss.* Fabr. et Bric. *illa ut quam iust.* Vatic. *qui ea comp. ea* om. Fabr. et Bric. *quemquam in multis* Fabr. et Bric. *quam alii cives* Vatic. et vetus editio. *haud scio an qui me.* Vatic. *haud scio* ceteri om. *natura nobis hostibusque nos* Fabr. *n. n. hostibusque nosque maio-*

mentia imperium temperavere, his læta et candida omnia visa;
etiam hostes æquiores quam aliis cives. Haud scio, an qui me his
dictis corruptorem victoriæ tuæ nimisque in victos bona volun-
tate prædicent? Scilicet quod ea, quæ externis nationibus natura,
[nobis] hostibus nosque maioresque nostri sæpe tribuere, ea civi-
bus danda arbitror; neque barbarico ritu cæde cædem et san-
guinem sanguine expianda. An illa, quæ paullo ante hoc bellum 4
in Cn. Pompeium victoriamque Sullanam increpabantur, oblivio
intercepit? Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non ar-
matos, neque in prælio belli iure, sed postea supplices per sum-
mum scelus interfectos: plebem Romanam in villa publica, pe-
coris modo, conscissam. Heu quam illa occulta civium funera et
repentinæ cædes; in parentum aut liberorum sinum fuga mulie-
rum et puerorum; vastatio domuum, ante partam a te victoriam,
sæva atque crudelia erant! Ad quæ te illi iidem hortantur: et
scilicet id certatum esse, utrius vestrum arbitrio iniuriæ fierent;
neque receptam, sed captam a te rempublicam, et ea caussa
exercitus stipendiis confectis, optumos et veterrumos omnium, ad-
vorsum fratres parentesque, alii liberos, armis contendere; ut ex
alienis malis deterrumi mortales ventri atque profundæ lubidini
sumptus quærerent, atque essent opprobria victoriæ, quorum fla-
gitiis commacularetur bonorum laus. Neque enim te præterire
puto, quali quisque eorum more aut modestia, etiam tum dubia
victoria, sese gesserit, quoque modo in belli administatione scor-
ta aut convivia exercuerint nonnulli, quorum ætas ne per otium
quidem talis voluptatis sine dedecore attigerit. De bello satis dic- 5
tum. De pace firmanda, quoniam tuque et omnes tui agitatis

resque Bric. *natura nobis hostibus, nosque maioresque* Vatic. vetus editio. *nobis* vulgo omissum. *sanguinem sanguine* Fabri et Bric. — *Cap. 4. oblivio interfecit* omnes libri. *oblivio intercepit* coniecit A. Popma. *qualis quisque eorum* sic Fabri. *sese gesserint* idem. — *Cap. 5. qualis sit de quo consultas* omnes libri. *vel concor-*

primum id, quæso, considera, quale id sit, de quo consultas: ita, bonis malisque dimotis, patenti via ad verum perges. Ego sic existumo; quoniam orta omnia intereunt, qua tempestate urbi Romanæ fatum excidii adventarit, cives cum civibus manus conserturos; ita defessos et exsanguis regi aut nationi prædæ futuros. Aliter non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ, movere aut contundere queunt hoc imperium. Firmanda igitur sunt et concordiæ bona, et discordiæ mala expellenda. Id ita eveniet, si sumptuum et rapinarum licentiam demseris; non ad vetera instituta revocans, quæ iam pridem, corruptis moribus, ludibrio sunt; sed si suam cuique rem familiarem finem sumptuum statueris: quoniam is incessit mos, ut homines adulescentuli sua atque aliena consumere, nihil lubidini atque aliis rogantibus denegare, pulcherrumum putent: eam virtutem et magnitudinem animi, pudorem atque modestiam pro socordia, æstument. Ergo animus ferox, prava via ingressus, ubi consueta non suppetunt, fertur accensus in socios modo, modo in cives: movet composita et res novas veteribus acquirit. Quare tollendus fœnerator in posterum, uti suas quisque res curemus. Ea vera atque simplex via est, magistratum populo, non creditori, gerere; et magnitudinem animi in addendo, non demendo rei-
6 publicæ ostendere. Atque ego scio, quam aspera hæc res in principio futura sit, præsertim iis, qui se in victoria licentius liberiusque quam artius futuros credebant. Quorum si saluti potius quam lubidini consules; illosque nosque et socios in pace firma constitues: Sin eadem studia artesque iuventuti erunt: næ ista egregia tua fama simul cum urbe Roma brevi concidet. Postremo sapientes pacis caussa bellum gerunt, laborem spe otii sustentant. Nisi illam firmam efficis, vinci an vicisse, quid retulit? Quare capesse, per deos, rempublicam, et omnia aspera, uti

diæ Fabri et Bric. *et conc.* emendavit Cort. — *Cap.* 6. *concordiamque stabilivisse. que* om. Fabri. *stabiluisse* Fabr. et Bric. — *Cap.* 7. *attingere nequiret* Vatican. *ne-*

soles, pervade. Namque aut tu mederi potes, aut omittenda est cura omnibus. Neque quisquam te ad crudelis pœnas aut acerba iudicia invocat, quibus civitas vastatur magis quam corrigitur; sed uti pravas artes malasque lubidines ab iuventute prohibeas. Ea vera clementia erit, consuluisse, ne immerito cives patria expellerentur; retinuisse ab stultitia et falsis voluptatibus; pacem, concordiam stabilivisse: non, si flagitiis obsecutus, delicta perpessus, præsens gaudium cum mox futuro malo concesseris. Ac 7
mihi animus, quibus rebus alii timent, maxume fretus est, negotii magnitudine et quia tibi terræ et maria simul omnia componenda sunt. Quippe res parvas tantum ingenium attingere nequiret: magnæ curæ magna merces est. Igitur provideas oportet, uti plebes, largitionibus et publico frumento corrupta, habeat negotia sua, quibus ab malo publico detineatur: iuventus probitati et industriæ, non sumptibus neque divitiis studeat. Id ita eveniet, si pecuniæ, quæ maxuma omnium pernicies est, usum atque decus demseris. Nam sæpe ego cum animo meo reputans, quibus quisque rebus clari viri magnitudinem invenissent; quæque res populos nationesve magnis auctionibus auxissent; ac deinde, quibus caussis amplissuma regna et imperia corruissent: eadem semper bona atque mala reperiebam, omnesque victores divitias contempsisse et victos cupivisse. Neque aliter quisquam extollere sese et divina mortalis attingere potest, nisi, omissis pecuniæ et corporis gaudiis, animo indulgens, non assentando neque concupita præbendo, perversam gratiam gratificans; sed in labore, patientia bonisque præceptis et factis fortibus exercitando. Nam domum aut 8
villam exstruere, eamque signis, aulæis aliisque operibus exornare, et omnia potius quam semet visendum efficere; id est, non divitias decori habere, sed ipsum illis flagitio esse. Porro ii, qui-

quit ceteri. *decus ademseris* Fabri et Bric. *quæque res populos* omnes libri. *que* om. Cort. *magnis auctionibus* Fabri et Bric. *auctoribus* Vatic. — *Cap.* 8. *eamque signis*

bus bis die ventrem onerare, nullam noctem sine scorto quiescere, mos est, ubi animum, quem dominari decebat, servitio oppressere, nequaquam eo, postea hebeti atque claudo, pro exercito uti volunt. Nam imprudentia pleraque et se præcipitant. Verum hæc et omnia mala pariter cum honore pecuniæ desinent, si neque magistratus, neque alia vulgo cupiunda venalia erunt. Ad hoc providendum est tibi, quonam modo Italia atque provinciæ tutiores sint: id quod factu haud obscurum est. Nam idem omnia vastant, suas deserendo domos et per iniuriam alienas occupando. Item ne, ut adhuc, militia iniusta aut inæqualis sit: cum alii triginta, pars nullum stipendium faciet: et frumentum id, quod antea præmium ignaviæ fuit, per municipia et colonias illis dare conveniet, qui stipendiis emeritis domos reverterint. Quæ reipublicæ necessaria tibique gloriosa ratus sum, quam paucissumis absolvi. Non peius videtur, pauca nunc de facto meo disserere. Plerique mortales ad iudicandum satis ingenii habent aut simulant: verum enim ad reprehendenda aliena facta aut dicta ardet omnibus animus; vix satis apertum os, aut lingua prompta videtur, quæ meditata pectore evolvat: quibus me subiectum haud pœnitet, magis reticuisse pigeret. Nam sive hac, seu meliore alia via perges; a me quidem pro virili parte dictum et adiutum fuerit. Reliquum est optare, uti, quæ tibi placuerint, ea dii immortales approbent beneque evenire sinant.

EPISTOLA II.

1 Scio ego, quam difficile atque asperum factu sit consilium dare regi aut imperatori, postremo cuiquam mortali, cuius opes in excelso sunt: quippe cum et illis consultorum copiæ adsint, ne-

que om. Fabr. et Bric. *providendum est tibi. tibi* vulgo omissum contra Codd. *cum stipendiis emeritis. cum* om. Fabr. et Bric. *qui stip.* Vatic. *edita pectore evolat* omnes libri corrupte. *dicta pectore evolvat* ex coniectura legitur.

que de futuro quisquam satis callidus satisque prudens sit. Quin
etiam sæpe prava magis quam bona consilia prospere eveniunt :
quia plerasque res fortuna ex lubidine sua agitat. Sed mihi stu-
dium fuit adulescentulo rempublicam capessere : atque in ea co-
gnoscenda multam magnamque curam habui : non ita, uti magi-
stratum modo caperem, quem multi malis artibus adepti erant : sed
etiam, uti rempublicam domi, militiæ, quantumque armis, viris,
opulentia posset, cognitam habuerim. Itaque mihi multa cum
animo agitanti consilium fuit, famam modestiamque meam post
tuam dignitatem habere, et cuius rei lubet periculum facere, dum
quid tibi ex eo gloriæ acciderit. Idque non temere aut ex fortu-
na tua decrevi; sed quia in te, præter ceteras, artem unam egre-
gie mirabilem comperi, semper tibi maiorem in advorsis quam in
secundis rebus animum esse. Sed per ceteros mortalis illa res
clarior est, quod prius defessi sint homines laudando atque ad-
mirando munificentiam tuam, quam tu faciendo, quæ gloria dig-
na essent. Equidem mihi decretum est, nihil tam ex alto repe- 2
riri posse, quod non cogitanti tibi in promptu sit. Neque ego,
quæ visa sunt, de republica tibi scripsi, quia mihi consilium at-
que ingenium meum amplius æquo probaretur : sed inter labores
militiæ, interque prælia, victorias, imperium, statui admonendum
te de negotiis urbanis. Namque tibi si id modo in pectore con-
silii est, uti te ab inimicorum impetu vindices, quoque modo
contra advorsum Consulem beneficia populi retineas : indigna vir-
tute tua cogites. Sin in te ille animus est, qui iam a principio
nobilitatis factionem disturbavit, plebem Romanam ex gravi ser-
vitute in libertatem restituit, in prætura inimicorum arma iner-
mis disiecit; domi militiæque tanta et tam præclara facinora fe-

Epistola II.

Cap. 1. *domi militiæ* ita Fabr. et Bric. *que* omisso. *cognitam habuerim* omnes libri. *haberem* vulgo. *gloriae accederet* vulgo. *acciderit* Fabr. *neque ex fortuna* id.

cit, uti ne inimici quidem fari quicquam audeant, nisi de ma-
gnitudine tua: quin tu accipe ea, quæ dicam de summa repu-
blica. Quæ profecto aut vera invenies, aut certe haud procul a
3 vero. Sed quoniam Cn. Pompeius aut animi pravitate, aut quia
nihil eo maluit, quod tibi obesset, ita lapsus est, ut hostibus tela
in manus iaceret: quibus ille rebus rempublicam conturbavit,
eisdem tibi restituendum est. Primum omnium summam potesta-
tem moderandi de vectigalibus, sumptibus, iudiciis, senatoribus
paucis tradidit; plebem Romanam, cuius antea summa potestas
erat, nosque his quidem legibus in servitute reliquit. Iudicia ta-
metsi, sicut antea, tribus ordinibus tradita sunt; tamen iidem
illi factiosi regunt, dant, adimunt, quæ lubet: innocentes cir-
cumveniunt; suos ad honorem extollunt. Non facinus, non pro-
brum aut flagitium obstat, quo minus magistratus capiant;
quos commodum est, trahunt, rapiunt: postremo, tanquam
urbe capta, lubidine ac licentia sua pro legibus utuntur. Ac me
quidem mediocris dolor angeret, si virtute partam victoriam
more suo per servitium exercerent. Sed homines inertissumi,
quorum omnis vis virtusque in lingua sita est, forte atque alte-
rius socordia dominationem oblatam insolentes agitant. Nam
quæ seditio ac dissensio civilis tot unquam illustris familias ab
stirpe evertit? aut quorum umquam victoria animus tam præ-
4 ceps tamque immoderatus fuit? L. Sulla, cui omnia in victoria
lege belli licuerunt, tametsi supplicio hostium partes suas muniri
intellegebat: tamen, paucis interfectis, ceteros beneficio quam
metu retinere maluit. At hercule nunc cum Catone, L. Domitio,

— *Cap.* 2. *virtute tua cogitas* Fabr. et Bric. *tu accipe* ita omnes libri. *aut vera invenies tu* omisso; ita Codd. — *Cap.* 3. *nihil eo maluit quod tibi obesset* Codd. *nihil maluit quam quod* vulgo. *plebem Romanam* Carrio ex coniectura restituit. *plebs Romana* vulgo. *neque is* vulgo. *nosque his* Carrio. *ne aequis quidem* Vatic. *quos commodum est* Carrio, nescio an ex Codd. *quod* vulgo. — *Cap.* 4. *nunc cum Catone.*

ceterisque eiusdem factionis, quadraginta senatores, multi præte-
rea cum spe bona adulescentes, sicuti hostiæ, mactati sunt, cum
interea importunissuma genera hominum tot miserorum civium
sanguine satiari nequivere : non orbi liberi, non parentes exacta
ætate, non gemitus virorum, luctus mulierum, immanem eorum
animum inflexit: quin acerbius in dies malefaciundo ac dicundo,
dignitate alios, alios civitate eversum irent. Nam quid ego de te di-
cam, cuius contumeliam homines ignavissumi vita sua commutare
volunt? scilicet neque illis tantæ voluptati est (tametsi insperantibus
accidit) dominatio, quanto mœrori tua dignitas : quin optatius
habent ex tua calamitate periculum libertatis facere, quam per te
populi Romani imperium maxumum ex magno fieri. Quo magis
tibi etiam atque etiam animo prospiciundum est, quonam modo
rem stabilias communiasque. Mihi quidem quæ mens suppetit,
eloqui non dubitabo. Ceterum tui erit ingenii probare, quæ ve-
ra atque utilia factu putes. In duas partes ego civitatem divi- 5
sam arbitror, sicut a maioribus accepi, in patres et plebem.
Antea in patribus summa auctoritas erat, vis multo maxuma in
plebe. Itaque sæpius in civitate secessio fuit: semperque nobi-
litatis opes deminutæ sunt, et ius populi amplificatum. Sed
plebes eo libere agitabat, quia nullius potentia super leges erat;
neque divitiis aut superbia, sed bona fama factisque fortibus no-
bilis ignobilem anteibat: humillumus quisque in agris aut mi-
litia, nullius honestæ rei egens, satis sibi satisque patriæ erat.
Sed ubi eos paullatim expulsos agris inertia atque inopia incertas
domos habere subegit: cœpere alienas opes petere, libertatem suam

nunc cum om. Fabr. et Bric. *satiari nequiere* Bric. *nequivere* Fabr. *nequiverunt* vulgo. *non luctus gemitus virorum mulierum* Fabr. *commutare nolunt si liceat* Vatic. *quin optatius* veteres libri. *qui* vulgo. *communiasque*. eius loco *communicesque* Fabr. Bric. — *Cap.* 5. *deminutæ*. *dim.* Vatic. Fabr. *armis aut militia* Codd. *et mil.* fuerunt, qui legerent *arvis et m.* coniecit Douza. *agris* legendum esse censeo. *qui do-*

cum republica venalem habere. Ita paullatim populus, qui dominus cunctis gentibus imperitabat, dilapsus est: et pro communi imperio, privatim sibi quisque servitutem peperit. Hæc igitur multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in artes vitasque varias dispalata, nullo modo inter se congruens, parum mihi quidem idonea videtur ad capessendam rempublicam. Ceterum, additis novis civibus, magna me spes tenet, fore ut omnes expergiscantur ad libertatem: quippe cum illis libertatis retinendæ, tum his servitutis amittendæ cura orietur. Hos, ego censeo, permixtos cum veteribus novos, in coloniis constituas: ita et res militaris opulentior erit, et plebes bonis negotiis impedita malum
6 publicum facere desinet. Sed non inscius neque imprudens sum, cum ea res agetur, quæ sævitia quæque tempestates hominum nobilium futuræ sint, cum indignabuntur, omnia funditus misceri, antiquis civibus hanc servitutem imponi, regnum denique ex libera civitate futurum, ubi unius munere multitudo ingens in civitatem pervenerit. Equidem ego sic apud animum meum statuo: malum facinus in se admittere, qui incommodo reipublicæ gratiam sibi conciliet; ubi bonum publicum etiam privatim usui est: id vero dubitare adgredi, socordiæ atque ignaviæ duco. M. Livio Druso semper consilium fuit, in tribunatu summa ope niti pro nobilitate: neque ullam rem in principio agere intendit, nisi illi auctores fierent. Sed homines factiosi, quibus dolus atque malitia fide cariora erant, ubi intellexerunt, per unum hominem maxumum beneficium multis mortalibus dari: videlicet et sibi quisque conscius, malo atque infido animo esse, de M. Livio Druso iuxta ac de se existumaverunt. Itaque metu, ne per tantam gratiam solus rerum potiretur, contra eum nisi, sua et

minus cunctis Fabr. Bric. *qui dominus erat cunctis* antiqua Edit. *erat et*, quod vulgo legitur, eiiciendum. — *Cap.* 6. *quo mea res agitur* vetus editio, unde patet *quom* scriptum fuisse. *in se admittere* Vatic. *committere* vulgo. *et mittere* vetus editio. *M.*

ipsius consilia disturbaverunt. Quo tibi, Imperator, maiore cura
fideque amici et multa præsidia paranda sunt. Hostem advorsum 7
opprimere, strenuo homini haud difficile est: occulta pericula neque facere neque vitare bonis in promptu est. Igitur, ubi eos in civitatem adduxeris; quoniam quidem revocata plebes erit, in ea re maxume animum exercitato, uti colantur boni mores, concordia inter veteres et novos coalescat. Sed multo maxumum bonum patriæ, civibus, tibi, liberis, postremo humanæ genti pepereris, si studium pecuniæ aut sustuleris, aut, quoad res feret, minueris. Aliter, neque privata res, neque publica, neque domi, neque militiæ, regi potest. Nam ubi cupido divitiarum invasit, neque disciplina, neque artes bonæ, neque ingenium ullum satis pollet: quin animus, magis aut minus mature, postremo tamen succumbit. Sæpe iam audivi, qui reges, quæ civitates et nationes, per opulentiam magna imperia amiserint, quæ per virtutem inopes ceperant: id adeo haud mirandum est. Nam ubi bonus deteriorem divitiis magis clarum magisque acceptum videt, primo æstuat multaque in pectore volvit: sed ubi gloria honorem magis in dies, virtutem opulentia vincit; animus ad voluptatem a vero deficit. Quippe gloria industria alitur; ubi eam demseris, ipsa per se virtus amara atque aspera est. Postremo ubi divitiæ claræ habentur, ibi omnia bona vilia sunt, fides, probitas, pudor, pudicitia. Nam ad virtutem una et ardua via est: ad pecuniam, qua cuique lubet, nititur: et malis et bonis rebus ea creatur. Ergo in primis auctoritatem pecuniæ demito: neque de capite, neque de honore, ex copiis quisquam magis aut minus iudicaverit; sic ut neque prætor, neque consul ex opulentia, verum ex dignitate creetur. Sed de magistratu facile populi iu-

Livio Druso. Livio om. Vatic. et hoc loco et paulo post. *auctores fuerant* Fabr. et Bric. *fierent* Vatic. *existumarunt* idem. *contra eum nixi* Fabr. et Bric. *nisi* Vatic. — *Cap.* 7. *animum exercitato.* — . *exercito* Vatic. et vetus Edit. *quoad res referet*

dicium sit. Iudices a paucis probari, regnum est; ex pecunia legi, inhonestum. Quare omnes primæ classis iudicare placet, sed numero plures, quam iudicant. Neque Rhodios, neque alias civitates umquam suornm iudiciorum pœnituit, ubi promiscue dives et pauper, ut cuique sors tulit, de maxumis rebus iuxta ac
8 de minumis disceptat. Sed de magistratibus creandis haud mihi quidem absurde placet lex, quam C. Gracchus in tribunatu promulgaverat, ut ex confusis quinque classibus sorti centuriæ vocarentur. Ita coæquati dignitate, pecunia, virtute anteire alius alium properabit. Hæc ego magna remedia contra divitias statuo. Nam perinde omnes res laudantur atque appetuntur, ut earum rerum usus est: malitia præmiis exercetur. Ubi ea demseris, nemo omnium gratuito malus est. Ceterum avaritia, bellua fera, immanis, intoleranda est: quo intendit, oppida, agros, fana atque domos vastat: divina cum humanis permiscet: neque exercitus, neque mœnia obstant, quo minus vi sua penetret; fama, pudicitia, liberis, patria atque parentibus cunctos mortalis spoliat. Verum, si pecuniæ decus ademeris, magna illa vis avaritiæ facile bonis moribus vincetur. Atque hæc ita sese habere, tametsi omnes æqui atque iniqui memorent: tamen tibi cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum est; cuius si dolum caveris, alia omnia in proclivi erunt. Nam hi, si virtute satis valerent, magis æmuli bonorum quam invidi essent. Quia desidia, et inertia, et stupor eos atque torpedo invasit; strepunt, obtrectant, alienam famam
9 bonam suum dedecus æstumant. Sed, quid ego plura, quasi de

Fabr. Bric. vetus Edit. *succumbat* Fabr. Bric. vetus Edit. *id adeo haud mirandum.* *id eo* Vatic. in Fabr. et Bric. *adeo* deest. *una ardua via* Fabr. et Bric. *sic ut neque prætor* Vatic. *sic neque prætor* Fabr. et Bric. *si ut neque* vetus Edit. *si neque* Cort. *ut cuique fors* Vatic. — *Cap.* 8. *sed magistratibus cr.* Vatic. et vetus Editio. *de ceteri addunt.* *sorti* Fabr. Bric. *ita coæquantur* Fabric. et vetus Edit. *ita coæquari* alii.

ignotis memorem? M. Bibuli fortitudo atque animi vis in consula-
tum erupit : hebes lingua, magis malus quam callidus ingenio.
Quid ille audeat, cui consulatus, maxumum imperium, maxumo
dedecori fuit? An L. Domitii magna vis est, cuius nullum mem-
brum a flagitio aut facinore vacat? lingua vana, manus cruentæ,
pedes fugaces; quæ honeste nominari nequeant, inhonestissuma.
Unius tamen M. Catonis ingenium versutum, loquax, callidum
haud contemno. Parantur hæc disciplina Græcorum. Sed virtus,
vigilantia, labos, apud Græcos nulla sunt. Quippe qui domi li-
bertatem suam per inertiam amiserint, censesne eorum præceptis
imperium haberi posse? Reliqui de factione sunt inertissumi no-
biles : in quibus, sicut in statua, præter nomen, nihil est addi-
tamenti. L. Postumius et M. Favonius mihi videntur quasi magnæ
navis supervacua onera esse, ubi salvi pervenere, usui sunt; si
quid advorsi coortum est, de illis potissumum iactura fit, quia
pretii minumi sunt. Quoniam nunc, uti mihi videor, de plebe 10
renovanda corrigendaque disserui : de senatu, quæ tibi agenda vi-
dentur, dicam. Postquam mihi ætas ingeniumque adolevit, haud
ferme armis atque equis corpus exercui, sed animum in literis
agitavi; quod natura firmius erat, id in laboribus habui. Atque
ego in ea vita, multa legendo atque audiendo, ita comperi, om-
nia regna, item civitates, nationes, usque eo prosperum imperium
habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt : ubicumque gra-
tia, timor, voluptas ea corrupere; post paullo imminutæ opes,
deinde ademptum imperium, postremo servitus imposita est. Equi-

hæc ego magna Vatic. *nec* ceteri. *memorant* Fabr. et Bric. *inertia stupor.* Fabr. Bric. vetus Edit. — *Cap.* 9. *quippe qui domi* omnes libri. *amiserunt* Fabr. et Bric. *sicut in statua* Vatic. *sicut instituo* Fabr. et Bric. *instituto* veteres Editt. *L. Postumi et M. Favoni* Vatic. *L. Postumi, M. Favoni* vetus Edit. — *Cap.* 10. *et nationes* Fabr. Bric. *et* om. Vatic. *ei omnes consulebant* ita Codd. *omnes* vulgo omissum. —

dem ego sic apud animum meum statuo, cuicumque in sua civitate amplior illustriorque locus quam aliis est, ei magnam curam esse reipublicæ. Nam ceteris, salva urbe, tantummodo libertas tuta est: qui per virtutem sibi divitias, decus, honorem, pepererunt, ubi paullum inclinata respublica agitari cœpit, multipliciter animus curis atque laboribus fatigatur; aut gloriam, aut libertatem, aut rem familiarem, defensat: omnibus locis adest, festinat: quanto in secundis rebus florentior fuit, tanto in advorsis asperius magisque anxie agitat. Igitur ubi plebes senatui, sicuti corpus animo, obedit, eiusque consulta exsequitur: patres consilio valere decet, populo supervacanea est calliditas. Itaque maiores nostri, cum bellis asperrumis premerentur, equis, viris, pecunia amissa, nunquam defessi sunt armati de imperio certare. Non inopia ærarii, non vis hostium, non advorsa res, ingentem eorum animum subegit, quin, quæ virtute ceperant, simul cum anima retinerent. Atque ea magis fortibus consiliis, quam bonis præliis, patrata sunt. Quippe apud illos una respublica erat, ei omnes consulebant; factio contra hostes parabatur: corpus atque ingenium patriæ, non suæ quisque potentiæ, exercitabat. At hoc tempore contra ea homines nobiles, quorum animos socordia atque ignavia invasit, ignari laboris, hostium, militiæ, domi factione instructi, per superbiam cunctis gentibus moderantur. Ita-
11 que patres, quorum consilio antea dubia respublica stabiliebatur, oppressi ex aliena lubidine huc atque illuc fluctuantes agitantur: interdum alia, deinde alia, decernunt, uti eorum, qui dominantur, simultas aut gratia fert, ita bonum malumque publicum æstumant. Quod si aut libertas æqua omnium, aut sententia obscurior esset; maioribus opibus respublica et minus potens nobili-

Cap. 11. *uti eorum* Fabr. Bric. vetus Editio. *simultas arrogantia fertur* iidem. *simultas ac arrogantia* vulgo. *simultas aut gratia* Vatic. *publicum æstumant* omnes libri. *existumant* vulgo. *sententias eorum* Fabr. Bric. *sententia* Vatic. *strenuis atque ignavis*

tas esset. Sed quoniam coæquari gratiam omnium difficile est;
quippe cum illis maiorum virtus partam reliquerit gloriam, di-
gnitatem, clientelas: cetera multitudo, pleraque insititia sit; sen-
tentias eorum a metu libera: ita occulte sibi quisque alterius po-
tentia carior erit. Libertas iuxta bonis et malis, strenuis et igna-
vis, optabilis est. Verum eam plerique metu deserunt, stultissu-
mi mortales. Quod in certamine dubium, quorsum accidat, id
per inertiam in se, quasi victi, recipiunt. Igitur duabus rebus
confirmari posse senatum puto: si numero auctus per tabellam
sententiam feret. Tabella obtentui erit, quo magis animo libero
facere audeat: in multitudine et præsidii plus, et usus amplior
est. Nam fere, his tempestatibus, alii iudiciis publicis, alii pri-
vatis suis atque amicorum negotiis implicati, haud sane reipubli-
cæ consiliis adfuerunt: neque eos magis occupatio quam super-
ba imperia distinuere. Homines nobiles cum paucis senatoriis,
quos additamenta factionis habent, quæcumque lubuit, probare,
reprehendere, decernere, ea, uti lubido tulit, facere. Verum
ubi, numero senatorum aucto, per tabellam sententiæ dicentur;
næ illi superbiam suam dimittent, ubi iis obediendum erit, qui-
bus antea crudelissume imperitabant. Forsitan, imperator, per- 12
lectis literis, desideres, quem numerum senatorum fieri placeat,
quoque modo is in multa et varia officia distribuatur; iudicia quo-
niam primæ classi committenda putem, quæ descriptio, qui nu-
merus in quoque genere futurus sit. Ea mihi omnia generatim
describere haud difficile factu fuit: sed prius laborandum visum
est de summa consilii, idque tibi probandum verum esse. Si hoc
itinere uti decreveris, cetera in promptu erunt. Volo ego consi-
lium meum prudens maxumeque usui esse. Nam ubicumque tibi

Fabr. Bric. *dubium est. est* om. Fabr. et Bric. — *Cap.* 12. *quoque modo is in multa* Vatic. *is* ceteri om. *distribuantur iudicia quoniam omnibus primae classis* Vatic. *distribuuntur iudicia quoniam primæ* etc. Fabr. et Bric. *committenda* coniecit Lips. *et*

res prospere cedet, ibi mihi bona fama eveniet. Sed me illa magis cupido exercet, uti quocumque modo et quamprimum respublica adiuvetur. Libertatem gloria cariorem habeo, atque ego te oro hortorque, ne clarissumus imperator, Gallica gente subacta, populi Romani summum atque invictum imperium tabescere vetustate ac per summam socordiam dilabi patiaris. Profecto si id accidat, neque tibi nox neque dies curam animi sedaverit; quin insomniis exercitus, furibundus atque amens alienata mente feraris. Namque mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam divino numine invisier: neque bonum neque malum facinus cuiusquam pro nihilo haberi: sed, ex natura, divorsa præmia bonos malosque sequi. Interea forte ea tardius procedunt: suus cuique animus ex conscientia
13 spem præbet. Quod si tecum patria atque parentes possent loqui, scilicet hæc tibi dicerent: O Cæsar, nos te genuimus fortissumi viri, in optuma urbe, decus præsidiumque nobis, hostibus terrorem! Quæ multis laboribus et periculis ceperamus, ea tibi nascenti cum anima simul tradidimus, patriam maxumam in terris; domum familiamque in patria clarissumam; præterea bonas artes, honestas divitias; postremo omnia honestamenta pacis et præmia belli. Pro his amplissumis beneficiis non flagitium a te neque malum facinus petimus; sed uti libertatem eversam restituas. Qua re patrata, profecto per gentes omnis fama virtutis tuæ volitabit. Namque hac tempestate, tametsi domi militiæque præclara facinora egisti, tamen gloria tua cum multis viris fortibus æqualis est: si vero urbem amplissumo nomine, et maxumo imperio, prope iam ab occasu restitueris; quis te clarior, quis maior, in terris fuerit? Quippe si morbo iam aut fato huic imperio secus

quamprimum. et om. Fabr. et Bric. *summam discordiam. socordiam* veteres Editt. ita etiam Carrio et Douza scribi iusserunt. *in somnis excitus* Fabr. et Bric. *exercitus* vetus Editio. *invisier* Vatic. *invisiri* Fabr. Bric. *invisire* vetus Editio. *divisa præmia* Fabr. Bric. Vatic. *interea dum ea tardius* Fabr. Bric.

accidat, cui dubium est, quin per orbem terrarum vastitas, bella, cædes oriantur? quod si tibi bona lubido fuerit, patriæ, parentibus gratificandi : postero tempore, republica restituta, super omnis mortalis gloria agnita, tuaque unius mors vita clarior erit. Nam vivos interdum fortuna, sæpe invidia, fatigat: ubi anima naturæ cessit, demptis obtrectationibus, ipsa se virtus magis magisque extollit. Quæ mihi utilia factu visa sunt, quæque tibi usui fore credidi, quam paucissumis potui, perscripsi. Ceterum deos immortalis obtestor, uti, quocumque modo ages, ea res tibi reique publicæ prospere eveniat.

IN

M. TULLIUM CICERONEM

DECLAMATIO

SALUSTIO ADSCRIPTA.

1 Graviter et iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem iudicio magis quam morbo animi, ista petulantia uti. Sed cum in te neque modum neque modestiam ullam animadverto, respondebo tibi: uti, si quam maledicundo voluptatem cepisti, eam male audiundo amittas. Ubi querar? quos implorem? patres conscripti, diripi rempublicam atque audacissumo cuique esse perfidiæ? apud populum Romanum, qui ita largitionibus corruptus est, uti se ipse ac fortunas suas venalis habeat? an apud vos, patres conscripti, quorum auctoritas turpissumo cuique et sceleratissumo ludibrio? ubi M. Tullius leges, iudicia populi Romani defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quasi unus reliquus ex familia viri clarissumi, Scipionis Africani, ac non reptitius, accitus, ac paullo ante insitus huic urbi civis. An vero, M. Tulli, facta, ac dicta tua obscura sunt? an non ita a pueritia vixisti, uti nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuisset? Scilicet istam immoderatam eloquentiam apud M. Pisonem non pudicitiæ iactura perdidicisti? Itaque minume mirandum est, quod eam flagitiose

Cap. 1. *ista petulantia* Cod. Oudendorpii, quem Haverc. laudat. vulgo ordine inverso. *esse perfidiae locum* Leid. l. *et se ipse ac fortunas* Cod. Bas. Guelf. 7. *uti sese fortunasque suas* Popma ex consensu trium Codd. *sese ac fortunas* vulgo. *est lud.* Cod. Oudend. *ludibrio sit* Bas. quamobrem *est* delevi. *quod alicui collib.* Bas. Leid. c. Gudian. Rem. inc. Guelf. *aut scilicet* iidem libri. *an scilicet* Ac. et Venetæ Editt. *si eam flag.* vulgo. *quod* Cod. c. Leid. Guelf. Rem. Editt. veteres. *qui eam* Acad.—

venditas, quam turpissume parasti. Verum, ut opinor, splendor
domesticus, tibi animos attollit; uxor sacrilega ac periuriis deli-
buta; filia matris pellex, tibi iucundior atque obsequentior,
quam parenti par est. Domum ipsam tuam vi et rapinis funestam
tibi ac tuis comparasti: videlicet uti nos commonefacias, quam
conversa sit respublica, cum in ea domo habitares, homo flagi-
tiosissume, quæ P. Crassi, viri consularis, fuit. Atque hæc cum
ita sint; tamen se Cicero dicit in concilio deorum immortalium
fuisse; inde missum huic urbi civibusque custodem absque car-
nificis nomine, qui civitatis incommodum in gloriam suam ponit.
Quasi vero non illius coniurationis caussa fuerit consulatus tuus, et
idcirco respublica disiecta eo tempore, quo te custodem habebat. Sed,
ut opinor, illa te magis extollunt, quæ post consulatum cum Teren-
tia uxore de republica consuluisti, cum legis Plautiæ iudicia domi
faciebatis: ex coniuratis alios morte, alios pecunia condemnabas, cum
tibi alius Tusculanam, alius Pompeianam villam ædificabat, alius
domum emebat; qui verum nihil poterat, is erat calumniæ proxu-
mus, is aut domum tuam oppugnatum venerat, aut insidias senatui
fecerat, denique de eo tibi compertum erat. Quæ si tibi falsa obii- 3
cio, redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi
litibus accreverit, qua ex pecunia domum paraveris, Tusculanum
et Pompeianum infinito sumptu ædificaveris? Aut, si retices, cui
dubium est, quin opulentiam istam ex sanguine et miseriis civium
paraveris? Verum, ut opinor, homo novus Arpinas, ex C. Marii
familia, eius virtutem imitatur; contemnit simultates, hominum

Cap. 2. *animos tollit* Bas. inc. Rem. *atque periuriis* Leid. c. *tibi iucundior* Leid. c. Bas. *habitares* Leid. c. Gud. Ac. inc. Rem. *habitas* olim editum. *tamen se Cicero, Cicero dicit* quatuor Cortii. Leid. c. *Cicero se* vulgo. *sed opinor illa* Gudian. *alios morte* om. Bas. quatuor Cort. Oudend. omnes Venetæ. *Tusculanum* plurimi Cort. *exædificabat* Bas. — *Cap.* 3. *potest dubium esse* inc. *potest esse dub.* Ac. Gud. Leid. c. *cui dubium est* Bas. *ex sanguine et miseriis* ita vetusti Popmæ libri. Guelf. Ac.

nobilium: rempublicam caram habet, neque terrore neque gratia removetur: 'Aliud vero amicitia tua ac virtus est animi. Immo vero homo levissumus, supplex inimicis, amicis contumeliosus, modo harum, modo illarum partium, fidus nemini, levissumus senator, mercenarius patronus, cuius nulla pars corporis a turpitudine vacat: lingua vana, manus rapacissumæ, gula immensa, pedes fugaces; quæ honeste nominari non possunt, inhonestissuma. Atque is, cum eiusmodi sit, tamen audet dicere: « O fortunatam natam me consule Romam!" Te consule fortunatam, Cicero? immo vero infelicem et miseram, quæ crudelissumam proscriptionem civium perpessa est; cum tu, perturbata republica, metu perculsos omnis bonos parere crudelitati tuæ cogebas; cum omnia iudicia, omnes leges in tua lubidine erant, cum tu, sublata lege Porcia, erepta libertate, omnium nostrum vitæ necisque
4 potestatem ad te unum revocaveras. Atque parum est, quod impune fecisti: verum etiam commemorando exprobras; neque licet oblivisci servitutis suæ. Egeris, oro te, Cicero, perfeceris, quod lubet: satis est, perpessos esse: etiamne aures nostras odio tui onerabis? etiamne molestissumis verbis insectabere? « Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ." Quasi vero togatus, et non armatus, ea, quæ gloriaris, confeceris, atque inter te, Sullam-

inc. Rem. Bas. Leid. c. *ex s. et visceribus* vulgo. *ex M. Crassi familia* Bas. quat. Popmæ. omnes Cortii. *ex C. Marii* ex coniectura legitur. *illius virtutem* Leid. c. Bas. *simultates* Leid. c. Ac. *simultatem* vulgo. *remp. caram* idem, quatuor Cortii. *pop. rom. curam* vulgo. *gratia removetur* Gud. inc. Ac. Guelf. Bas. *commovetur* ceteri. *aliud vero amicitiæ tantum ac virtus est animi* Bas. Oudendorp. inc. Rem. *illi vero amicitia tua ac virtus etc.* Guelf. *ei vero amicitiae tantum ac virtus est animi* Ac. *ac animi est re virtus* Leid. c. *illud vero* vulgo. *et miserrimam crudelissumamque* Guelf. *proscriptionem civium, civium* om. Leid. c. inc. Guelf. Ac. *pr. eam* Bas. Rem. Gud. *omnium nostrorum vitæ* Gud. Ac. Rem. — *Cap.* 4. *atqui parum* Leid. c. *parum quod impune* Bas. *oblivisci hiis* Leid. c. inc. *his obl.* Gud. *obl. piis* alii. *neque his licet* Ac. *servitutis tuæ* Guelf. *onerabis odio tuo* Cod. Oudend. *aures tuas odio onerabis* Rem.

que dictatorem, præter nomen imperii, quicquam interfuerit. Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerva omnis artis edocuit, Iupiter optumus maxumus in concilium deorum admisit, Italia exsulem humeris suis reportavit. Oro te, Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omnes Paullos, Fabios, Scipiones superasti, quem tandem locum in hac civitate obtines? quæ tibi partes reipublicæ placent? quem amicum, quem inimicum habes? cui in civitate fecisti insidias, ancillaris: quo iure, cum de exsilio tuo Dyrrachio redisti, eum sequebaris? quos tyrannos appellabas, eorum potentiæ faves: qui tibi ante optimates videbantur, eosdem dementis ac furiosos vocas. Vatinii caussam agis: de Sextio male existumas: Bibulum petulantissumis verbis lædis: laudas Cæsarem: quem maxume odisti, ei maxume obsequeris: aliud stans, aliud sedens, de republica sentis: his maledicis, illos odisti: levissume transfuga! neque in hac, neque illa parte fidem habens.

odio tui inc. *insectabere verbis* Leid. c. *interfuit* Bas. *omnis artis.* Bas. *in concilium* inc. Editt. veteres, Popmæ libri ita Quinctil. *in consilio* vel *consilium* reliqui. *rediisti, quem dilexisti persequeris* Leid. c. *eum sequeris* Bas. *septis de republica* Bas. Leid. c. *fidem habens* Bas. Leid. c. Ac. Rem. *habent* Gudian,

IN

SALUSTIUM

DECLAMATIO

QUAE

CICERONI TRIBUITUR.

Ea demum magna voluptas est, Crispe Salusti, æqualem ac parem verbis vitam agere, neque quicquam tam obscenum dicere, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua respondeat, ut omnis oratio moribus consonet. Neque enim, qui ita vivit, uti tu, aliter, ac tu, loqui potest: neque, qui tam inloto sermone utitur, vita honestior est. Quo me vertam, Patres conscripti? unde initium sumam? maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est uterque nostrum. Quod aut si de mea vita atque actibus huic conviciatori respondero, invidia gloriam consequatur: aut, si huius facta, mores, omnem ætatem nudavero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic obiicio. Id vos, si forte offendimini, iustius huic quam mihi succensere debetis, qui initium introduxit. Ego dabo operam, ut et pro me minimo cum fastidio respondeam, et in hunc minime mentitum esse videatur. Scio me, Patres conscripti, in respondendo non habere magnam exspectationem, quod nullum vos sciatis novum crimen in Salustium audituros, sed omnia vetera recogni-

Cap. 1. *in omni genere* Oudend. *quod autem si* Ac. *quod aut si* inc. Bas. *consequatur* Ac. Rem. Bas. *consequetur* ceteri. *id si vos forte* Bas. *debeatis* Bas. Leid. c. *minime mentitum esse videatur.* Gud. Bas. *mentitum esse videar* Ac. Leid. c. *nostræ et ipsius iam aures calent* Ac. *in minimis reb.* Ac. Leid. c. *aliam P. C. non ex orat.* omnes fere libri. *illam* legendum. *quam maxume potuero* Bas. Leid. c. *breve*

turos, quis et meæ, et vestræ iam, et ipsius aures calent. Verum eo magis odisse debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare in minimis rebus posuit rudimentum; sed ita ingressus est, uti neque ab alio vinci possit, neque ipse se omnino reliqua ætate præterire. Itaque nihil aliud studet, nisi, uti lutulentus sus, cum quovis volutari. Longe vero fallitur opinione. Non enim procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur: sed est quædam calumnia, quam unusquisque nostrum testante animo suo fert de eo, qui falsum crimen bonis obiectat. Quod si vita istius memoriam vicerit: illam, Patres conscripti, non ex oratione, sed ex moribus suis spectare debetis. Iam dabo operam, quam maxume potero, brevi ut faciam. Neque hæc altercatio nostra vobis inutilis erit, Patres conscripti. Plerumque enim respublica privatis crescit inimicitiis; ubi nemo civis, qualis sit vir, potest la-
tere. Primum igitur, quoniam omnium maiores C. Salustius ad 2
unum exemplum et regulam quærit, velim mihi respondeat, numquid, quos protulit Scipiones et Metellos, vel Fabios, ante fuerint aut opinionis aut gloriæ, quam eos res gestæ suæ, et vita innocentissume acta commendarit? quod si hoc fuit illis initium nominis et dignitatis, cur non æque nobis existumetur? cuius et res gestæ illustres et vita integerruma acta. Quasi vero tu sis ab illis viris, Salusti, ortus. Quod si esses; nonnullos iam tuæ turpitudinis pigeret. Ego meis maioribus virtute mea præluxi, uti, si prius noti non fuerint, a me accipiant initium memoriæ suæ, tu tuis vitæ, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras; ut etiam, si fuerint egregii cives, certe venerint in oblivionem. Qua-

ut faciam omnes Cortii Codd. item Glar. Leid. c. *et breve faciam* Bas. *latere potest* Oud.— *Cap.* 2. *C. Salustius* Bas. Leid. c. *vel Fabios* ex Cortianis unus Gud. addit; item Leid. c. *commendarit* Leid. c. *commendavit* ceteri. *de nobis.* præp. om. omnes Cort. Bas. Leid. c. *illustres sunt. sunt* om. omnes Cortii libri. Bas. *noti non fuerunt* Bas. *gerundis* Bas. Leid. c. *vitae* Bas. Leid. c. *vita* ceteri. *conferre decet* Leid. c.

re noli mihi antiquos viros obiectare. Satius est enim, me meis
rebus gestis florere, quam maiorum opinione niti, et ita vivere,
ut ego sim posteris meis nobilitatis initium et virtutis exemplum.
Neque me cum his conferre decet, Patres conscripti, qui iam decesserunt, omnique odio carent et invidia; sed cum eis, qui mecum una in republica versati sunt. Sed [si] fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitiosus; (non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem confiteor, sed illam perniciosam contra leges, cuius primos ordines Salustius duxit;) aut in gerundis magistratibus, aut in vindicandis maleficiis tam severus; aut in tuenda republica tam vigilans; quam tu proscriptionem vocas: credo, quod non omnes tui similes incolumes in hac urbe vixissent. At quanto meliore loco respublica staret, si tu par ac similis scelestorum civium, una cum illis adnumeratus esses! An ergo tunc falso scripsi: « Cedant arma togæ", qui togatus armatos, et pace bellum oppressi? An illud mentitus sum: « O fortunatam natam me consule Romam"; qui tantum intestinum bellum et
3 domesticum urbis incendium exstinxi? Neque te tui piget, homo levissume, cum ea culpas, quæ in historiis mihi gloriæ ducis? An turpius est, Patres conscripti, scribentem mentiri, quam illum palam hoc ordine dicentem? Nam, quod in ætatem increpuisti, tantum me abesse puto ab impudicitia, quantum tu a pudicitia. Sed quid ego de te plura querar? Quid enim mentiri turpe duces, qui mihi ausus sis eloquentiam uti vitium obiicere, cuius semper nocens eguisti patrocinio? An ullum existumas posse fieri civem egregium, qui non his artibus et disciplinis sit erudi-

conferri ceteri. *hac urbe. hac* delet Leid. c. *sceleratorum civ.* Oud. — *Cap.* 3. *nec quidem te tui* Leid. c. *nec te tui* libri a Popma laudati. *num quid te tui* alii. *hoc ordine* om. Gud. *quid in aetat. increp.* Gud. Rem. Editt. vet. *in meam aetatem* Ac. *quod in aetat.* Leid. c. Bas. *turpe ducis* Leid. c. Bas. *nocens eguisti.* om. Gud. *erudimenta atque cunabula* Leid. c. *filiam meam.* pronom. om. Ac. et Glar. Cod. *mulieres se* plurimi Cortii

tus? An ulla alia putas esse rudimenta et incunabula virtutis,
quibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur? Sed minime mirum
est, Patres conscripti, si homo, qui desidiæ ac luxuriæ plenus sit,
hæc ut nova atque inusitata miratur. Nam quod ista inusitata
rabie petulanter in uxorem et in filiam meam invasisti, quæ fa-
cilius mulieres se a viris abstinuerunt, quam tu vir a viris; satis
docte ac perite fecisti. Non enim me sperasti mutuam tibi grati-
am relaturum, ut vicissim tuas conpellarem. Unus enim satis es
materiæ habens: neque quicquam turpius est domi tuæ, quam
tu. Multum te vero opinio fallit, qui mihi parare putasti invi-
diam ex mea re familiari: quæ multo mihi minor est, quam ha-
bere dignus sum. Atque utinam ne tanta quidem esset, quanta
est: uti potius amici mei viverent, quam ego testamentis eorum
locupletior essem! Ego fugax, C. Salusti? Furori tribuni plebei
cessi: utilius duxi, quamvis fortunam unus experiri, quam uni-
verso populo Romano civilis essem dissensionis caussa: qui, postea-
quam ille suum annum in republica perbacchatus est, omniaque,
quæ commoverat, pace et otio resederunt; hoc ordine revocan-
te, atque ipsa republica manu retrahente me, reverti. Qui mi-
hi dies, si cum omni reliqua vita conferatur, animo quidem meo
superet, cum universi vos populusque Romanus frequens adventu
meo gratulatus est. Tanti me fugacem, mercenarium patronum
æstimarunt. Neque hercule mirum est, si ego semper iustas om- 4
nium amicitias existimavi. Non enim uni privatim ancillatus sum,
neque me addixi: sed quantum quisque reipublicæ studuit, tan-
tum mihi fuit aut amicus aut inimicus. Ego nihil plus volui va-

libri. *sperasti me* Leid. c. *conpellarem* Leid. c. *tuos comp.* Gud. *domui tuae turpius* Bas. Leid. c. *multum vero te* Rem. Ac. Bas. *opinor falli* Leid. c. *opinor fallit* Rem. Ac. *parare putasti* Bas. Leid. c. *mihi multo minor.* Bas. *C. Salusti* Bas. *residerunt* Gud. Ac. *ipsa manu p. R. retrahente* Cod. Oudendorp. *aestumarunt* Bas.
Cap. 4. hercules Bas. *amicitias aestimari* Bas. *aut amicus aut adversarius* Bas. vett.

lere quam pacem; multi privatorum audacias nutriverunt. Ego nihil timui, nisi leges: multi arma sua timeri voluerunt. Ego nunquam volui quicquam posse, nisi pro vobis : multi ex vobis potentia freti, in vos suis viribus abusi sunt. Itaque non est mirum, si nullius amicitia usus sum, qui non perpetuo reipublicæ amicus fuit : neque me pœnitet, si aut petenti Vatinio reo patrocinium pollicitus sum, aut Sexti insolentiam repressi, aut Bibuli patientiam culpavi, aut virtutibus Cæsaris favi. Hæ enim laudes egregii civis et unicæ sunt. Quæ si tu mihi uti vitia obiicis, temeritas tua reprehendatur, non mea vitia culpabuntur. Plura dicerem, si apud alios mihi esset disserendum, Patres conscripti, non apud vos, quos habui omnium actionum mearum monitores.
5 Sed, ubi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis? Nunc ad te uti revertar, Salusti, patremque tuum præteream: qui si nunquam in vita sua peccavit, tamen maiorem iniuriam reipublicæ facere non potuit, quam quod te talem filium genuit. Neque, tu si qua in pueritia peccasti, exsequar, ne parentem tuum videar accusare, qui eo tempore summam tui potestatem habuit, sed qualem adolescentiam egeris. Hac enim demonstrata, facile intelligetur, quam petulanti pueritia, quam impudicus et procax adoleveris. Posteaquam immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit, et ætas tua iam ad ea patienda, quæ alteri facere collibuisset, exoleverat; cupiditatibus infini-

Editt. Leid. c. *audacias timuerunt* Ac. *aud. metuerunt* Edd. Venetæ. *nutriverunt* Gud. Rem. inc. Bas. Leid. c. *potentia nostra freti contra in vos* Ac. *Sesti insol.* Bas. *egregiae civis* Bas. *temeritas tua reprehendatur* Bas. Leid. c. *mihi esset disceptandum* inc. *discernendum* Gud. Ac. Bas. Leid. c. *dicendum* ita vulgo ante Cortium. *disserendum* Cort. emendavit. — *Cap.* 5. *nunc ut ad te* Bas. *filium* om. Bas. *hac demonstrata* Bas. Oud. *si* — *partem habuerit* Gud. *si* etiam Bas. *quaestus sumtus sufficere* Rem. Gud. *quæstus in stupendia sumtus* Leid. c. *alteri facienda* Bas. *collibuissent* Leid. c. *cui unquam dubium* Leid. c. *nequeat quis* Leid. c. *ante quaerere*

tis efferebaris, ut, quæ ipse corpori tuo turpia non duxisses, in aliis experireris. Ita non est facile exputare, Patres conscripti, utrum inhonestioribus corporis partibus rem quæsierit, an amiserit. Domum paternam vivo patre turpissime venalem habuit, vendidit. Et cui dubium potest esse, quin mori coegerit eum, quo hic nondum mortuo pro herede gesserit omnia? Neque pudet a me eum quærere, quis in P. Crassi domo habitet; cum ipse respondere non queat, quis in ipsius babitet paterna domo. At hercule! lapsus ætatis tirocinio, postea sese correxit. Non ita est: sed abiit in sodalitium sacrilegii Nigidiani: bis iudicis ad subsellia attractus, extrema fortuna stetit: et ita discessit, uti non hic innocens esse, sed iudices peierasse existimarentur. Primum honorem in quæstura adeptus, [secutus est] hunc locum et hunc ordinem despexit: cuius aditus sibi quoque, sordidissimo homini patuisset. Itaque timens, ne facinora eius clam vos essent, cum omnibus matrum familiarum viris opprobrio esset, confessus est, vobis audientibus, adulterium, nec erubuit ora vestra. Vixeris, 6
uti libet, Salusti; egeris, quæ volueris; satis sit, unum te tuorum scelerum esse conscium; noli nobis languorem et soporem nimium exprobrare. Sumus diligentes in tuenda pudicitia uxorum nostrarum: sed ita experrecti non sumus, ut a te cavere possimus. Audacia tua vincit studia nostra. Ecquod factum aut dictum turpe hunc movere possit, Patres conscripti, quem non

Bas. *in tirocinio* Ac. *sacrilegii* Ac. Gud. *bis ad iud.* Leid. c. *hic innocens. hic* om. Gud. *hic non* Leid. c. *secutus est hunc locum et hunc ordinem despectus* Bas. *despectus* et Cortii libri. Leid. c. (sed *secutus est*) om. quod Gruterus in aliquot Mss. repperit. *despexit* emend. Cort. *clam nos* Gud. Rem. *clam nobis* Ac. *clam vobis* inc. Oud. *opprobrio vobis suspectus* Leid. c. *familiarum vestris* pro *vestris.* quod in omnibus fere libris est, recte emendatum *viris. nec. erubuit* Bas.
Cap. 6. *esse conscium* Bas. Leid. c. *factum ac dictum turpe hunc mov. pos. P. C.*

puduit palam, vobis audientibus, adulterium confiteri? Quod si tibi pro me nihil respondere voluissem, sed illud censorium elogium Ap. Claudii et L. Pisonis, integerrimorum virorum, quo usus est quisque eorum, pro lege palam universis recitarem: nonne tibi viderer æternas inurere maculas, quas reliqua vita tua eluere non possit? Neque post illum delectum senatus te umquam vidimus. Nisi forte in ea te castra coniecisti, quo omnis sentina reipublicæ confluxerat. At idem Salustius, qui in pace ne senator quidem manserat, postea quam respublica armis oppressa est, et idem victor, qui exsules reduxit, in senatum post quæsturam est reductus. Quem honorem ita gessit, ut nihil in eo non venale habuerit, cuius aliquis emptor fuerit. Ita igitur egit, ut nihil non æquum ac verum duxerit, quod ipsi facere collibuisset: neque aliter vexavit, ac debuit, si quis prædæ loco accepisset magistratum. Peracta quæstura, posteaquam magna pignora eis dederat, cum quibus similitudine vitæ se coniunxerat, unus iam ex illo grege videbatur. Eius enim partis exemplar erat Salustius, quo tanquam in imam voraginem cœtus omnium vitiorum excesseras: quidquid impudicorum, cillonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in urbe: municipiis, coloniis, Italia tota, sicut in fretis, subsederant, nominis perditi ac notissimi, nulla in parte castris apti, nisi licentia vitiorum et cupiditate rerum
7 novarum. At postea quam prætor factus est, modeste se gessit et abstinenter. Nonne ita provinciam vastavit, ut nihil neque passi sint atque exspectarint gravius in bello socii nostri, quam experti sunt in pace, hoc Africam interiorem obtinente? unde tan-

Leid. c. Popma. *aut dictum* Bas. A. Popma. *quem non puduerit* Bas. *tibi pro me nihil* Bas. Leid. c. *ac id. Sal.* Bas. *ita egit*, (*igitur* omisso) Bas. Leid. c. *est reductus* Bas. Oud. *facere collibuit* Bas. *mag. accepisse* Bas. *erat exempl.* Bas. Leid. c. *tanquam immani voragine* Ac. *tantam in unam v.* Gud. Bas. Leid. c. — *Cap. 7. ac postea quam praetor est factus* Bas. *gravius in bello* Bas. Leid. c. *fuerat Cæsar* Bas. *satis*

tum hic exhausit, quantum potuit aut fide nominum transiici, aut in navis contrudi. Tantum, inquam, Patres conscripti, exhausit, quantum voluit. Ne caussam diceret, sestertio duodecies cum Cæsare paciscitur. Quod si quidpiam eorum falsum est; hic palam refelle, unde tu, qui modo ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tamquam somnio beatus, hortos pretiosissimos, villam Tiburti C. Cæsaris, reliquas possessiones paraveris? Neque piguit quærere, cur ego P. Crassi domum emissem: cum tu veteris villæ dominus sis, cuius paullo ante fuerat Cæsar? modo, inquam, patrimonio non comeso, sed devorato, quibus rationibus repente factus es tam adfluens et tam beatus? Nam quis te faceret heredem, quem ne amicum quidem suum satis honestum quisquam sibi ducit, nisi similis ac par tui? At hercule egre- 8
gia facta maiorum tuorum te extollunt: quorum sive tu es similis, sive illi tui, nihil ad omnium scelus ac nequitiam addi potest. Verum, ut opinor, honores tui te faciunt insolentem. Tu, C. Salusti, tantidem putas esse bis senatorem et bis quæstorem fieri, quanti bis consularem et bis triumphalem? Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere. Is demum maledicit, qui non potest verum ab altero audire. Sed tu omnium mensarum adsecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, et idem postea adulter, omnis ordinis turpitudo es et civilis belli memoria. Quid enim hoc gravius pati potuimus, quam quod te incolumem in hoc ordine videmus? Desine bonos petulantissima consectari lingua: desine morbo procacitatis isto uti: desine unumquemque moribus tuis existimare: his moribus amicum tibi efficere non

decet Ac. Gud. *honeste* Bas. *ille tibi* Ac. Leid. c. — *Cap.* 8. *At hercules* Bas. *similis es* Bas. *carere* inc. *ordine videmus* Bas. Leid. c. *esse tibi et amicum facere* Ac. *tam. efficere* Gud. inc. *tibi efficere* Bas. *auditorum, qui* (*eos* omisso) Bas. *non quæ Salustius* Bas. Ac. inc. *effari possim* Leid. c.

potes, videris velle inimicum habere. Finem dicendi faciam, Patres conscripti. Sæpe enim vidi gravius offendere animos auditorum, qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam eos, qui commiserunt. Mihi quidem ratio habenda est, non quæ Salustius merito debeat audire, sed ut ea dicam, si qua ego honeste effari possum.

VARIETAS EDITIONIS CORTIANAE. *)

CATILINA.

Cap. 1. vit. sil. ne trans. - sita : animi - fragilis : virtus. c. 2. diversi - ut iam. cap. 3. tamen etsi - invidia putant - adolescentulus sic. - advorsa multa - cum ab. c. 4. secordia - studio me. c. 5. natus, magna - vigiliæ, algoris - cuique - loquentiæ - quidquam. c. 6. tentare - metu percussi - validum, reip. - dominationemque convertit. c. 7. quisque extollere - promtu - simul laboris ac belli patiens erat, in castris per usum militiam disc. - sese quisque - quas urbis. c. 8. verbis eam - negot. maxume. c. 9. in amicis - quod sæpius - bello excess. c. 10. iis otium - artis bonas subvertit - vultum. cap. 11. bonus, ignavus - insatiabilis neque - ferocis mil. c. 12. atque moderati - sua gloria. c. 13. nisi iis - subversos montis - pati muliebria. c. 14. hi Catilinæ - uti cuiusque - fidosque faceret. - ita æstumarent - cuiquam compertum. c. 16. consulatum petundi. c. 17. audaciæ. Eo. cap. 18. Catilina. de - Sulla legibus - Autronius consilio - urbem Romanam. c. 19. Cn. Pompeii. c. 20. fortes fidosque - ausus maxumum - eadem mihi - idem velle atque nolle - nosmet ipsi - paucorum ius - vulgus - repulsas nobis reliquere - nobis in manu. viget - ingenium, tolerare - omnia victoribus - oratio hortentur - vobiscum consul - forte animus - servire quam. c. 21. Mauretania - eo consulem. c. 22. adigeret - ficta hæc, multa. c. 23. vanitas quam audacia - cœpit, minari. c. 24. populares - adscivisse dicitur. c. 25. forma, viro - fortunata : litteris - psallere, saltare - facile decerneres. c. 26. consulibus in campo. c. 27. opportunum credebat. c. 29. socios atque cives. c. 30. circumque loca missi : ii - iisque perm. - item [decrevere]. c. 31. facies : ex - insolitus, adflictare - cœlum tollere - interrogatus ab L. - seu ira. c. 32. secum ipse - scriberentur, antecapere - numero ad Marcium. c. 33. homini faceremus - inopiæ opitulati - eam necessitudinem - ulti maxume. c. 34. Marcius : Si - conscius; sed - [litteras] scriptum (*est* om.) c. 35. *Catulo S.* - gratam in magnis - licet agnoscas - cum alienis -

*) Discrepantias scripturæ v. c. *volgus*, *vulgus*, *adolescens*, *adulescens*, *promptus*, *promtus*, *temptare*, *tentare* et plura eiusmodi uno in loco laudasse satis habeo. Ubi plura verba a Cortio deleta sunt, verborum ordinem, qui in eius editione est, expressi, omissis iis, quæ a me interposita sunt.

alienatum sentiebam. c. 36. Flaminium Flammam - comperta; senatus - hostes iud. - dilectum - visum; cui - armis paterent - morbi, uti. c. 37. quis opes - præceps ierat - armis forent - sperabant - alios omnis - reverterat. c. 38. restituta; homines - [summam potestatem nacti] - ferox, cœpere - senati specie - paucis absolvam per - senati auctorit. - neque modestia. c. 39. maritimum - missos; plebis - ceteros iudiciis - oblata, vetus - adepti, diutius, ea - Catilinam profecti - solum cives - [bello]. c. 40. negotiatus, plerisque - principibus notus - uti sui - difficile quin cupid. - propinqua neque - arcessit. c. 41. [consilio] cognito - præcepit, studium. c. 42. [cuncta simul] agere - senati consultu. c. 43. uti, Catilina in agrum Fæsulanum cum venisset - exsequerentur - Statilius, Gabinius - ceteros, quibus - eum vi - pars parentes - promtus, maxumum. c. 44. [cum his] data et accepta - scriptum: quis sim - virum; consideres. c. 45. Pomtino - permittit. Homines - collocatis, occulto - dein ubi. c. 46. lætabatur coniuratione - anxius erat, in maximo - opus; pœnam - reipublicæ credebat - item Coeparium - [ex urbe] - tenens perducit. c. 47. aperit: paucis - quos habere solitus: Ex - tertium, cui - abdicatus magistratu - item ceteri - ædilis, Cetheius - retractus Cn. c. 48. lætitiam agitabant - detrimento; incendium - quotidiano - senatum edocet - ne Lentulus, Cethegus, alii ex - tamen etsi - hominis leniunda - falsum, deque - mentitus esset - æstumarent, illud. c. 49. neque gratia, neque precibus - exercebant - iudicio repetundarum - quod privatim - circum concordiæ. c. 50. soliti. Cethegus - suos, exercitatos - orabat grege - ventum, rogatus. c. 61. copia memorandi - animi, recte - impunitos dimisere - in illis iure - idem providendum - iræ, quam - iis utendum - sævitia, quæ - aliis alia licentia, patres - fortuna pares - dicitur., in imperio - sceleris obliti - eam modestiam - non mihi crud. - animam non eripi sed in exsil. - grave nimis - merito accidit - illud [exexemplum] - scelestos, factiosos - Ita quibus - post paullo - in manus, falsum - quis finem - neque superbia - proba, imitarentur - aliæque paratæ, quibus - permissum. Hanc. c. 52. mecum ipse reputo - ab illis, quam - cetera tum persequare - non de sociorum - firma, opulentia - bonis an malis - Romani: sed - modi, nostra - sita. Sint sane - falsa credo - existumans, quæ - consilium, si peric. - refert mihi - T. Manlius - mœnia, in sinu - occulte potest - properandum. Quare - alia fœda. c. 53. magnus atque clarus - ac veluti - divorsi moribus. c. 54. ac munificentia - sublevando; Cato - adeptus. In. c. 55. paullulum escenderis - demissus Lentulus, quibus - ex clarissuma gente - sumtum (*est* omisso). c. 56. in castra venit - montis iter - diem sese habiturum - rationibus [existumans]. c. 57. ceteris quos - in Galliam. At - movet ac sub - [in Galliam properanti]. c. 58. Nunc quo in loco - in dextris portare - tuta commeatus - sin metu - advorsa

fiunt - adgredimini - si relinquere - vestra hortantur - angustiæ. Quod. cap. 59. montis - cohortis - dextera - uti meminerint - suis cernere - gloria fuerat. c. 60. rebus omnibus - ventum, unde - eos perturbatos - pristinæ dignitatis - hostes incurrit. cap. 61. animi vis - quisque pugnando - captus. Ita - adeptus. Nam - hospitem reperiebant.

IUGURTHA.

Cap. 1. alias artis - eripere potest - voluptatis - ubi pro. c. 2. anima et corpore: ita - corporis, alia huiuscemodi omnia - initium, finis est - omnia orta - atque ignaviam. c. 3. aliud fatigando. c. 4. studium laudando - adeptus sum - animi mutavisse - sæpe audivi - [quam bonis artibus] - clara, magnifica - qui sustinent. c. 5. uti studiis - permansit: imperii. c. 6. facere, minumum - vehementer negotio - terrebat natura - suæque et liberorum - virum interfecisset. c. 7. facile occasurum - P. Scipionis. c. 8. auxilia ipse. c. 9. litteris, quas - certo scio - merita carus - senatui sit - ubi, quæ - virtute viri - statimque adoptavit - item Adherbale. c. 10. falsum habuit - tua virtute - renovatum: postremo - vitæ finem - iniuriam, quia. c. 11. paucis diebus - convenere uti - ex illis, natura - uti ætati - consulta omnia - tribus his proxumis [annis] - ratus, descendit - modo animo. c. 12. acceptusque semper - onerat, uti - ut doctus. c. 13. divulgatur - partis - urbis - consiliis, in otio - Romam mittit - uti primum - tempestate auctoritas - magna misere - legati ubi. c. 14. moriens præcepit - regnum - procuratione - meum - imperium penes - regni habere - [præcepta parentis mei] - et amicum populo Romano - maiorum beneficia - posse auxilium - deberi mihi a - probitas, neque - quod miserrum. cogor - recepti, aut - pati frustra a vobis - neque cuiusquam - avus una - Carthaginienses - beneficia erepta - uti quem - pestis eiecta, læti - quem iussissetis - amicitiam colerent - vobis adessent - in manu vestra - nobis coniunctum - necatus, alterius - adfines, amicos - ceteros, alium - obiecti; pauci - relicta anima - si quid ex - solus et omnium - plurima? aut - una nobis occid. - verba, fugam - pœnas reddet - quamquam immaturo - per vos liberos - parentes per. cap. 15. ne alium - depravati - carius subv. c. 16. qui vero - anteferebant - pollicitando perf. - viris opulentiôr. c. 17. gentis - terra, penuria - accesserint, quamquam. c. 18. inculti; quis - neque imperio - qua nox - sibi quique - iique alveos - Getulos miscuere - imperium cogere. c. 19. aliisque - in ora marit. - originibus præsidio - quem Aegyptum - et Numidia usque. c. 20. regno diviso - discessere - manu invasit - dolore perm. Adherbalem - Neque tamen eo - ut antea - terrorem hostibus. c. 21. consedit exercitus - die extrem. - inceptum. Ubi - sumentes - insequentes - Romam Ad-

herbale - ambo reg. - dignum fore. c. 22. ita enisum - adoptatum: Ceterum - sceleri obviam - prohibuerint. c. 23. noctes, aut - virtutem erigere - duo maxume. c. 24. patris - beneficia - dein patrio - quem imperatorem - et quæ in senatu - me ex manibus - memoria avi. c. 25. non paruisset legatis - isdem regis - ne decretum fieret - in quis M. Scaurus - Senati princeps - in invidia res - escendere - iram senati - uti prius - minæ graves. c. 26. rebatur; quia - dein omnis - obvius interfecit. c. 27. cognitum et - dilapsa erat - regis. Sed - declarantur P. Scipio - alia, quæ. c. 28. duo familiaris - consultus: placeretne - iique decrevere - multos mortalis et urbis - capit. c. 29. Scaurum acceperat - Vagam - imperatum, elephanti - Patres, probarentne. c. 30. superba crudelia - tempestate Memmii - orationem perscribere - potissumum, quæ. c. 31. multa deh. - timetis, quibus - parente tradita - situm, Quirites - ego hortor - uti contra - opus: necesse est - multi vestri ordinis in - qui fecere - magnifici - quasi honori - quis fides - amicitia est - factio. Quod - non summa - quod maius - magis fecisse - indignum: verum - deditio, ex qua - damna, dedecora - bella, paces - Atque ego - ni misericordia - spes? Dominari - hortorque ne - gravia; tamen - ni vindicatum - ego, Quirites. c. 32. mitteretur, interposita - imperatoris plurima - Cassius, perlata - ei timido - dedidisset - misericordiam - Cassio. Igitur. c. 33. cuncta gesserat; C. Bæbium - sceleris aperiret - animos mollire - ministris egerit - aperiret - fore; sese. c. 34. concione discessit. c. 35. Ea erat tempestate - parati, paullo - diebus profectus. c. 36. alia, quæ - instanti cedere. c. 37. magnis itineribus - cæcus, vineas - alia, quæ. c. 38. subdolus augere - insequeretur. Interea - [corrumpere] - desererent. ita delicta occultiora fore - tumultu perculsi - hostes - dein Iugurtha - ferro clausum - incolumis - mutabant, sicuti. c. 39. modis omnibus - animus ardebat - nihil sibi. c. 40. Interea - partibus. Igitur - Mamili - exercita - ortus, otio et - secundæ res - duas partis - ut quisque. c. 41. [ex nobilitate] - permixtio civilis, quasi discessio terræ. c. 42. necaverat - civitatis - maturius deserat. c. 43. Q. Metellus et M. Silanus - [provincias] - paraverunt - milites scribere - equos cetera - quæ bello - senati auctoritate - Latinum, reges - auxilia mittere - bonas artis - animum invictum. c. 44. pro Consule - spei bonæ - eventi civium - Sed neque. c. 45. et ipse cum. c. 46. avidum. Itaque - opportunos cognovit - in agris, ex opp. - uti cum his - quacumque - uti absens. c. 47. gratia, si paterent opportunitates - forent: ratus - commeatum [iuvaturum exercitum] - etiam. c. 48. quas maxumas - in immensum pertinens - deserta, præter. cap. 49. equitatu pedites dilectos collocat - turmas atque manipulos - uti prudentes - occultari - equitatum in cornibus. c. 50. Dein ipse - manum conse-

rendi - antea iam - turba insequi - campi fuerant. c. 51. hostes cives - multum die - quietus; circumire - dilectis. c. 53. ventum, utrimque - concurrunt - postquam impeditos - ferre. c. 54. regis etiam tum - ferocem, bellum - geri posset - iniquum certamen - neque acie - interficit, alia - præda - [ab suis] - sita, sequi. c. 55. clarior erat - animi anxius: neque - partim - crescerent - fontis - collis. c. 56. nequibant - firmissimum. Præterea - dilectis - fortunam præclari - nec illos qui. c. 58. bellum exspectantibus - propere mittit. c. 60. pariter oppidani - paululum modo - res erat - confecti volneribus. c. 61. præsidium - [quæ proxuma est Numidiæ] - dein fide - necatum tradidisset. c. 62. opportunum, Iugurtham - aut occisos - caveret ne - legati: Iugurtham - facturum, ac - ordinis arcessiri - ut iussum - spoliatus, cum - sumit Romæ. c. 63. supplicante - maiore quam - datus est - petere non - plebes. c. 64. atque talia - exercitus sibi. c. 65. uti sellam - uti contumeliarum - occisus, imperium. c. 66. alia, quæ spe - rebus diem. cap. 67. obtruncati - Turpilius unus - fama integra potior, improbus. c. 68. permixta, cum - Ita animis - ire signa. cap. 69. Metellum rati - pœnæ cuncta. c. 70. carum acceptumque - omnes res - mittit mollitiem - iuravisset; præmia - in pestem ne. c. 71. audivit ex - acta, cognovit - accedit; quæ - paravisset, perfidia. c. 72. quieta fuere - hostis iuxta. c. 73. decori, invidiæ - iussit senatus. c. 74. agitabat. Neque - spem in armis - virtuti popularium an fide - rex adfuit - ceteri omnes - [eius milites] primi concursu - pedes magis - tuta sunt. c. 75. et opulentum - comperta quamquam - proximum, spatio - [si eius oppidi potitus foret] - eoque imponit - cuiusque generis pleraque - aquæ portarent - fuerint - aquam supra - præceperat, tanta. cap. 76. una die - deinde locis - agere, aggerem - opus et administros - metuerent. c. 77. navi fecerant. c. 78. conditum, quos - Syrtis - alta, alia in - mutatur. Eius - leges cultusque. c. 79. rem locus - diuturno bello - classes fusæ - vitamque reipublicœ. c. 80. advorsum - nulla pro socia. c. 81. advorsa sint - operæ pretium. cap. 82. regis - melius ratus - iam antea - cognitum, illum. c. 83. periculo succurrere - habere eum - opibus confideret non - regnoque consuleret - probare, partim abnuere. c. 84. [secum proficisci] - locupletem victorem. c. 85. isdem artibus - supplicis - dehinc per - quo universa - pluris est - cura administrari - militiam quos - facta fortia - et virtute - benefacta mea - ut neque vos - officii. Ita - is imperatorem - homines præposteri - fieri posterius - partim vidi - faciunt idem - invideant et - contra. Nam - posteris lumen, neque - mala in occulto - facta dicere - iam respondere - animi sententia - id pœnitundum sit - ego plurimis - ut turpia - confiteri. Nam - ex sanctis - divitiarum; arma - bonum habetote - tuta sunt - imperitiam superbiam -

pars avaritia - ætas, adnitimini - factus: neque. c. 86. aliis utilibus - cum maiore aliquanto - diebus paucis. c. 87. fugientis capi - hostis. c. 88. urbis - exploratum. Sed. c. 89. ubi procul - et aspera - visum. Erat. - viris multo - quarum vis - haud longe. c. 90. iubet, se præd. c. 91. infidum, neque. cap. 92. maior et clarior - divinam, aut - ad aliam rem. cap. 93. animo, omitteretne - noctes æstuans - humani ingenii cupido ignara visundi invadit - paullulum modo - uti escenderat - ipse escenderat - promissa cognitum - omnis Liguri. c. 94. adlevati facilius escenderent. c. 95. quoniam tanti - patriciæ, familia - iuxta atque - luxurioso, tamen - Atque felicissumo - pudeat magis. c. 96. rebus brevi. c. 97. proxumos donis - illectus - aderat victis - difficiliorem. Igitur - capientis - pugnantis - circumfusi; denique. c. 98. territus Marius - vocibus: ipsi - non fugerent pro vict. c. 100. secors victoria - apud omnes - in portas cohortis - non diffidentia futuri - illo et aliis temporibus belli. c. 101. in quatuor partis - primum adtigerant - plurimis. Dein - perculsos acrius - profligatis, quos - ierat, Mauris ab latere - occurrit auxilio - hostes undique - horribile campis - equi, viri. c. 102. duo quam cum is - lætitia quum - inopi visum - satis. Atque - Romano multo plura - nostram experiri - demitte - victum : nam - delicto verba - regnum tutatum - expulerat. c. 103. ab amicis - licentiam permittit - deinde itinere - ut meriti - ignara: munificus benevolentiæ credebant. c. 104. omnis undique - mutant. Ceterum - omnibus rebus, tres - qui quæstor stipendium in Africam portaverat: c. 105. Sed itinere - sese quisque expedire - vicerunt. cap. 106. adpellat: se - die vesper - toties fusum - ignis - ante consedisse - auditum, tum - credere proditos. c. 107. sæpe antea - maxumum Iovem - adesset, castris - factum, magis - cui speculanti - penderent; illum - perventum. Ibi. c. 108. impar; pater - fidum Romanis - multis antea - dilegeret - caveri nequivisse - ob quæ - præceptum, post. c. 110. Et hercle - indigni - numquam redditam - flagitiosum. Ceterum - tutus sum - uti voltis. c. 111. patefacit - uti illi - peteret, ultro. c. 112. adpellat: Ubi - deinde ab illo - ei nunciat - ceterum si - potestatem haberet, fore. c. 113. vere, parum - ut vehementes - [in colloquium - veniretur] - pleni. Sed - remotis, dicitur - multa agitavisse - arcessiri - ut dictum accedit - deductus. Per. c. 114. inde ad - factus et ei - triumphavit. Ea.

HISTORIARUM FRAGMENTA.

Lib. I.

3. Fannius vere. 7. invia fuit. 8. fœneris. 9. familiares. 13. vulgus. 15. gentis - advorsus - ne ipsi - nefanda quæ - [præsertim - eximat] mirari dominationis - sævus - consulis et - tutus furit - penes illum - per tædium - tyranni-

dis, esse eum per - honesta existumet - metus aut - picens, scriba - approbaveritis - proscriptiones - captum ire - vult - labefactatis - formidatus antea est - populo Romano esse belli finem. 16. ducem senatus. 19. scilicet ii - accersiri - attamen erat L. - nemo diurna - pro consule - consilii metum - animos movent - perge qua cœpisti. 23. Lepidus pœnitens. 26. profectus. 29. finis. 32. elato aut securo esse animo. 43. et cum multa. 47. et pondere. 49. omnes. 54. itineris eorum. 55. pastusque nemore. 57. Apud. 66. terretur. 71. sacrata supplicum. 75. †*)

Lib. II.

1. prominet. inde Ichnusa appellata. 3. C. Herennius. 5. procul. 6. urbe patriaque. 11. in fiducia. 15. tantum. 16. tauro parata. 23. Lurda. 29. ut alii tradiderunt †. 31. inermes. 34. altitudine. 35. adpellabant. 39. sportis - 46. per noctem - renunculo. 51. capiti. 54. ivere - incognita.

Lib. III.

4. omnis. 6. quali. 9. quærebat, num - thesaurus portenderetur. 11. Indigetis - Durium. 18. utres. 21. nautis forum. *cetera* †. 22. ad vos plerique - cetera - agerentur - uti quæ iussa - præbeatis censeo - frustrantur - cavendus dolus - nescio quæ vos torpedo, qua - mutastis. 25. stantes incumberent. 27. quæ fonte - exciperet. 37. adstare et delectæ. 39. vacuusque curis. 43. Versius: alter.

Lib. IV.

12. sceleratissumi, egregia - Atqui ea - totam Bithyniam - pretio [dies] - Cabira - [belli prudentibus] - potentisque. 14. †. 20. Ariobarzanis. 25. degressus. 28. perignari. 41. †.

Lib. V.

1. pro Consule. 2. datam, missos. 3. aversabatur. 7. quæsitum iræ. 8. si Pompeio. 9. equo descendere, sibi uni - adsurgere de sella. 17. militiæ; multa - acta iam ætate - Penatis - deos Penatis - quam ante - contracta sunt, uti monet - ingenui corporis - C. Cotta - per vos Quirites. 24. percunctantibus. 31. ita sperat †. - pro omine belli. 39. †. 50. paces †. 61. visuros †. 63. primus Græcorum Achilles. 65. scriptorum celebrata. 66. primos - religionem †. 67. Italiam coniunctam Siciliæ - est aquis - inde Rhegium nominatum - (ut - relidit) †. 73. quæ linea - (et seq. - cataph.) †. 83. tota concione. 85. et egressi ad faciliores - 87. insultavit. 98. ac mollis. 100. igitur †. - est et maior. 102. ex-

*) Hoc signo notavi, quæ a Cortio omissa sunt.

ercitum vertere. 111. quo prohib. 112. quidem Pyrrho - Hannibali, æquor. 118. quæ forte. 119. per mortalium studium maiores - quippe quis. 124. atque Tauri. 127. Charybdi. 132. et Sardiniam. 133. quæ mapalia. 144. festinare. 150. augere copias. 157. Geronis. 161. incerta est. 162. Scythæ Nomades tenent † - in quibus. 167. celeritate nuncios. 169. 170. 171. etc. - 193. *aut omisit aut loco alieno posuit*. 194. dividantur. spatio medio relicto multorum millium. 195. respiciens aquilonem. 196. et Ceam insulam in Sardiniam transivit. 197. Dædalus vero primum Sardiniam †. 198. deportarunt. 199. piraticam exercentes famosi. 200. A Troia Capys. 203. unde Othii campi †. - Typhœus in Campania †. 206. in Flaminia est civitas quæ Cale dicitur et in etc. 208. Troianorum tempore. 209. antiquos, Livius. 210. ut inquit Salustius.

NB. Ceterum quæ loca Cortius aut alieno loco laudaverat, aut falso Salustio tribuerat, notare omisi. Neque in iis locis, ubi non ipsius auctoris verba leguntur, ubique varietatem lectionis adscribere necessarium habui. Sæpius enim in omnia alia abit. Plura, adhuc pro Salustianis falso habita, omisi.

EPIST. I.

1. esse quemque - strenuus sit - componere. bellum - mediocrique. 3. atque anceps - cives. An - sanguine sanguinem. 7. attingere nequit. 8. cupienda.

EPIST. II.

1. militiæque quantumque - cognitam haberem - quod et prius. 2. accipe tu - aut tu vera. 3. nihil maluit. 5. in armis aut militia dominus erat et. 6. in se committere. 7. si neque - iudicium fit. 8. Nec ego magna - mortales. 9. quippe cum domi. 10. ei consulebant. 11. simultas ac arrogantia fert - publicum æstumant - dubium est. 12. is in multa - primæ classis mittenda - summam discordiam - numine invisi.

DECLAMATIO IN M. CICERO.

1. petul. ista - sese ac fort. - ludibrio est. 2. Cicero se - qui vero nihil. 3. dubium potest esse - simultatem - illud vero amicitiæ tantum ac virtutis, 4. in concilio deorum.

DECLAMATIO IN SALUSTIUM.

1. quod si aut - consequetur - mentibus esse videar - peccare minimis. 2. Crispus Salustius - commendavit - æque de nobis - illustres sunt - tuis visa. 3. se mulieres - putasti parare - Crispe Salusti - plebis cessi. 4. reprehenditur. 5. sacrilegi - adeptus, hunc locum - neque erubuit. 6. conscium esse - Ecquod

hunc movere possit P. B. factum ac dictum turpe - nihil pro me tibi - reductus est - vitiorum excesserunt. 7. socii nostri in bello. 8. Crispe Salusti - ordine videamus - moribus tuis æstimare - tibi facere - auditorum eos - non quid Salustius.

Addenda et Corrigenda.

Quamvis magna cura ac diligentia in hoc libro emendando adhibita est, tamen turpia quædam scripturæ menda continet, quæ notanda sunt:

Pag. 18. vers. 3. nefanda *corrige* nefanda.
— 41. — 4. eo c. ea.
— 50. — 16. favebat c. favebat.
— 70. — 12. pauco c. pauca.
— 87. — 9. Iurgurtham c. Iugurtham.
— 106. — 8. Africam c. Africam.
— 116. — 6. superiobus c. superioribus.
— 119. — 17. tantumodo c. tantummodo.
— 138. — 14. sauciabuntur c. sauciabantur.
— 142. — 18. mult c. multi.
— 178. — 9. ducam c. ducum.
— 181. — 9. feraram c. ferarum.
— 213. — 12. atque mare c. atque inter mare.
— 221. — 18. cogit c. cogat.
— 224. — 3. occinuerunt c. occanuerant.
— 240. — 1. caliditas c. calliditas.
— 256. — 20. fonto c. fonte.
— 265. — 25. administatione c. administratione.
— 285. — 16. neque illa c. neque in illa.
— 287. — 23. patronum æstim. c. patronum hi æstum.
— 293. — 19. excesseras c. excesserat.

Caelum, litteras, caeteri, exilium, solers, adcuratissime, faciendum, Massinissa, quæ contra orthographiam Salustio usitatam uno alterove loco leguntur, *u* litteram ter quaterve inversum, et interpunctionis signa, aliquoties turbata, leviora duxi, quam quæ indicare opus sit. Hoc addendum, in Iugurtha c. 97. *equos escendere* esse legendum, non *adscendere*, quod confirmat Corn. Fronto s. v. *escendere*. Præterea tria fragmenta a Diomede laudata, quæ in Hist. libris sub finem leguntur, ante fragm. 194. erant ponenda, ipsius enim auctoris verba laudari manifestum est.



